Volo *te*, Brute, quum *fortissimus vir cognitus sis*, etiam *clementissimum existimari.* C. Fam. 11, 22. Homines facilius in timore *benigni*, quam in victoria *grati reperiuntur.* C. ad Brut. 15. Ea rite spolia *opima habentur*, quae dux duci detraxit. L. 4, 20. Themistocles, quum in epulis recusasset lyram, *habitus est indoctior.* C. Tusc. 1, 2. Mercurius Iovis *nuntius perhibetur.* Plaut. Stich. 2, 1, 1. Athenis tenue coelum, ex quo *acutiores* etiam *putantur* Attici. C. Fat. 4. Agesilaus sic in Asia versatus est, ut omnium opinione *victor duceretur.* N. 17, 4. Socrates est omnium *sapientissimus* oraculo Apollinis *iudicatus.* C. Sen. 21. Crotoniatae quondam in Italia cum primis *beati numerabantur.* C. Inv. 2, 2. *cf.* C. Brut. 91, 316. Or. 5, 17. 9, 41. Mihi *videtur acerba* semper et *immatura* mors eorum, qui immortale aliquid parant. P. Ep. 5, 5. Magnus fuit is, qui sonos vocis, qui *infiniti videbantur*, paucis literarum notis terminavit. C. Tusc. 1, 25.

Not. 1. Bei esse für etwas gelten, bei haberi und videri tritt zur Vermeidung der Zweideutigkeit die Stelle des Prädicatsnominativus oft pro für, anſtatt, mit dem Ablativo, auch numero, in numero und loco mit dem Genitivo, mit wenig verſchiedener Bedeutung.

Unus Cato mihi *est pro centum millibus.* C. Att. 2, 5. Summa ratio sapientibus *pro necessitate est.* P. Ep. 1, 12. Sic a maioribus nostris accepimus, praetorem quaestori suo *parentis loco esse* oportere. C. Caecil. 19. auch *in parentum loco esse.* C.

Planc. 11. extr. Semper in proelio his maximum est periculum, qui maxime timent; audacia *pro muro habetur*. Sall. C. 58. Cur stulti non sanciunt, ut, quae mala perniciosaque sunt, *habeantur pro bonis ac salutaribus?* C. Leg. 1, 16. *Videri* possunt permulta somniantibus falsa *pro veris*. C. Div. 2, 58. Mortui sunt multi illustres viri; postremo *prodigii loco* ea clades *haberi* coepta est. L. 40, 37. Magium et Rabium senatus *in hostium numero habendos* censuit. C. Verr. 1, 34. Verre praetore socii fidelissimi *in hostium numero existimati sunt*. C. Verr. A. 1, 5. Fannius *in mediocribus oratoribus habitus est*. C. Brut. 26.

Not. 2. Der Prädicatsnominativus bleibt auch bei diesen Verbis im Infinitivo, wenn dieser von einem Hülfs- oder Appositions-Verbo abhängig ist, zu dessen Subject er gehört. Ingeniosis hominibus atque eruditis *esse* ego *iratus* non *possum*. C. Pis. 28. *Omnes* non *possunt* aut *iurisperiti esse*, aut *diserti*. C. Off. 2, 19. Socrates *parens* philosophiae iure *dici potest*. C. Fin. 2, 1. Animus hominis *dives*, non *arca appellari solet*. C. Par. 6, 1. Graecia semper eloquentiae *princeps esse voluit*. C. Orat. 1, 4. Cato *esse*, quam *videri bonus malebat*. Sall. C. 54. Oracula evanuerant, postquam homines minus *creduli esse coeperunt*. C. Div. 2, 57.

Aristaeus *inventor* olei *esse dicitur*. C. Verr. 4, 57. Ad auream arietis pellem *profecti dicuntur* Argonautae. Varr. R. R. 2, 1. Aristides unus omnium *iustissimus fuisse traditur*. C. Sext. 67. Disciplina Druidarum in Britannia *reperta*, atque inde in Galliam *translata esse existimatur*. Caes. 6, 13. Xanthippe, Socratis philosophi uxor, *morosa* admodum *fuisse fertur* et *iurgiosa*. Gell. 1, 17. Tyndaridae fratres non modo *adiutores* in proeliis victoriae populi Romani, sed etiam *nuntii fuisse perhibentur*. C. Tusc. 1, 12. *Perfugium videtur* omnium laborum et sollicitudinum *esse* somnus. C. Div. 2, 72.

Not. 3. Der Prädicatsnominativus geht in der Construction des Accusativi cum Infinitivo auch in den Accusativus über; selten, und nur wenn es Deutlichkeit gestattet, bei den Ablativis Absolutis in den Ablativus; noch seltner (nur bei Dichtern und Spätern,) in den Vocativus.

Tarquinius demonstrabat, Tatium non ex peregrino solum, sed etiam ex hoste *regem factum*. L. 1, 35. Minucium consulem mortuum, quidam auctores sunt, et M. Fulvium in locum eius *consulem suffectum*. L. 9, 44. Atticus maximum existimavit quaestum, *memorem gratumque cognosci*. N. 25, 9.

Hannibal cum patre in Hispaniam profectus est, cuius post obitum, *Hasdrubale imperatore suffecto*, equitatui omni praefuit. N. 23, 3. Praetor, non consulto senatu, non *consulibus certioribus factis*, de sua unius sententia rogationem tulit, Vellent, iuberentne, Rhodis bellum indici? L. 45, 21. cf. L. 23, 23. extr. 41, 10, 5. Sulla arcem Capitolii victor insedit. Tum ex consulto senatus *adversariis hostibus iudicatis*, in praesentem tribunum, aliosque diversae factionis, iure saevitum est. Flor. 3, 21. So: Ea manus, *quieto sedente rege* ad Enipeum, adversus Romanos in Thessaliam traducta. L. 44, 27.

Lectule, deliciis *facte beate* meis. Propert. 2, 12, 2. Rufe, mihi frustra ac nequidquam *credite amice*. Catull. 75. Primus *nate* meo nomine *dicte* puer. Auson. Parent. 10, 2. cf. 14, 2, 4.

Digitized by Google

Caess. 19, 2. Verſchieden hievon iſt: Salve *primus* omnium *parens* patriae *appellate; primus* in toga triumphum linguaeque laurean *merite!* P. 7, 30. ſcil. Cicero, wo primus nicht Prädicatsnominativus, ſondern Appoſition iſt.

Not. 4. Das Verbum oder Participium richtet ſich in der Regel nach dem Subject; nach dem Prädicatsnominativus nur, wenn er das wichtigere Wort iſt, und in dieſem Fall ſteht er immer gleich dabei.

Haec *urbs est* Thebae. Plaut. Amph. pr. 97. Nos apud Alyziam unum diem commorati sumus. *Is dies fuit* Nonae Novembres. C. Fam. 16, 3. Naves Antiatium partim incensae sunt, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit, Rostraque *id templum appellatum.* L. 8, 14. Pyrrhi legati de hostium sede, *urbem* templum sibi *visam*, senatum, regum consessum esse, confitebantur. Flor. 1, 18. Contentum suis rebus esse, maximae *sunt* certissimaeque *divitiae.* C. Par. 6, 3. Olim *coronae* Deorum honos *erant.* P. 21, 3.

Non omnis error *stultitia est dicenda.* C. Div. 2, 43. Summa omnium *fuerunt* ad *millia* CCCLXVIII. Caes. 1, 29. Gens universa *Veneti appellati.* L. 1, 1. So: Ἦσαν δὲ τὸ μέσον τῶν τειχῶν ἡμᾶν στάδιοι τρεῖς. Xen. Anab. 1, 4, 4.

Anmerk. Der Nominativus ſteht auch bei den Interjectionen en, ecce, o: Sed *ecce nuntii, ecce literae*, Caesarem ad Corfinium! C. Att. 8 3. extr. *En dextra fidesque!* V. Aen. 4, 597. *O vir fortis* atque *amicus!* T. Phorm. 2, 2, 10.

Ein Substantivum im Nominativo bildet nur mit einem, 98
entweder dabei ſtehenden, oder aus dem nächſten Satze zu ergänzenden Verbo einen vollſtändigen Satz. Anders, wenn es im Vocativo ſteht. Der Vocativus, in welchem derjenige Gegenſtand genannt wird, welchen man eben anredet §. 24., ſtellt ſchon an ſich einen vollſtändigen Satz vor, wie eine Interjection §. 76., mit welcher er auch oft vorkommt. Wird aber mit ihm im nächſten Satze ein Verbum finitum oder ein Imperativus in Verbindung gebracht, ſo kommen dieſe mit dem Vocativo im *Numero* und in der Perſon überein.

Quae res unquam, *pro sancte Iupiter!* non modo in hac urbe, sed in omnibus terris est gesta maior? C. Phil. 2, 13. *O dii boni!* quid est in hominis vita diu? C. Sen. 19. Maharbal, Non omnia, inquit, nimirum eidem Dii dedere; vincere *scis, Hannibal;* victoria uti *nescis.* L. 22, 51. Urbem, urbem, *mi Rufe, cole* et in ista luce *vive.* C. Fam. 2, 12. Clade Variana nuntiata, Augustum adeo consternatum ferunt, ut caput interdum foribus illideret, vociferans: *Quinctili Vare, legiones redde!* Suet. Aug. 23. Caesar, prolapsus in egressu maris, Teneo *te*, inquit, *Africa!* Suet. Caes. 59. Aliquis latet error; equo ne *credite, Teucri.* V. Aen. 2, 48.

Not. 1. Man ſagte mehercule und mehercules; letzteres braucht Cicero ſelbſt, obgleich er es nicht gelten laſſen will, cf. C.

Digitized by Google

Orat. 47. Römerinnen brauchten diesen Schwur nie, so wie Römer nie Mecastor sagten, Gell. 11, 6. Zwar schwört Minerva Mehercule, Phaedr. 3, 17, 8. hercle eine Magd, Plaut. Truc. 2, 1, 1. hercules Psyche, Appul. Met. 3, 94. p. 338. Oud. mecastor und ecastor Männer, Plaut. Asin. 5, 2, 46. 80. das alles aber geschieht von Ausländern und auf fremdem Boden. Auch Participia kommen allein im Vocativo vor, aber nur bei Dichtern, z. B. Prima *dicte* mihi, summa *dicende* Camena, spectatum satis et donatum iam rude, quaeris, *Maecenas*, iterum antiquo me includere ludo. H. Ep. 1, 1, 1. *lecture*, Iuvenal. 6, 277. *commemorate*, Auson. Profess. 24, 16. u. öfter, und in der gewöhnlichen Formel *macte* von mactus, i. e. magis auctus, Cato R. R. 134, 2. Prisc. V, 12, 66. Fest. h. v. Serv. ad V. Aen. 6, 248. 9, 641. Varr. Fragmm. ed. Bipont. p. 245. siehe Not. 2.

Not. 2. So stehen Participia, auch Adiectiva nach griechischem Gebrauch bei Dichtern oft im Vocativo, wo man den Nominativus erwartete, §. 97. Not. 3. wie in der auch in Prosa sehr gewöhnlichen Formel: *Macte* virtute esto. Cic. Tusc. 1, 17. Liv. 4, 14. extr. H. Serm. 1, 2, 31. Quo *moriture* ruis? V. Aen. 10, 811. Stemmate quod Tusco ramum *millesime* ducis, censoremque tuum vel quod *trabeate* salutas. Pers. 3, 28. Sic venias *hodierne!* Tibull. 1, 7, 55. cf. Hor. Serm. 2, 6, 20. Heind. wie: Ὄλβιε κῶμε γένοιο! Theocrit. 17, 66. Burm. ad Anthol. Vet. Lat. VI, 83, 7. und umgekehrt der Nominativus nach alt attischer Sitte in einigen Formeln und bei Dichtern §. 27, 3.: *Degener o populus!* Lucan. 2, 116. (nach Phocas p. 1710. eben so gewöhnlich als o populе, z. B. quantum te, populе Romane, de me fefellit opinio? C. ad Brut. 2, 8. a med. unecht). Decius consul: Agedum, inquit, *pontifex publicus* populi Romani, praei verba, quibus me pro legionibus devoveam. L. 8, 9. Vacuas aures mihi, *Memmius*, adhibe. Lucret. 1, 45. Vos, o *patricius sanguis*. Pers. 1, 61. Proiice tela manu, *sanguis meus*. V. Aen. 6, 836. Salve, urbis *genius*. Auson. Urb. 14, 31. Iane, veni: *novus* anne, veni! Id. Eidyll. 8, 1. cf. Prisc. XVII, 27, 207. 208.

99 B. **Subordinirte Satztheile oder solche, die von andern abhängig sind, werden von diesen durch Flexion unterschieden. Dasjenige Wort, welches die Flexion, das ist, die Veränderung der Form des andern verlangt, heißt dann das regierende (regens); das veränderte hingegen das regierte (rectum). §. 90. Im einfachen Satze können nur Nomina und Pronomina als regierte Bestandtheile vorkommen; diese stehen dann in einem Casu obliquo. §. 24.**

Näher bestimmt wird ein Gegenstand durch deutlichere Bezeichnung entweder seines Wesens, oder durch Angabe seiner Beziehungen nach außen hin. Da nun ein Nomen Substantivum neben einem andern in gleichem Casu nur als zweite Benennung desselben Gegenstandes stehen kann §. 91, II., so würde es hier, sowohl als Bezeichnung eines an jenem Gegenstande befindlichen Merkmals, als auch als Benennung eines äußern Gegenstandes, mit welchem jener erstere in Beziehung steht, im Geni-

Digitized by Google

tivo stehen müssen. Dasselbe findet Statt, wenn ein Nomen als Subject mit seinem Prädicat eine gleiche Bestimmung erfordert. Wird hingegen ein Zustand als Zustand näher bestimmt, so wird dazu der Ablativus; für den leidenden Gegenstand der Thätigkeit, der Accusativus; und für den entferntern Gegenstand oder Zweck, dem der Zustand gilt, der Dativus des Nomens gebraucht, durch welches eine solche Bestimmung angegeben wird.

In einem Satze ist demnach ein Nomen Substantivum von einem andern entweder unmittelbar abhängig, oder nur mittelbar von dem Subjecte durch das Prädicat, und hiernach werden die Casus obliqui bestimmt oder regiert. Bei jedem Casus aber läßt sich außerdem ein näheres und ein entfernteres Verhältniß zu dem regierenden Worte unterscheiden.

A. *Syntaxis Genitivi.*

Durch den Genitivus werden unterscheidende Merkmale angegeben, die entweder das Wesen eines Gegenstandes genauer bestimmen (Genit. Subiecti et Qualitatis), oder seine Beziehungen nach außen hin andeuten (Genit. Quantitatis et Obiecti). Im erstern Fall vertritt daher der Genitivus die Stelle eines Adjectivs. In beiden Formen steht er 100

a. bei Substantivis.

I. Von zwei zusammengehörenden Substantiven steht das eine auf die Frage: Wessen? im Genitivo Subiecti, wenn es den Gegenstand bezeichnet, von dem das andre herrührt, oder dem es angehört (Genit. auctoris et possessivus), z. B. oratio *Ciceronis* eine Rede Cicero's, eine Ciceronische Rede; minister *Principis* ein Diener des Fürsten, ein fürstlicher Diener. Dieser Genitivus steht 101

1. bei dem regierenden Substantivo unmittelbar:

Polycleti signa plane perfecta sunt. C. Brut. 18. Vulgaris liberalitas referenda est ad illum *Ennii finem* *): Nihilo minus ipsi lucet. C. Off. 1, 16. Numa *divini auctor iuris fuit*, Servius *conditor omnis* in civitate *discriminis ordinumque*. L. 1, 42. *Custos virtutum omnium* verecundia est. C. Part. 22. Vultus *sermo quidam tacitus mentis* est. C. Pis. 1. *Singulorum facultates* et copiae *divitiae* sunt *civitatis*. C. Off. 3, 15. *Vis* est permagna *naturae*. C. Fin. 2, 9. *Vita mortuorum* in *memoria vivorum* est posita. C. Phil. 9, 5. *Idem obtutus* est *amborum oculorum* **). C N. D. 3, 4.

*) i. e. quem Ennius statuit.

**) beide Augen haben einen Blick.

Digitized by Google

Omnium rerum principia parva sunt, C. Fin. 5, 21. *Natio* est *omnium Gallorum* admodum dedita religionibus. Caes. 6, 16. Romae oriundi ab Sabinis *sui corporis* creari *regem* volebant. L. 1, 17. Pompeiani per orbem terrarum fama ac literis *victoriam eius diei* concelebrabant. Caes. C. 3, 72. cf. 71. pr. B. G. 4, 14.

Not. 1. Den Genitivus Subiecti haben auch einige Adiectiva und Participia, die als Substantiva gebräuchlich sind, besonders Neutra, als: amicus der Freund, familiaris, intimus der Vertraute, vicinus der Nachbar, summa die Summe, confluens der Ort, wo zwei Flüsse zusammen kommen, legatus der Gesandte, Untergeneral, bonum das Gute, malum das Böse, commune das Gemeinschaftliche, dictum die Rede, Aeußerung; auch Pronomina neutrius generis, wie hoc, illud, quid, aliquid.

Omnium est communis *inimicus*, qui fuit hostis suorum. C. Verr. 1, 15. Galenus est *Leptae nostri familiarissimi* perneces*sarius*. C. Fam. 9, 13. Pacis est comes *otii*que *socia*, et iam bene constitutae *civitatis* quasi *alumna* quaedam, eloquentia. C. Brut. 12. Pertinet hoc ad summam *) rei publicae. C. Verr. 2, 10. Credo te, ex acclamatione *Clodii advocatorum*, audisse, quae consurrectio iudicum facta sit. C. Att. 1, 16. *Xerxi* maxime est *illustre*, quod terra marique bellum intulit Graeciae. N. 21, 1. *Amicorum omnia* sunt communia. C. Off. 1, 16. Stomachor, quum *aliorum* non me *digna* in me conferuntur. C. Planc. 14. init. dicta. Equites, *obscuro* adhuc *coeptae lucis*, domum Proconsulis irrumpunt. Tac. H. 4, 50. so nur bei Spätern.

Multa *multorum* facete *dicta* a sene Catone collecta sunt, quae vocant Apophthegmata. C. Off. 1, 29. Amore patriae *nostrorum maiorum inventa* nosse debemus. C. Or. 1, 58. *Chaldaeorum praedicta* quotidie re et eventis refelluntur. C. Div. 1, 6.

Praeclarum *hoc* quoque *Thrasybuli*, quod reconciliata pace legem oblivionis tulit. N. 8, 3. *Cuius* in dicendo *aliquid* reprehensum est, aut aeterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis. C. Or. 1, 27. Dionysius omnia, *quae* moveri poterant *Dionis*, in naves imposuit, ad eumque misit. N. 10, 4.

Not. 2. Statt des Genitivs steht sonst bei Participiis *a* mit dem Ablativo; so bei *res gestae*. Multa Caesari *a Chaldaeis dicta* memini. C. Div. 2, 47. Xenocrati *legati ab Alexandro* **) quinquaginta talenta attulerunt. C. Tusc. 5, 32. *Athuniensium res gestae* satis amplae magnificaeque fuere. Sall. Cat. 8. Con-

---

*) zum Hauptinteresse des Staats, wie summa salus rei publicae. C. Cat. 1, 5. und so summa imperii, rerum, sc. potestas, cf. Ernesti Clav. Ad summam rem p. scheint hier wegen der folgenden Genitive nicht zu passen, obgleich es Lambinus, wider die Auctorität der Handschriften, als gewöhnlichern Ausdruck vorzog, vgl. Garat. ad C. Cat. 1, 5. 6, 3, 6. Planc. 22. pr. 27. Gron. ad Liv. 26, 10, 2.

**) ab Alex. ist hier zugleich auf attulerunt zu beziehen, wie Caes. C. 1, 1. pr.

Digitized by Google

rules *senatum* in Martium campum evocavere, ubi *de rebus ab se gestis* *) egerunt. L. 3, 63.

Not. 3. Instar, eigentlich das Bild, Ebenbild, bedeutet mit diesem Genitiv: wie, wenn es als Apposition steht. Unus ille dies Ciceroni *immortalitatis instar* **) fuit, quo in patriam rediit. C. Pis. 22. Erāna fuit non *vici instar*, sed urbis. C. Fam. 15, 4, 18. Inter vix pervias arenas sunt *instar montium* ***) eductae Pyramides certamine et opibus regum. Tac. 2, 61. Porri succus *instar heminae* pari olei mensurae miscetur. Columell. 6, 14. und öfter: ungefähr so viel als ein Nösel, vgl. C. Att. 16, 5. extr.

2. bei einem Subjectsnominativ und einem Appositionsverbum 102
§. 96. als Prädicatsbestimmung, wo dann esse bedeutet, Jemand gehören, Jemand eigen seyn, in Jemandes Gewalt seyn, auch haben; fieri, Jemandes Eigenthum werden, in Jemandes Gewalt kommen; facere, zu Jemandes Eigenthum machen, Jemandem unterwerfen.

Erat apud Heium in sacrario Hercules, egregie factus ex aere: is dicebatur *esse Myronis* [1]). C. Verr. 4, 3. Inde a principio Romani nominis ius comparatum est, ne quis Romanorum plus, quam *unius civitatis esse* [2]) possit. C. Balb. 13. Lex est, si paterfamilias intestato moritur, familia pecuniaque eius *agnatorum gentiliumque esto*. C. Inv. 2, 50. Petulantia magis *est adolescentium*, quam *senum*; nec tamen *omnium adolescentium*, sed *non proborum*. C. Sen. 11. Divitias sine *divitum esse*: tu virtutem praefer divitiis. ad Her. 4, 14. Quaerenda arma putasti, ut *esset sui iuris* ac *mancipii* [3]) res publica. C. ad Brut. 16. Legati Ariarathis a Romanis petierunt, ut filium regis *publicae curae* ac velut *tutelae* vellent *esse*. L. 42, 19. cf. Drak. ad L. 1, 6, 4. Livius eorum *sententiae est*, quibus ab Etruscis finitimis, unde sella curulis, unde toga praetexta sumpta est, numerum quoque lictorum ductum placet. L. 1, 8. Arrius orator *fuit* M. Crassi quasi *secundarum* [4]). C. Brut. 69. Solon capite sanxit, si qui in seditione non *alterius utrius partis fuisset* [5]). C. Att. 10, 1.

---

*) statt de rebus gestis suis, wie C. Brut. 35. init. C. Fam. 2, 15. extr.
**) ein Bild der Unsterblichkeit.
***) wie Berge, oder Bergen gleich.
1) ein Kunstwerk des Myron.
2) mehr als einer Stadt angehören.
3) frei und unabhängig.
4) Sc. partium, spielte die nächste Rolle nach dem Crassus, hatte nach ihm den nächsten Rang. cf. C. Caecil. 15, 48.
5) Anhänger einer von beiden Parteien.

Digitized by Google

Fidiculanius *cuius erat ordinis?* Senatorii. C. Cluent. 37. Nolae senatus *Romanorum*, plebs *Hannibalis erat* *). L. 23, 39. Iam me *Pompeii* totum *esse* **) scis. C. Fam. 2, 13. Plebs Nolae *novarum*, ut solet, *rerum* atque *Hannibalis* tota *erat*. L. 23, 14. Ars *earum rerum* est, quae sciuntur. C. Or. 2, 7.

Omnia, quae mulieris fuerunt, *viri fiunt* dotis nomine. C. Top. 4. Thebae *populi Romani* iure belli *factae sunt*. L. 33, 13. Hannibal quod inter Alpes Apenninumque agri est, *suae ditionis fecit*. L. 21, 53. Popillius quum ad Stratum pervenisset, claves portarum *suae* extemplo *potestatis fecit*. L. 43, 22. Alcibiades nullam rem sine Thrasybulo gessit; quae ille universa naturali quodam bono *fecit lucri* ***). N. 8, 1. A Verre omnem illam ex aerario pecuniam, quam oportuit civitatibus pro frumento dari, *lucri factam* videtis. C. Verr. 3, 75. Claudius commeatus, a senatu peti solitos, *beneficii sui fecit*. Suet. Claud. 23.

3. bei *est* als Impersonale genommen, in Beziehung auf das allgemeine Subject Es, worauf als Erklärung ein Infinitivus, oder ut mit dem Coniunctivo folgt. So sagt auch der Deutsche: Es war bei den Römern Rechtens, daß eine Magistratsperson von ihrem Amte Rechenschaft ablegte.

Tardi ingenii est †), rivulos consectari, fontes rerum non videre. C. Or. 2, 27. *Cuiusvis hominis est* errare; *nullius*, nisi *insipientis*, in errore perseverare. C. Phil. 12, 2. Nihil *est* tam *angusti animi*, tamque *parvi*, quam amare divitias. C. Off. 1, 20. Rudem esse omnino in poëtis, *inertissimae segnitiae* est. C. Fin. 1, 2. Inter omnes hoc constat, *virorum esse fortium et magnanimorum*, toleranter dolorem pati. C. Tusc. 2, 18. *Honoris amplissimi* puto *esse* ††), et accusare improbos, et miseros calamitososque defendere. C. Caecil. 21. Cum exercitatione, tum stilo formanda nobis oratio est. Neque tamen hoc *tanti laboris est* †††), *quanti videtur*. C. Or. 3, 50. *Est* hoc *Gallicae consuetudinis*, ut via-

*) war auf der Partei der Römer.
**) daß ich dem P. ganz angehöre, ganz ergeben bin.
***) er machte sich zu Nutze, zum Gewinn, Vortheil, d. h. alle diese Thaten kamen nur ihm zu Gute.
†) es ist ein Zeichen eines trägen Kopfs, es verräth einen trägen Kopf, oder: dem Trägen ist es eigen, der Träge pflegt.
††) ich halte es für die größte Ehre.
†††) kostet nicht so viel Mühe.

Digitized by Google

tores, etiam invitos, consistere cogant et, quod quisque eorum de quaque re audierit aut cognoverit, quaerant. Caes. 4, 5. Philodamus negavit, *moris esse Graecorum*, ut in convivio virorum accumberent mulieres. C. Verr. 1, 26.

Est adolescentis *), maiores natu vereri. C. Off. 1, 34. *Est iudicis*, non quid ipse velit, sed quid lex et religio cogat, cogitare. C. Cluent. 68. Hoc *doctoris intelligentis est*, videre, quo ferat natura sua quemque. C. Brut. 56. Id ipsum *summi est oratoris*, summum oratorem populo videri. Ib. 50. Non minus *est imperatoris*, consilio superare, quam gladio. Caes. C. 1, 72. Et *sapientis est*, consilium explicare suum de maximis rebus, *et honesti, et diserti*, ut mente providere, auctoritate probare, oratione persuadere possit. C. Or. 2, 81. Considerandum est, *sitne viri fortis et boni civis* **), esse in ea urbe, in qua non futurus sit sui iuris. C. Att. 8, 3. *Qualis oratoris*, et *quanti hominis* in dicendo, putas *esse*, historiam scribere? C. Or. 2, 12.

Not. 1. Die Formel: moris est Graecorum, wobei ut mit dem Coniunctivo folgt, wenn die Erklärung in einem vollständigen Satz gegeben ist, bedeutet etwas Einzelnes, das bei den Griechen gebräuchlich oder allgemein Sitte ist, wonach sich Jedermann richtet, wofür man auch sagt, est in more, est in more positum. Cic. Rull 2, 1. Hingegen est mos Graecorum es ist eine Sitte der Griechen, schließt die Nothwendigkeit einer allgemeinen Befolgung aus; z. B. In ipso discrimine templa Diis immortalibus voveri *mos erat*. L. 10, 42. So heißt mihi est operae, es ist etwas, worauf ich Mühe wenden kann, d. i. ich habe Zeit dazu, oder auch so viel, als: est operae pretium, es ist etwas der Mühe werthes; hingegen mihi est opera, ich habe Mühe mit etwas, oder ich gebe mir Mühe.

Not. 2. Wird dieser Genitiv mit dem Participio Fut. passivi verbunden, so bedeutet esse dienlich, beförderlich seyn, zu etwas gehören.

Regium imperium initio *conservandae libertatis* atque *augendae rei publicae fuit* ***). Sall. C. 6. Tribuni plebis concordiam ordinum *dissolvendae* maxime *tribuniciae potestatis* rentur *esse*. L. 5, 3. cf. Drakenb. h. l. Studia cupiditatesque honorum atque ambitiones *evertendae rei publicae* solent *esse*. C. Verr. 2, 53.

Not. 3. Mit diesem Genitiv können auch die Verba glauben, dafür halten, und im Passivo gehalten werden, scheinen, verbunden werden, wobei man esse hinzu denken kann.

Atticus non *liberalis*, sed *levis* †) *arbitrabatur*, polliceri, quod praestare non posset. N. 25, 15. Augustus Troiae ludum

*) ein Jüngling muß; dem Jüngling geziemt es.
**) ob es einem braven Manne zugemuthet werden könne.
***) diente Anfangs zur Erhaltung der Freiheit.
†) sc. esse, hielt es nicht für Gutherzigkeit, sondern für Leichtsinn.

Digitized by Google

edidit frequentissime, maiorum minorumque puerorum delectu, *prisci decorique moris existimans* *) clarae stirpis indolem sic notescere. Suet. Aug. 43. Pacem cum victis Poenis fecimus; *tutelae* deinde *nostrae duximus* **), quum Africo bello urgerentur. L. 21, 41. *Duri hominis*, vel potius vix *hominis videtur*, periculum capitis inferre multis. C Off. 2, 14. cf. C. Lael. 10. extr. Tempori cedere, semper *sapientis est habitum*. C. Fam. 4, 9. Haec forma senatus consulti *ultimae* semper *necessitatis habita est*: viderent consules, ne quid res publica detrimenti caperet. L. 5, 4. Non intemperanter concupiscere, quod a plurimis videas, *continentis* debet *duci*. N. 25, 13.

Not. 4. Die Stelle des Genitivi vertreten bei No. 3. Pronomina und Adiectiva possessiva: meum, tuum, suum, nostrum, vestrum, und Romanum, patrium etc., bei welchen, so wie beim Genitiv, bisweilen auch officium, munus, proprium steht. *Fuit meum* ***) iam pridem, rem publicam lugere. C. Att. 12, 28. Non *est* mentiri *meum* †). T. Heaut. 3, 2, 38. His tantis in periculis *est tuum*, Cato, videre, quid agatur. C. Mur. 38. Quis profitetur, *esse suum*, de omnibus quaestionibus dicere? C. Or. 2, 16. *Nostrum est*, ferre modice populi voluntates. C. Planc. 4. Magis *fuit vestrum*, agere Epicuri diem natalem, quam illius, testamento cavere, ut ageretur. C. Fin. 2, 31. Et agere et pati fortia, *Romanum est*. L. 2, 12. Hoc *patrium est*, potius consuefacere filium sua sponte recte facere, quam alieno metu. T. Ad. 1, 1, 49.

Esse officium meum putavi, exercitum habere quam proxime hostem. C. Att. 6, 5. Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet. Id *viri est officium*. C. Tusc. 2, 21. *Iudicis officium est*, ut res, ita tempora rerum quaerere. O. Trist. 1, 1, 37. cf. ad Herenn. 4, 35. C. Or. 1, 31, 138. *Principum munus est*, resistere et levitati multitudinis, et perditorum temeritati. C. Mil. 8. *Sapientis est proprium*, nihil, quod poenitere possit, facere. C. Tusc. 5, 28.

103 II. Wenn bei einem Subſtantiv ein andres mit ſeinem Adiectivo eine demſelben weſentlich zukommende Eigenſchaft, oder auch ſein Maß angibt, ſo ſteht dieſes letztere im Genitivo Qualitatis et Mensurae. Der Deutſche braucht hier von oder ein Adjectivum. Dieſer Genitivus ſteht

1. bei dem regierenden Substantivo unmittelbar:

Sp. Servilius, *fervidi animi vir* ††), periculum audacia discussit. L. 2, 52. Tarquinius fratrem habuit Aruntem, *mitis ingenii iuvenem*. L. 1, 46. Volusenus erat tribunus militum, *vir* et *consilii magni* et *virtutis*. Caes. 3, 5. Angebant

*) sc. esse, hielt es für alte löbliche Sitte.
**) wir hielten ſie für einen Gegenſtand unſers Schutzes.
***) es war längſt ſchon meine Schuldigkeit.
†) Lügen iſt nicht meine Sache.
††) von aufbrauſender Gemüthsart, ein hitziger Mann, cf. Liv. 2, 23, 15.

Digitized by Google

Hamilcarem, *ingentis spiritus virum*, Sicilia Sardiniaque amissae. L. 21, 1. Tune *trium literarum homo* me vituperas? fur! Plaut. Aul. 2, 4, 46. Non *multi cibi hospitem* accipies, *multi ioci*. C. Fam. 9, 26. Bello Venetorum omnis iuventus, *omnes* etiam *gravioris aetatis* convenerant. Caes. 3, 16. Drusus trans Rhenum *fossas novi et immensi operis* effecit, quae Drusinae vocantur. Suet. Claud. 1. Bibracte est *oppidum* apud Aeduos *maximae auctoritatis*. Caes. 7, 55. Tigrim Hyrcani et Indi ferunt, *animal velocitatis tremendae et maxime cognitae*. P. 8, 18. Vicina tua *vestem et* ceterum *ornatum* multiebrem *pretii maioris* habet, quam tu habes. C. Inv. 1, 31. Dionysius servus meus meam *bibliothecam multorum nummorum* tractavit. C. Fam. 13, 77. Hamilcar in Hispaniam secum duxit filium *Hannibalem annorum novem*. N. 22, 3. cf. 24, 1, 2. Fabius Maximus moritur *exactae aetatis*. L. 30, 26. Cn. Iulii Agricolae pater fuit Iulius Graecinus, *Senatorii ordinis* *). Tac. Agr. 4. cf. Caes. 5, 35. extr.

Caesar a fronte castrorum *pedum quindecim fossam* **) fieri iussit. Caes. C. 1, 41. In vestibulo domus aureae Neronis stabat *colossus centum viginti pedum* ipsius effigie. Suet. Ner. 31. Templo Dianae Ephesiae *longitudo* est *CCCCXXV pedum, latitudo ducentorum viginti*, columnae centum viginti septem *LX pedum altitudine*. P. 36, 14. Spes unica imperii populi Romani L. Quinctius trans Tiberim *quatuor iugerum* colebat *agrum*. L. 3, 26. Latini *coronam* auream in Capitolium tulere *parvi ponderis*. L. 3, 57. Hercyniae silvae latitudo *novem dierum iter* expedito patet. Caes. 6, 25. Caesar *tridui viam* processit. Id. 1, 38. cf. C. Div. 1, 15. T. Andr. 2, 6, 9. L. 26, 35, 8. Vercingetorix demonstrat, *frumentum* se exigue *dierum triginta* ***) habere. Ib. 7, 71. Milites Romani ferunt plus *dimidiati mensis cibaria*. C. Tusc. 2, 16. Aristides *exilio decem annorum* multatus est. N. 3, 1. *Classem septuaginta navium* Athenienses Miltiadi dederunt. N. 1, 7. cf. 1, 4.

Nota. Dieſer Genitivus hat deswegen ein Adiectivum bei ſich, weil er zugleich Grad oder Maß der Eigenſchaft andeutet, welches ohne Adjectivum nicht, wohl aber meiſtentheils durch ein Adjectivum allein geſchehen könnte, z. B. homo *magni ingenii* ſtatt *ingeniosus* ein Mann von Kopf. Dieſe Beſtimmung ſteht neben der poſſeſſiven

*) ſo bei Spätern häufig, z. B. Tac. H. 2, 10. 4, 49. O. Met. 3, 224.
**) ſtatt quindecimpedalem.
***) knapp auf 30 Tage, cf. Caes. 1, 5. 7, 71. 74. Liv. 29, 25, 9. 26, 35, 3.

Digitized by Google

in der Stelle: Raras tuas quidem accipio literas; sed quam *prudentis*, quam *multi* et *officii et consilii*. C. Fam. 2, 13. prudentis sc. hominis, welches in tuas liegt. Ueberflüssig wird das Adjectivum bei *nihili* homo. Plaut. Bacch. 4, 8, 63. cf. 5, 2, 70. Asin. 2, 4, 66. Men. 5, 6, 7. u. öfter. Dieser Genitivus, der nahe an den possessivus grenzt (homo *magni ingenii* der großem Talent, d. i. großen Köpfen, angehört, einer von ihnen ist), legt einem Subjecte eine Eigenschaft als eine zu seinem Wesen oder Character gehörige bei, oder als eine solche, ohne welche das Subject aufhören würde, dasselbe zu seyn, und ist daher von dem Ablativo Qualitatis, der nur den Zustand bestimmt und anzeigt, wie eine Eigenschaft an einem Subject sich äußere oder erscheine, völlig verschieden. Homo *magno ingenio* heißt einer, der großes Talent zeigt; daher auch nur: Senex *promissa barba, horrenti capillo*. P. Ep. 7, 27, 5.

2. bei einem Subjectsnominativ mit esse als Prädicatsbestimmung:

De lingua Latina *securi es animi* *), qui libros philosophicos conscribis. C. Att. 12, 52. Papirius Cursor *invicti* ad laborem *corporis erat*. L. 9, 16. Claudius *erat somni brevissimi*. Suet. Claud. 33. Senonum civitas *est* inprimis firma et *magnae* inter Gallos *auctoritatis*. Caes. 5, 54. lumenta Germani quotidiana exercitatione, *summi* ut *sint laboris* **), efficiunt. Ib. 4, 2. Lucretii poemata, ut scribis, ita *sunt*: non multis luminibus ingenii, *multae* tamen *artis* ***). C. Q. F. 2, 11. *Magni iudicii, summae* etiam *facultatis esse* †) debet orator. C. Or. 21. Hannibal tumulum tutum commodumque alioquin, nisi quod *longinquae aquationis erat*, cepit. L. 30, 29. Servius Tullius iuvenis *evasit* vere *indolis regiae*. L. 1, 39.

Xerxis classis *mille* et *ducentarum navium longarum fuit*; terrestres autem exercitus *septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt*. N. 2, 2. Iulius Caesar annum ad solis cursum accommodavit, ut *trecentorum sexaginta quinque dierum esset*. Suet. Caes. 40. Claudius tr. pl. legem tulerat, ne quis senator maritimam navem, quae plus, quam *trecentarum amphorarum esset*, haberet. L. 21, 63. Virtus non *tantarum virium est* ††), ut se ipsa tueatur. C. Tusc. 5, 1.

---

*) unbekümmert.

**) daß sie der größten Anstrengung fähig sind, cf. Hor. S. 1, 1, 33.

***) sehr kunstreich.

†) muß ein Mann von großer Urtheilskraft und von sehr großen Fähigkeiten seyn.

††) vermag nicht so viel.

Digitized by Google

III. Den Genitivus quantitatis regieren die Nomina quantitati- 104
va, die von einem einzelnen Gegenstande das Maß oder die Quantität, in welcher er genommen werden soll, und die partitiva, die von einer als Ganzes gedachten Mehrzahl einen Theil angeben.

A. Quantitativa, die als Maßbenennungen ein Substantivum im Genitivo bei sich haben, sind

1. diejenigen Substantiva, die von meßbaren Gegenständen Maß und Gewicht angeben, theils bestimmter, wie medimnum (us), modius, concha; amphora, congius; sextarius, hemina; as, libra, pondo, uncia, mina, talentum, auch iugerum, und von der Zeit punctum, vestigium, nicht aber Längenmaße: theils im Allgemeinen, wie mensura, modus, multitudo, vis, copia, acervus, numerus, grex, globus etc. und negativ: nihil.

2. Mehrere Adiectiva und Pronomina neutrius generis, die jedoch so, substantive, nur im Nominativ und Accusativ vorkommen: tantum so viel, quantum wie viel, aliquantum, multum, plus, amplius, plurimum, minus, minimum, nimium, parum, reliquum, dimidium, aliud; und hoc, id, illud, idem, quod, quid mit den Compositis, aliquid, quidquam etc.

In *iugere Leontini agri medimnum* fere *tritici* seritur. C. Verr. 3, 47. Tiburius Tolosae quaternos denarios in singulas *vini amphoras* portorii nomine exegit. C. Font. 5. cf. C. Verr. 2, 74. Caesar populo praeter *frumenti* denos *modios* ac totidem *olei libras*, trecenos quoque nummos viritim divisit. Suet. Caes. 38. Conon *pecuniae* quinquaginta *talenta* civibus suis donavit. N. 9, 4. Fulvius Flaccus tulit in triumpho *auri* pondo triginta unum. L. 40, 43. cf. Caes. C. 2, 18. Maximus *vini numerus* fuit, permagnum optimi *pondus argenti*. C. Phil. 2, 27. Hostes omnem Galliae salutem in illo *vestigio temporis* positam arbitrabantur. Caes. 7, 25. cf. Cic. Pis. 9. extr. *Flumina* iam *lactis*, iam *flumina nectaris* ibant. O. Met. 1, 111. Hospes senem pellexit, *montes auri* pollicens. T. Phorm. 1, 2, 17. Iustitia *nihil* expetit *praemii*. C. Leg. 1, 18.

Tantum quisque se in republica posse postulat, *quantum* habet *virium*. C. ad Brut. 1, 10. cf. Caes. C. 3, 78. 92. *Quantum* quisque sua *nummorum* servat in arca, *tantum* habet et *fidei*. Iuvenal. 3, 143. Undique ad inferos *tantundem viae* est. C. Tusc. 1, 43. Ego, iuris civilis studio, *multum operae* dabam Q. Scaevolae. C. Brut. 89. Romani ab sole orto in *multum diei* stetere in acie. L. 27, 7. Inter ingenium

Digitized by Google

et eloquentiam *perpaululum loci* reliquum est arti. C. Or. 2, 35. Ubii ad Caesarem legatos mittunt; si *amplius obsidum* velit, dare pollicentur. Caes. 6, 9. Potest quidquam esse absurdius, quam, quo *minus viae* restat, eo *plus viatici* quaerere? C. Sen. 18. Bonus amicus in mala re *dimidium* est *mali*. Plaut. Pseud. 1, 5, 37. Redemtori tuo *dimidium pecuniae* curavi. C. Q. Fr. 2, 4. Natura non uni cuncta concessit, sed *aliud* alii *commodi*, aliquo adiuncto incommodo, muneratur. C. Inv. 2, 1.

Proficiscebar Athenis, quum *hoc* ad te *literarum* dedi. C. Fam. 2, 8. Galli *hoc* sibi *solatii* proponebant, celeriter amissa recuperaturos. Caes. 7, 15. Flaminius, angustiis superatis, *id* tantum *hostium*, quod ex adverso erat, conspexit. L. 22, 4. Verba vana ad *id locorum* fuerunt. L. 9, 45. *). Tibi *idem consilii* do, quod mihimet ipsi: ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possimus. C. Fam. 9, 2. Ceterae civitates omnes non dubitarent nostros homines recipere in suas civitates, si *idem* nos *iuris* haberemus, quod ceteri. C. Balb. 12. *Quod* in rebus honestis et cognitione dignis *operae curaeque* ponetur, id iure laudabitur. C. Off. 1, 6. *Quid causae* est, cur poetas latinos graecis literis eruditi legant, philosophos non legant? C. Acad. 1, 3. Tuum est, Caesar, *quid* nunc mihi *animi* sit, ad te ipsum referre. C. Deiot. 2. Potest exercitatio et temperantia etiam in senectute conservare *aliquid pristini roboris*. C. Sen. 10. Cogito, *navicularum* habere *aliquid* in ora maritima. C. Fam. 9, 25.

Not. 1. Bei dieſen Adjectiven und bei nihil können auch Adiectiva neutra der zweiten Declination, substantive genommen, im Genitivo ſtehen; ähnliche Neutra der dritten Declination hingegen und aliud ſtehen der Deutlichkeit wegen bei ihnen nur in gleichem Caſu, außer wenn ſie von einem andern der zweiten Declination begleitet ſind.

Caesar militibus suis ostendit, *quantum* haberet in se *boni* constantia. Caes. 1, 40. Quis nescit, primam esse historiae legem, ne *quid falsi* dicere audeat? C. Or. 2, 15. Pythagoras quum in geometria *quiddam novi* invenisset, Musis bovem immolasse dicitur. C. N. D. 3, 36. A Philippo Cynosarges et Lyceum, et *quidquid sancti amoenive* circa urbem Athenarum erat, incensum est. L. 31, 24. Homo sum; *humani nihil* a me alienum puto. T. Heaut. 1, 1, 25. Iam diu *nihil novi* ad nos afferebatur. C. Fam. 2, 14. cf. Drak. ad L. 2, 57, 3.

Ut adolescentem, in quo *senile aliquid*, sic senem, in quo est adolescentis aliquid, probamus. C. Sen. 11. Apud Prusiam Hannibal eodem animo fuit erga Italiam, neque *aliud quidquam* egit, quam regem armavit et excitavit adversus Romanos. N. 23,

*) cf. L. 25, 22, 1. Cort. ad Sall. I. 63, 6.

Digitized by Google

10. In animis hominum doctissimi illi veteres inesse *quiddam coeleste et divinum* putaverunt. C. Fin. 2, 34. Quanto tandem, si *quidquam* in vobis, non dico *civilis*, sed *humani* esset, indulgere potius comitati Patrum atque obsequio plebis oportuit? L. 5, 3. Germani Quinctilium Varum *nihil tale* timentem improviso adorti undique invadunt. Flor. 4, 12, 34. *Aliud* agitur *nihil*, nisi ut iis ne quid desit, quibus satis nihil est. C. S. Rosc. 3.

Not. 2. Die Demonstrativa *id* und *tantum* werden weggelassen, wenn sie nicht nöthig sind, und der zu ihnen gehörige Genitiv den entsprechenden Relativis *quod* und *quantum* bald vor, bald nachgesetzt.

Mos est Germanorum civitatibus, ultro ac viritim conferre principibus vel *armentorum*, vel *frugum*, *quod* 1) pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit. Tac. G. 15. Horatio Coclitī *agri quantum* 2) uno die circumaravit, datum. L. 2, 10. Medico *mercedis quantum* poscet, promitti iubeto. C. Fam. 16, 14. Romanus exercitus, *quod* inter Palatinum Capitoliumque collem *campi* 3) est, compleverat. L. 1, 12.

Not. 3. Diesen Neutris mit dem Genitivo liegt jedesmal der Begriff einer Quantität zum Grunde; adiective hingegen deuten sie nur Eigenschaften an. Daher wurde auch in der Stelle: Cum in aciem secum tam tristem memoriam caedium suarum et *tantum sanguinis* duobus proeliis *fusi* ferrent. L. 11, 13. *tantum* für tanti gesetzt.

Praesidii tantum 4) est, ut ne murus quidem cingi possit. Caes. 6, 33. Homines militares occulte pontem obsidunt. Postquam ad *id loci* 5) legati cum Volturcio venere, simul utrinque clamor exortus est. Sall. C. 45. *Quid mulieris* 6) uxorem habes? T. Hec. 4, 4, 21. Ne miremini, qua ratione hic tantum apud Verrem libertus potuerit, exponam vobis breviter, *quid hominis* 7) sit. C. Verr. 2, 54.

Quidam *tantum studium*, tamque *multam operam* ponendam in philosophia non arbitrantur. C. Fin. 1, 1. Lartius censebat, non *id tempus* esse, ut merita tantummodo exsolverentur. L. 2, 29. Qui se ipse norit, primum *aliquid* se habere sentiet *divinum*. C. Leg. 1, 22. Plebs *nihil* ex Valerii familia *triste* nec *superbum* timebat. L. 2, 30. Grave est homini pudenti, petere *aliquid magnum* ab eo, de quo se bene meritum putet. C. Fam. 2, 6.

Not. 4. Andre Adiectiva neutra, in so fern sie einen Theil eines Ganzen bedeuten, brauchen Cicero und Cäsar sehr selten und nur im Plurali mit dem Genitivo; die Geschichtschreiber und die Prosaisten seit Augusts Zeitalter hingegen nach dem Beispiel der Dichter desto häufiger in beiden Numeris als allgemeinere Bezeich-

1) i. e. *id* armentorum frugumque, quod.
2) i. e. *tantum* agri, quantum.
3) i. e. *id* campi, quod.
4) so wenig, nur so wenig, wie Caes. C. 3, 2. cf. Manut. ad C. Fam. 1, 7, 8. Praesidium tantum hieße: eine so starke Besatzung.
5) bis zu der Stelle, genau bezeichnet.
6) was für ein Stück von Weibe hast du zur Frau? verächtlich.
7) was zu dem Menschen ist.

Digitized by Google

nung. Besonders gehören hierher *summum*, *medium*, *extremum*, *ultimum*, womit der höchste, mittelste, äußerste Punct gemeint ist.

Apelles Veneris caput et *summa pectoris* 1) politissima arte perfecit. C. Fam. 1, 9, 36. Quum tradita sunt *cuiusque artis difficillima*, reliqua, quia aut faciliora, aut similia sunt, tradi non necesse est. C. Or. 2, 16. Pergami in *occultis ac reconditis templi*, quo praeter sacerdotes adire fas non est, tympana sonuerunt. Caes. C. 3, 105.

Huius disputationis fuit *extremum* fere de immortalitate animorum. C. Lael. 4. Romani castrorum oppugnatione, quia *serum* erat *diei* 2), abstinuere. L. 7, 8. Adolescenti in *hoc lubrico aetatis* 3) non praeceptor modo, sed custos etiam rectorque quaerendus est. P. Ep. 3, 3. Quidam Ligus studio legendi cochleas paulatim prope ad *summum montis* 4) egressus est. Sall. I. 93. *Medium* ferme *diei* erat. L. 26, 45. Tarquinius et Collatinus Lucretiam nocte sera deditam lanae inter ancillas in *medio aedium* sedentem inveniunt. L. 1, 57. *Extremo aestatis* Patres Livium redire ad urbem iusserunt. L. 28, 9. cf. Tac. H. 3, 47. Patres, ad *ultimum dimicationis* rati rem venturam, Appium Claudium consulem faciunt. L. 2, 56.

Non temere *incerta casuum* 5) reputat, quem fortuna nunquam decepit. L. 30, 30. Praemissus Caecina, ut *occulta saltuum* 6) scrutaretur, pontesque et aggeres *humido paludum* 7) et fallacibus campis imponeret. Tac. 1, 61. *Strataque* iam vulgi pedibus detrita *viarum* 8) saxea conspicimus. Lucr. 1, 316. cf. V. Aen. 1, 422.

105 B. Wenn die Partitiva, Zahlabtheilungsbenennungen, einen Theil einer Mehrzahl angeben, so steht diese als das Ganze bei ihnen im Genitivo plurali, der im Deutschen meist durch unter, aus, von, oder durch das bloße Substantivum ohne Artikel übersetzt wird, z. B. die meisten Menschen. Solche Partitiva sind:

1. Uter, alter, neuter, uterque, alteruter, alius, solus, nullus, nemo, ille, hic, quis, qui mit ihren Compositis, multi, plurimi, plerique, pauci, quot, quotcunque, quotus, quotus quisque, aliquot, tot, ceteri, reliqui.
2. Die Comparativi und Superlativi nebst einigen Adjectiven,

---

1) für summas partes, *μέρη*.
2) statt quia sero erat.
3) statt lubrico aetatis tempore.
4) statt summum montis caoumen.
5) Das Ungewisse, d. i. die vielfache Möglichkeit der Unfälle, oder: wie sehr unsicher man vor Unfällen ist.
6) statt occulta saltuum loca.
7) scil. solo, wie Sall. I. 48, 3.
8) So *lubrico viae*. Tac. H. 2, 88. *angusta et lubrica viarum*. Tac. H. 5, 8a. 4, 35. *subita belli*. Ib. 5, 13. cf. Drak. ad L. 37, 58, 8.

Digitized by Google

die Superlativbedeutung haben, wie princeps, medius, unus einzig.

3. Die Numeralia cardinalia und ordinalia.

4. Substantiva, die eine Anzahl zählbarer Gegenstände bedeuten, wie centuria, legio, cohors, manipulus, auch pars, decimae, nihil.

1. Tribuni C. Licinius et L. Sextius promulgavere legem, ut *consulum alter* ex plebe crearetur. L. 6, 35. Contraria ea dico, *quorum alterum* ait quid, alterum negat. C. Fat. 16. Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria, *quorum uterque* parvis praesidiis propter angustias intercludi potest. C. Fam. 15, 4. In bibliotheca separatim *uterque nostrum* ad suum studium libellos evolvebat. C. Top. 1. *Animalium alia* *) rationis expertia sunt, *alia* ratione utentia. C. Off. 2, 3. *Omnium societatum nulla* praestantior est, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. C. Off. 1, 17. Alexander Magnus cum *nullo hostium* unquam congressus est, quem non vicerit. I. 12, 16. *Nemo mortalium* omnibus horis sapit. P. 7, 40. *Nemo Gallorum* sine cive Romano quidquam negotii gerit. C. Font. 1. Multis de causis Caesar statuit, sibi Rhenum esse transeundum, *quarum illa* fuit iustissima, quod suis quoque rebus Germanos timere voluit. Caes. 4, 16. De exercitu Marcelli, *qui eorum* **) ex fuga Cannensi essent, in Siciliam eos traduci atque ibi militare, donec in Italia bellum esset, placuit. L. 23, 25. Regnavit Ancus annos quatuor et viginti, *cuilibet superiorum regum* belli pacisque et artibus et gloria par. L. 1, 35. Neque *stultorum quisquam* beatus, neque *sapientium* non beatus. C. Fin. 1, 18. *Quotus quisque philosophorum* invenitur, qui sit ita moratus, ut ratio postulat? C. Tusc. 2, 4. *Multae istarum arborum* mea manu sunt satae. C. Sen. 17. Vicesima legio terga agminis firmavit, post *ceteri sociorum*. Tac. 1, 51.

2. Excellentissimi reges Persarum fuerunt Cyrus et Darius, Hystaspis filius: *prior horum* apud Massagetas in proelio cecidit. N. 21, 1. Curae fuit consulibus et *senioribus Patrum*, ut imperium mansueto permitteretur ingenio. L. 2, 50. Hannibalis temporibus *omnium potentissimus* rex Antiochus fuit. N. 23, 2. *Gallorum omnium fortissimi* sunt Belgae. Caes. 1, 1. Urbem Syracusas *maximam* esse *Graecarum urbium, pulcherrimamque omnium* saepe audistis. C. Verr. 4, 52.

*) einige Thiere — andre.
**) scil. militum, ſt. *eius* sc. exercitus. §. 92, 2. a.

Digitized by Google

Graecorum oratorum praestantissimi sunt ii, qui fuerunt Athenis; *eorum* autem *princeps* facile Demosthenes. C. Opt. 4. Non sine causa Dii hominesque hunc Romae condendae locum elegerunt, *regionum* Italiae *medium*. L. 5, 54. Aristides *unus omnium* iustissimus fuisse traditur. C. Sext. 67.

3. Erant Phocionis tempore Athenis duae factiones, *quarum una* populi causam agebat, *altera* optimatum. N. 19, 3. Mago Carthagine in senatu res gestas in Italia a fratre exponit: cum sex imperatoribus eum, *quorum quatuor* consules, *duo* dictator ac magister equitum fuerint, acie conflixisse. L. 23, 11. Rationem defectus solis apud Graecos investigavit *primus omnium* Thales Milesius. P. 2, 12.

4. Servius Tullius *equitum* ex primoribus civitatis *duodecim* scripsit *centurias*. L. 1, 43. In transitu Rhodani *equorum pars* maxima nantes loris a puppibus trahebantur. L. 21, 27. *Nihil omnium rerum* melius, quam omnis mundus administratur. C. Inv. 1, 34. *Piscium feminae* maiores, quam mares. P. 9, 16.

Not. 1. *Collectiva* §. 19, 1, b. ſtehen bei dieſen Partitivis im Genitivo Singulari.

In hominum genere nulla dissimilitudo est; nec est *quisquam gentis ullius*, qui ad virtutem pervenire non possit. C. Leg. 1, 10. Omnium oratorum *acutissimum* iudico *nostri ordinis* Q. Sertorium, *equestris* C. Gorgonium. C. Brut. 48. *Ceteri nostri ordinis*. Pompei. ap. C. Att. 8, 12. p. 773. Ern. Arduenna silva est *totius Galliae maxima*. Caes. 6, 29. cf. C. Brut. 27, 104. Regio Carnutum *totius Galliae media* habetur. Caes. 6, 13. Rationem defectus solis ac lunae *primus Romani generis* in vulgus extulit Sulpicius Gallus, qui consul cum Marcello fuit. P. 2, 12. *Totius iniustitiae nulla* capitalior est, quam eorum, qui, eum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. C. Off. 1, 13. *Hordei decumas* agri Herbitensis Docimus emerat. C. Verr. 3, 34.

Not. 2. Das Partitivum hat in der Regel mit ſeinem Genitivo, oder wenn es ein Superlativ iſt, wenigſtens mit ſeinem Hauptwort gleiches Genus; oft aber iſt es blos dem Sinne nach conſtruirt und daher

a. das Genus nicht berückſichtigt, z. B. *Hordeum* frugum omnium *mollissimum* est. P. 18, 7. *Indus* est omnium fluminum *maximus*. C. N. D. 2, 52. *Omnium rerum* nec aptius est *quidquam* ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi, nec alienius, quam timeri. C. Off. 2, 7. Themistocles veni ad te, qui *plurima* mala *omnium Graiorum* in domum tuam intuli. N. 2, 9. *Rerum* facta est *pulcherrima* *) Roma. V. Georg. 2, 534.

b. Oder ein Adverbium iſt als ein Partitivum gebraucht: Sulpicius Gallus *maxime omnium nobilium* Graecis literis studuit. C. Brut.

*) die ſchönſte der Welt; das Genus iſt hier zufällig gleich; daher auch dulcissime rerum. H. Sat. 1, 9, 4.

Digitized by Google

20. Caesar *omnium* fere *oratorum* Latine loquitur *elegantissime*. C. Brut. 72. Trevirorum civitas longe *plurimum totius Galliae* *) equitatu valet. Caes. 5, 3. Mardonius erat *inprimis omnium Persarum* et manu fortis et consilii plenus. N. 4, 1.

c. Oder ein Substantivum vertritt die Stelle eines Partitivi: Iudiciorum ratio ex accusatione et defensione constat: *quarum* etsi laudabilior est *defensio* **), tamen accusatio probata persaepe est. C. Off. 2, 14. Duo Fannii, Caii et Marci filii, fuerunt, *quorum* Caii *filius* 1) consul cum Domitio fuit. C. Brut. 26. Duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamen: *quorum Charisius* multarum orationum, quas scribebat aliis, cum cupere videretur imitari Lysiam: Democharen autem et orationes scripsit aliquot, et rerum historiam. Ib. 83.

Not. 3. Als Partitiva werden noch gebraucht:

a. *Omnes* und *cuncti* in der Bedeutung von singuli.

Attalus, ne desertam haberet insulam (Andrum), *Macedonum* fere *omnibus*, ut manerent, persuasit. L. 31, 45. Brutus ex senatus consulto ad populum tulit, ut *omnes Tarquiniae gentis* exsules essent. L. 2, 2. Baetica *cunctas provinciarum* diviti cultu et quodam fertili nitore praecedit. P. 3, 1.

b. Schon Livius braucht Participia häufiger partitive; Dichter und Spätere aber nach griechischer Sitte auch Adiectiva im Positivo und Substantiva, wenn sie einen Theil einer Gattung bezeichnen.

Hannibal cum *delectis peditum equitumque* 2) in Campaniam contendit. L. 26, 5. *Degeneres canum* caudam sub alvum flectunt. P. 11, 51. *Nigrae lanarum* 3) nullum colorem bibunt. P. 8, 48. Sequimur te, *sancte Deorum*. V. Aen. 4, 576. Othonianis victoria non incruenta fuit, *quorum* improvide *secutos* 4) conversi equites circumvenerunt. Tac. H. 2, 15. *Leguminum cicer* 5) eadem, quae far, desiderat. P. 18, 20. *Tribunorum Subrium et Cerium* milites adorti sunt minis. Tac. H. 1, 31. — O fons Bandusiae — fies *nobilium* tu quoque *fontium* 6). H. C. 3, 13, 13.

Not. 4. Bei Geschichtschreibern und Dichtern wird, bei Eintheilungen, dasjenige Wort, welches das Ganze bezeichnet, dem Partitivo in gleichem Casu beigesetzt.

---

*) statt validissima est totius Galliae.

**) statt quarum etsi *altera* laudabilior est, defensio; tamen etc. cf. C. Off. 2, 9, 34. pr.

1) statt quorum *alter*, Caii filius.

2) so delecti Patrum, expediti peditum etc. Drak. ad L. 30, 9, 1.

3) so avium loquaciores. P. 11, 51. cerasorum Aproniana. P. 15, 25. cohortium integra. Tac. H. 4, 79. cf. Ruhnken. ad Vellei. 2, 80. bei Dichtern Drak. ad Sil. 1, 564.

4) statt quorum *eos*, *qui secuti erant*, wie factorum descripta Tac. 6, 24.

5) so: pennatorum animalium bubo et otus. P. 11, 37. pilos habentium asinus. P. 11, 33.

6) scil. *unus*, cf. Plaut. Mil. 4, 2, 25. wie Ὕλας μαχάρων ἀριθμεῖται. Theocrit. 13, 72.

Digitized by Google

Duae fuerunt Ariovisti uxores. *Duae filiae* †) harum, *altera* occisa, *altera* capta est. Caes. 1, 53. *Multitudo* ††) *pars* procurrit in vias, *pars* ex tectis fenestrisque prospectant, et, quid rei sit, rogitant. L. 24, 21. So: *οἰκίαι, αἱ μὲν πολλαὶ ἐπεπτώκεσαν, ὀλίγαι δὲ περιῆσαν.* Thuc. 1, 89.

Not. 5. Statt des Genitivs werden der deutlichern Bezeichnung wegen vorzüglich bei Superlativis und unus (ohne Beziehung auf alter) die Präpositionen ex, de, inter, in, ante gebraucht.

Ex, eine Auswahl andeutend: Helvetii eo consilio domos suas reliquerant, ut locum domicilio ex magna copia deligerent, quem *ex omni Gallia opportunissimum* ac *fructuosissimum* iudicassent. Caes. 1, 30. *Acerrimus ex omnibus nostris sensibus* est sensus videndi. C. Or. 2, 87. *Soli ex animantibus* nos astrorum ortus, obitus, cursusque cognovimus. C. N. D. 2, 61. M. Calidius non fuit orator *unus e multis* *); potius inter multos prope singularis. C. Brut. 79. Gallus quidam provocat *unum ex Romanis*, qui secum ferro decernat. L. 7, 26.

De, ein Wegnehmen von etwas: Themistocles noctu *de servis suis*, quem habuit *fidelissimum*, ad regem misit. N. 2, 4. Tenuis L. Virginius, *unusque de multis* **), virginem filiam sua manu occidit. C. Fin. 2, 20. Hic locus erat *extremus de sex partibus* orationis. Ad Herenn. 2, 2.

Inter, unter einer Zahl sich befindend, sich auszeichnend: In oratoribus Graecis admirabile est, quantum *inter omnes unus* excellat Demosthenes. C. Or. 2. Alexander non salutari, sed adorari se iubet. *Acerrimus inter recusantes* Callisthenes fuit. I 12, 7. Borysthenes *inter* Scythiae *amnes* est *amoenissimus*. Mela 2, 1.

In, in eine größere Anzahl eingeschlossen, darin enthalten: Thales *sapientissimus in septem* fuit. C. Leg. 2, 12.

Besonders werden ex und in gebraucht, um bei Zahlen eine Eintheilung oder Subtraction zu bezeichnen; so auf Inschriften, z. B. Mater filiorum VII, *ex quibus* reliquit II. — Vixit annis LV, *ex quibus* cum marito suo fecit ann. XXX. — Vixit annis XXXIX, *ex is* mecum ann . . . . Haec fuit in Lucesta annos XVII. m. X. dies XX. *in quib.* cum marito vixit dies centum.

Ante, einen Vorzug bei Vergleichungen: Romulus fuit longe *ante alios acceptissimus* militum animis. L. 1, 15.

Not. 6. Im Lateinischen bezeichnet dieser Genitivus den höchsten Grad des Superlativs. So heißen beneficia maxima sehr große, beneficiorum maxima die größten Wohlthaten. Ist hingegen in dem Partitivo nicht ein Theil der Zahl, sondern alle gemeint, so steht es mit seinem Nomen in gleichem Casu, wofür im Deutschen aber der Genitivus gebraucht wird.

Trecenti coniuravimus ***) principes iuventutis Romanae. L. 2, 12. Ex quinquaginta millibus Graecorum *supersumus pauci*.

---

†) statt duarum filiarum, welches aber wegen harum vermieden werden mußte.

††) statt multitudinis, oder: das Volk — davon lief ein Theil.

*) einer, wie man ihn aufs Gerathewohl aus der großen Menge herausnimmt, d. i. ein gewöhnlicher.

**) i. e. homo plebeius.

***) Unser dreihundert.

Digitized by Google

Curt. 5, 11, 5. Vos, cum praesertim tam *pauci sitis*, volui esse quam coniunctissimos. C. Fam. 14. 1 Numerate, *quot ipsi* sitis. L. 6, 18. *Nostri* in primo congressu circiter *septuaginta* †) ceciderunt. Caes. C. 1, 46. Reges attingere nolumus. quod omnium res gestae separatim sunt relatae. Neque tamen *hi* admodum sunt *multi*. N. 21, 1. Caninius quaerit ex proximo vicino, num feriae quaedam piscatorum essent, quod *eos nullos* ††) videret. C. Off. 3, 14. Hominibus opus est eruditis, *qui* adhuc, in hoc quidem genere, *nostri nulli* fuerunt. C. Or. 3, 24. De vera amicitia et perfecta loquor, qualis eorum, *qui pauci* †††) nominantur, fuit. C. Lael. 6. Tarquinius exaugurare fana sacellaque statuit, *quae aliquot* a Tatio rege consecrata, inauguratague postea fuerant. L. 1, 55. Quaeritur, quot sint species rerum publicarum, *quas tres* accipimus, quae populi, quae paucorum, quae unius potestate reguntur. Q. 5, 10, 63.

IV. Der Genitivus Obiecti bezeichnet einen paſſiven Gegenſtand neben einem Nomen, welches eine auf ihn übergehende Thätigkeit, oder auch eine entferntere Beziehung auf ihn andeutet, und wird im Deutſchen meiſt durch eine Präpoſition, nie aber durch ein Adjectivum, ausgedrückt. Dieſer Genitivus ſteht auch als Appoſition. 106

a. Nähere Beziehungen einer Thätigkeit auf einen leidenden Gegenſtand:

Lucullus delectabatur mirifice *lectione librorum*, de quibus audiebat. C. Acad. 2, 2. Nonnulli laesam a Timoleonte pietatem putabant, et invidia *laudem virtutis* obterebant. N. 20, 1. Iucunda est *memoria* praeteritorum *malorum*. C. Fin. 2, 32. an. Insitus est menti *cognitionis amor*. Ib. 4, 7. 3u. Catoni *studium modestiae, decoris*, sed maxime *severitatis* erat. Sall. C. 54. Epaminondas orbis terrarum divitias accipere nolebat pro *patriae caritate*. N. 15, 4. Nullam habet *spem salutis* aeger, quem ad intemperantiam medicus hortatur. S. Ep. 123. Nulli animalium longum *foetus sui desiderium* est, nisi homini. S. Marc. 7. nach. Animi morbi sunt *cupiditates* immensae *divitiarum, gloriae, dominationis, libidinosarum* etiam *voluptatum*. C. Fin. 1, 18. Lepidus declaravit, quantum haberet *odium servitutis*. C. Phil. 5, 14. ges gen. *Hominum caritas et amicitia* gratuita est. C. N. D. 1, 44. Leve est onus *beneficii gratia*. C. Planc. 32. für. *Sceleris poena* tristis et per se ipsa maxima est. C. Leg. 2, 17. Difficilis est *cura rerum alienarum*. C. Off. 1, 9. Socii populi

†) cf. Liv. 2, 16, 9. Die Stellen bei Cäſar ſ. bei Held ad Caes. C. 1. 19.
††) keine von ihnen.
†††) deren oder dergleichen nur wenige genannt werden.

Digitized by Google

Romani afflicti iam non *salutis spem* sed *exitii solatium* quaerunt. C. Caecil. 3. Deciis levabat omnem *vulnerum metum* nobilitas mortis et gloria. C. Tusc. 2, 24. vor. In culpa sunt, qui officia deserunt *laborum* et *dolorum fuga*. C. Fin. 1, 10. Viri Gallorum in uxores, sicut in liberos, *vitae necisque* habent *potestatem*. Caes. 6, 19. über. Mihi Telamon iratus furere *luctu filii* videbatur. C. Or. 2, 46. Zeuxis pictor *verissimum pulcritudinis* habere *iudicium* debuit. C. Inv. 2, 1. Nuntiabatur adventus Iubae Curioni, sed aliquamdiu fides fieri non poterat; tantam habebat suarum *rerum fiduciam*. Caes. C. 2, 37. auf. In homine *virtutis opinio* valet plurimum. C. Top. 19. die Meinung von; opinio timoris, Caes. 3, 17. 5, 57. cf. 6, 24. 7, 59. exercitus, 4, 16. Mucius augur *iuris civilis intelligentia* praestitit. C. Brut. 26. Einsicht in. Amicitiam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus: non erit ista amicitia, sed *mercatura quaedam utilitatum suarum*. C. N. D. 1, 44. mit.

b. Entferntere Beziehungen auf einen passiv genommenen Gegenstand.

Quam civitati carus fuerit Scipio, *moerore funeris* *) indicatum est. C. Lael. 3. Conscientia rectae voluntatis maxima *consolatio* est *rerum incommodarum* **). C. Fam. 6, 4. Fuit mihi et *laudis nostrae gratulatio tua* iucunda, et *timoris consolatio* grata. C. Att. 1, 17. L. Paullus *tanti belli* ***) *victor* non dispoliatus est triumpho. L. 45, 36. Philoctetes propagabat vitam *aucupio sagittarum* †). C. Fin. 5, 11. Quid est aliud tollere e vita vitae societatem, tollere *amicorum colloquia* ††) absentium? C. Phil. 2, 4. *Bello Helvetiorum* confecto, totius fere Galliae legati ad Caesarem gratulatum convenerunt. Caes. 1, 30. cf. C. 2, 23. Appius Claudius senatum a *Pyrrhi pace* revocavit. C. Brut. 14. cf. Caes. 1, 37. Quid mihi erat utilius, quam *hominis nobilissimi atque honoratissimi coniunctio*? C. Fam. 10, 3, 27. cf. 10, 4. Verres a Diocle *abaci* †††) *vasa* omnia, ut exposita fuerant, abstulit. C. Verr. 4, 16. In urbibus Graeciae conservatores populi prope ad

*) Bei seinem Leichenbegängniß.
**) In Widerwärtigkeiten.
***) In einem so großen Kriege.
†) durch Vögeljagd mit Pfeilen.
††) Unterredungen abwesender Freunde, oder unter, mit abwesenden Freunden, Caes. C. 1, 26.
†††) Auf dem Tische, wie membrana tabellae. Iuvenal. 7, 23. oder die zu dem Tische gehörten.

Digitized by Google

immortalitatis [1]) et *religionem* et *memoriam* consecrantur. C. Mil. 29.

Mina *merces* erat *dialecticorum* [2]). C. Acad. 2, 30. Timotheus mille et ducenta *talenta praedae* [3]) in publicum detulit. N. 13, 1. Accusatores interdum *odio inimicitiarum* [4]) ad accusandum descendere solent. C. Mur. 27. Mors *laborum* ac *miseriarum quies* [5]) est. C. Cat. 4, 4. Druïdes *militiae vacationem, omniumque rerum* habent *immunitatem.* Caes. 6, 14. Quidam omnes *vias pecuniae* [6]) norunt, et omnia pecuniae causa faciunt. C. Q. Fr. 1, 1, 5. *Semita* certe *tranquillae* per virtutem patet unica *vitae.* Iuvenal. 10, 363. *Aditus laudis* semper optimo cuique maxime patuit. C. Manil. 1. Iis, qui de vita, gloriae causa, dimicant, hoc maximum et *periculorum incitamentum* est, et *laborum.* C. Arch. 10. Terra nobis *malorum* [7]) *remedium* genuit; nos illud *vitae* fecimus *venenum.* P. 2, 63. Romani omnem *apparatum oppugnandarum urbium* [8]) muris Syracusarum admoverunt. L. 24, 33. Socrates praebuit aliquando Aristophani *materiam iocorum* [9]). S. Vit. b. 27. Pina cum parva squilla quasi *societatem* coit *comparandi cibi* [10]). C. N. D. 2, 48. Gracchus augur in campo Martio *comitia consulum* [11]) habuit. C. Q. Fr. 2, 2. Epicurus non intelligit interdum, quid sonet *vox voluptatis* [12]). C. Fin. 2, 2. *Germaniae vocabulum* recens et nuper additum. Tac. G. 2. *Auri navem* [13]) evertat gubernator, an *paleae;* in re aliquantulum, in gubernatoris inscientia nihil interest. C. Par. 3, 1. *Cadum* tibi veteris

---

1) auf Ewigkeit hin, auf immer. cf. C. Phil. 2, 13. extr.
2) für den Unterricht in der Dialectik.
3) als Beute.
4) aus Haß, der von Feindschaft herrührt. So: Cumulus commendationis meae. C. Fam. 13, 15. 55. i. e. ex commend. mea, cf. Ern. h. l. aditus commendationis. Caes. 5, 41. C. 1, 74. Mei consilii fructum voluptatemque capio. C. Fam. 5, 2, 6. Lectionis voluptas. ib. 5, 12, 18.
5) von Arbeiten und Mühseligkeiten, cf. Tac. H. 5, 13.
6) zum Gelde.
7) gegen.
8) zu Städtebelagerungen, cf. Tac. H. 1, 88.
9) zu Späßen. So: venit *hora cibi.* O. Pont. 1, 10, 8.
10) zur Herbeischaffung ihrer Nahrung.
11) Versammlungen zur Wahl der Consuln.
12) das Wort Wollust. So: amicitiae nomen. C. N. D. 1, 44, 122. Fin. 2, 24, 78. Fam. 1, 9. pr.
13) ein Schiff mit Gold — mit Spreu, cf. C. Fin. 4, 27, 76. scrinium unguentorum. P. 13, 1.

Digitized by Google

vini *) propino. Plaut. Stich. 3, 1, 24. Homo Phryx *arborem fici* nunquam viderat. C. Flacc. 17. cf. Liv. 24, 3, 4. Cassius in *oppido Antiochiae* est cum omni exercitu. C. Att. 5, 18. cf. V. Aen. 1, 247. 3, 293. Tiberius, mutatis saepius locis, tandem apud *promontorium Miseni* consedit. Tac. 6, 50. *Eridani amnis.* V. Aen. 6, 659.

Not. 1. Substantiva, die einen Genit. Obiecti regieren, können meiſt auch einen Genit. Subiecti bei ſich haben, z. B. laus Hectoris das Lob, welches dem Hector ertheilt wird (passive), und welches Hector ertheilt (active); metus hostium die Furcht vor Feinden, und der Feinde; invidia aliorum das Verhaßtſeyn bei andern, und der Neid andrer; offensio alicuius der Verſtoß bei jemand, C. Caecil. 13, 41. und die Beleidigung, die etwas verurſacht; und in dieſem doppelten Sinn werden auch die Possessiva meus, tuus etc. gebraucht. Nicht ſo oft umgekehrt.

Ut expiarentur *legatorum iniuriae, regisque caedes* **), foedus inter Romam Laviniumque urbes renovatum est. L. 1, 14. Consules queruntur *iniurias suas*, vim plebis. L. 2, 55. Animadvertis, Cn. Pompeium nec *nominis sui*, nec *rerum gestarum* gloria ***) esse tutum. C. Fam. 9, 9. *Metus hostium* recte dicitur, et quum timent hostes, et quum timentur. *Iniurias* itidem dicimus tam *illorum*, qui patiuntur, quam qui faciunt. Gell. 9, 12. *Invidiam* duplicem intelligi volo; namqua altera invidum, altera invidiosum facit. Q. 6, 2, 21.

Non sinam, ut adversarii tum nobis denique respondeant, cum accusatio nostra in *oblivionem diuturnitatis* †) adducta sit. C. Verr. A. 1, 18. Atticus honores non petiit in tam effusis *ambitus largitionibus.* N. 25, 6.

Not. 2. Manche dieſer Genitive können mit ihrem Subſtantiv durch deutſche Compoſita ausgedrückt werden, z. B. arbor fici Feigenbaum; andre nur durch Umſchreibung.

Maximus in re publica nodus est *inopia rei pecuniariae* ††). C. ad Brut. 1, 18. Epicurus ait: ridiculum esse currere ad mortem *taedio vitae* †††). S. Ep. 24. Thrasybulo pro magnis meritis *honoris corona* 1) a populo data est. N. 8, 4. Crassus privatis magis officiis et ingenii laude floruit, quam fructu amplitudinis, aut *rei publicae dignitate* 2). C. Or. 3, 2.

---

*) So: *δοχὸς οἴνοιο.* Hom. Odyss. *l*, 196. *ἐν δοχῇ αἵματος.* Lucian. Charon. §. 38.

**) die den Geſandten zugefügten Beleidigungen und der am König verübte Mord; iniurias suas, die ihnen zugefügten Beleidigungen, Drak. ad L. 5, 3, 4. Dagegen Turni iniuria. V. Aen. 9, 108. ac. quam inferebat. Servius h. l.

***) durch das Prahlen (gloria, *active*) mit ſeinem Namen (Magnus) und ſeinen Thaten, cf. C. Fam. 8, 15.

†) i. e. quam diuturnitas affert, wie reliqui temporis spem. C. Caecil. 22. pr.

††) Geldmangel.

†††) aus Lebensüberdruß.

1) ein Ehrenkranz. So: veterem *belli gloriam.* Caes. 7, 1.

2) durch die Würde, die er ſich durch Verwaltung öffentlicher Aemter erworben hatte.

Digitized by Google

Not. 3. Hinter dieſem Genitivo ſtehen die Ablativi *causa*, *gratia*, oder ſtatt deſſen mit den Possessivis *mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra* in der Bedeutung wegen, und in derſelben Bedeutung das alterthümliche *ergo* (ἔργῳ durch die Wirkung) und bisweilen *nomine*, z. B. mea causa meinetwegen, verbi causa, exempli gratia zum Beiſpiel. C. Verr. 2, 52, 129. Off. 3, 12.

Sophistae appellabantur ii, qui *ostentationis*, aut *quaestus causa* *) philosophabantur. C. Acad. 2, 23. Multi ex urbe *amicitiae causa* **) Caesarem secuti erant. Caes. 1, 39. Si unusquisque ad se rapiat commoda aliorum *emolumenti sui gratia*, societas hominum et communitas evertatur necesse est. C. Off. 3, 5. Cum Metellis, Serviliis, Scipionibus erat Roscio hospitium, quas, ut aequum est, familias *honestatis amplitudinisque gratia* nomino. C. S. Rosc. 6. Demosthenes corona aurea donatus est *virtutis ergo benevolentiaeque*, quam erga populum Atheniensem haberet. C. Opt. 7. cf. N. 4, 1, 3. Gemina victoria duobus bifariam proeliis parta, maligne senatus in unum diem supplicationes *consulum nomine* ***) decrevit. L. 3, 63.

Vestra magis hoc *causa* volebam, quam *mea*. C. Or. 1, 35. cf. C. Acad. 2, 38, 120. Filium tuum ea esse opinione, et *tua*, et *ipsius*, et in primis *mea causa* gaudeo. C. Fam. 12, 15. Dumnorix oderat etiam *suo nomine* †) Caesarem et Romanos. Caes. 1, 13.

*) Dieſer Genitivus kommt in einigen Stellen ohne *causa* vor; ſehr gewöhnlich beim Gerundio und Gerundivo. Naves, quas *sui* quisque *commodi* fecerat, amplius DCCC uno erant visae tempore. Caes. 5, 8. cf. Oudend. ad 4, 1. Mihi togato senatus, non, ut multis, *bene gestae*, sed, ut nemini, *conservatae rei publicae* singulari genere supplicationis deorum immortalium templa patefecit. C. Pis. 3. wenn man dieſen Genitiv nicht lieber zu supplicationis ziehen will.

Not. 4. Statt des Genit. Obiecti werden Präpoſitionen gebraucht, wenn er in der Nähe eines andern Genitivs oder eines Pronominis possessivi undeutlich werden würde, oder überhaupt durch die Präpoſition der Ausdruck deutlicher wird.

Antonii *colloquium cum heroibus nostris* pro re nata non incommodum. C. Att. 14, 6. Quaedam aegrotationes animi nasci putantur a metu: ut *odium mulierum*, quale Attili est; ut *in* hominum *universum genus*, quod accepimus de Timone. C. Tusc. 4, 11. Nihil est tam flexibile, quam *voluntas erga nos*, sensusque civium. C. Mil. 16. cf. C. Cat. 4, 1, 1. Rem publicam hodierno die, deorum immortalium summo *erga vos amore* conservatam ac restitutam videtis. C. Cat. 3, 1. Sext. Claseno Pontifici — — VI viri ob *amorem* eius *erga singulos* universosque Grut. 388, 3. Intelliges, additum potius aliquid ad meum *erga te studium*, quam quidquam esse detractum. C. Fam. 3, 13. Abs te hoc petam, ut si quid in te residet amoris *erga me*, id omne in Pomponii negotio ostendas. C. Fam. 5, 5. Hannibal Antiocho multa de fide sua et *odio in Romanos* commemoravit.

---

*) der Pralerei oder des Gewinnſts wegen.
**) ſ. propter amicitiam, wie timoris causa. Held. ad Caes. C. 1, 33.
***) der Conſuln wegen, oder den Conſuln zu Ehren.
†) ſeinetwegen, oder aus Privatintereſſe.

Digitized by Google

N. 23, 2. cf. C. Planc. 29, 71. Ab his initiis noster *in te amor* profectus est. C. Fam. 13, 29.

Cives potiores, quam peregrini, et propinqui, quam alieni; *cum his* enim *amicitiam* natura ipsa peperit. C. Lael. 5. Cum Scipione mihi coniuncta *cura de re publica* et *de privata* fuit. Ib. 4. Appius senex tenebat non modo auctoritatem, sed etiam *imperium in suos* *). C. Sen. 11. Maximo *de nobis timore* afficiuntur amici nostri. C. Fam. 11, 2. cf. ad Brut. 1, 4. extr. Non solum *in homines obsequia*, sed etiam *in deos* **) *caerimoniae religionesque* tolluntur. C. Leg. 1, 15.

Anmerkungen.

107 1. Ein Genitivus kann den andern regieren; nur muß ihre Rection durch ihre Stellung deutlich unterschieden werden.

Non alia ulla fuit causa *intermissionis epistolarum*, nisi quod, ubi esses, plane nesciebam. C. Fam. 7, 13. Vitanda est *ingenii ostentationis* suspicio. C. Or. 2, 82. Morbus et aegrotatio ex *totius valetudinis corporis* conquassatione et perturbatione giguntur. C. Tusc. 4, 13. Peucestes *corporis* custos fuerat *Alexandri*. N. 18, 7. Iuvabit *rerum gestarum* memoriae *principis terrarum populi* pro virili parte et (me) ipsum consuluisse. L. praef. Antonius *Attici* memor fuit *officii*. N. 25, 10.

2. Zwei oder mehr Genitivi verschiedener Art können von Einem Substantivo regiert werden, wobei aber ebenfalls durch ihre Stellung Undeutlichkeit vermieden werden muß.

Themistoclis vitia *ineuntis adolescentiae* magnis sunt emendata virtutibus. N. 2, 1. Gallos hortabatur *superiorum dierum Sabini* cunctatio. Caes. 3, 18. Caesar pro veteribus *Helvetiorum* iniuriis *populi Romani* ab iis poenas bello repetiit. Caes. 1, 30. Cupio ab hac *hominum* satietate *nostri* discedere. C. Att. 2, 5. Celeritas ingenii etiam laus habetur propter *animi multarum rerum* brevi tempore percursionem. C. Tusc. 4, 13. Epicurus multa *Platonis*, *Aristotelis*, *Theophrasti orationis* ornamenta neglexit. C. Fin. 1, 5. Labor est functio quaedam, vel *animi*, vel *corporis*, *gravioris operis* et *muneris*. C. Tusc. 2, 15. Adiuvat oratorem *cultus pudoris* significatio. C. Or. 2, 43. Nos, qui religionem violari ab impiis passi non sumus, iudicia *senatus*, *Italiae*, *gentium* denique *omnium conservatae patriae* consecuti sumus. C. Leg. 2, 17. Quidam ex dediticiis, *eorum dierum* consuetudine *itineris nostri exercitus* perspecta, nocte ad Nervios pervenerunt. Caes. 2, 17. Plancius vixit coniunctissime cum Cn. Saturnino, *cuius* quantam *honoris huius* cupiditatem fuisse creditis, quum videtis luctus societatem? C. Planc. 12. cf. C. Fam. 1, 7, 7. Expositae sunt omnes copiae, *quarum* erat summa *veteranarum trium legionum uniusque tironum et equitum octingentorum*. Caes. C. 3, 29.

---

*) So: retinent caritatem in pastores. C. Lael. 19. extr. (erga parentem. Tac. 16, 30.) Quid dicam — de pietate in matrem? ib. 3, 11. Uni Antonio vir ac potestas in utrumque exercitum fuit. Tac. H. 3, 11.

**) caerimoniae deorum. C. Inv. 3, 22, 66.

Digitized by Google

So, wenn ſtatt des einen Genitivs ein Pronomen possessivum ſteht:

Incidit *meum* tempus *rerum gerendarum* in ipsum consulatum tuum. C. Fam. 15, 13.

3. Das Substantivum, von welchem der Genitivus abhängt, wird weggelaſſen:

a. wenn es durch den Genitivus und deſſen Umgebungen hinlänglich angedeutet iſt. Gewöhnlich fehlen ſo aedes, servus, libertus, auch uxor, filius, discipulus, (causa, ſ. §. 106. Not. 4. *) und bisweilen Partitiva.

Habitabat Tarquinius rex ad *Iovis Statoris*. L. 1, 41. sc. aedem. Legi, quemadmodum a *Vestae* ad tabulam Valeriam ducta esses. C. Fam. 14, 2. Verania *Pisonis* graviter iacebat. P. Ep. 2, 20. sc. uxor, cf. V. Aen. 3, 319. Hasdrubal *Gisgonis* fuit maximus clarissimusque dux. L. 28, 12. sc. filius. Forte ibi *huius* video Byrrhiam. T. Andr. 2, 2, 20. sc. servum. Modos fecit Flaccus *Claudii*. T. Heaut. in titulo. sc. libertus. *Theophrasti* Strato physicum se voluit; *huius* Lyco, oratione locuples, rebus ipsis ieiunior. C. Fin. 5, 5. sc. discipulus. Ignorare te non arbitror, quae contra *Philonis* Antiochus scripserit. C. Acad. 1, 4. sc. sententiam. cf. Görenz h. l.

So fehlt auch, aber nur bei Spätern, das Partitivum: Librum Sibyllae Caninius Gallus, *Quindecimvirum*, recipi inter ceteros eiusdem vatis postulaverat. Tac. 6, 12. sc. unus, cf. Ern. ad 6, 24. pr. vgl. §. 105. Not. 3, c. Pompeius huc Macedonas, Thessalos, ac *reliquarum gentium et civitatum* adiecerat. Caes. C. 3, 4. cf. Held ad 1, 39.

b. wenn es, zumal in demſelben Casu, wiederholt werden müßte, und der Genitivus eine zweite Species deſſelben bezeichnet.

Quis est, qui possit conferre *vitam* Trebonii cum *Dolabellae?* C. Phil. 11, 4. sc. vita, cf. Propert. 2, 7, 85. (2, 9, 7.) Divitiacus respondit: hoc esse miseriorem *fortunam* Sequanorum prae *reliquorum*, quod soli ne in occulto quidem queri auderent. Caes. 1, 32. Agesilaus quum venisset in *portum*, qui *Menelai* vocatur, in morbum implicitus decessit. N. 17, 8. — Animi *lineamenta* sunt pulcriora, quam *corporis*. C. Fin. 3, 22. Exiguum nobis vitae *curriculum* natura circumscripsit, immensum *gloriae*. C. C. Rabir. 10. Iulius *quaestor* Albucii fuerat, ut tu *Verris*. C. Caecil. 19. Inter plurima maximaque *vitia* nullum est frequentius, quam *ingrati animi*. Sen. Benef. 1, 1. Meo *iudicio* multo stare malo, quam *omnium reliquorum*. C. Att. 12, 21. cf. Caes. 3, 13. init. C. Verr. A. 1, 12, 34. An ego maiore afficerer laetitia *ex* corporis vestri *laceratione*, quam afficior *ex famae?* C. Pis. 18.

*) Steht dagegen der Genitivus nicht als Bezeichnung einer zweiten Species einer andern gegenüber, ſo wird das regierende Subſtantivum wiederholt, oder ſtatt deſſen ein Pronomen gebraucht. Nulla est *celeritas*, quae possit cum *animi celeritate* contendere. C. Tusc. 1, 19. — Nullam virtus aliam *mercedem* laborum periculorumque desiderat, praeter *hanc laudis et gloriae*. C. Arch. 11. cf. Phil. 5, 13, 35. Maiore honore in omnibus *artibus*, quam *in hac una dicendi*, versatur antiquitas. C. Brut. 18. Cum omnis *arrogantia* odiosa est, tum *illa ingenii atque eloquentiae* multo

molestissima. C. Caecil. 11. Verba oratoris non tam acrem *curam diligentiamque* desiderant, quam est *illa poetarum*, quos necessitas cogit verba versu includere. C. Or. 3, 48. — Scio extremum malorum omnium esse civilis belli *victoriam*, *quam* quidem ego etiam *illorum* timebam, ad quos veneramus. C. Fam. 9, 6.

4. Bisweilen steht der Genitivus statt des Dativus, aber in einem verschiedenen und bestimmtern Sinne.

Qualis ista philosophia est, quae non interitum afferat *pravitatis*, sed sit contenta mediocritate vitiorum. C. Fin. 2, 9.

5. In andern Stellen sind die Casus des regierenden und des regierten Worts vertauscht.

Dabuntur *dotis* tibi inde *sexcenti logi* *). Plaut. Pers. 3, 1, 66. Pollicetur L. Piso Censor, sese iturum ad Caesarem; item L. Roscius Praetor, qui de his rebus eum doceant: *sex dies* ad eam rem conficiendam *spatii* **) postulant. Caes. C. 1, 3.

b. Bei Adiectivis.

108 Bei den Adiectivis relativis, die eine Kraftäußerung der Seele, eine Thätigkeit oder eine Eigenschaft angeben, die auf einen Gegenstand bezogen werden kann, wird dieser Gegenstand durch den Genitivus Obiecti ausgedrückt, der hier ein wesentliches Merkmal des Begriffs, nicht, wie andre Casus, nur zufällige Beziehungen desselben andeutet. Solche Relativa, die sich dadurch von den absolutis, wie albus, pulcher, die nur neutrale Eigenschaften (wie die Verba neutra §. 48, A, III.) angeben, unterscheiden, sind:

1. Diejenigen, die eine Kraftäußerung der Seele bedeuten, nämlich

a. eine Begierde oder Abscheu: avidus, cupidus, studiosus, fastidiosus; und aemulus, amicus, inimicus, invidus, die auch den Dativus haben:

Avida est *periculi* virtus, et quo tendat, non quid passura sit, cogitat. S. Prov. 4. Graeculi sunt *contentionis cupidiores*, quam *veritatis*. C. Or. 1, 10. Pythagoras *sapientiae studiosos* appellat philosophos. C. Tusc. 5, 3. *Graecarum literarum* Cato *perstudiosus* fuit in senectute. C. Sen. 1. Memmius orator fuit perfectus literis graecis, *fastidiosus latinarum*. C. Brut. 70.

Zenonis *inventorum aemuli* Stoici nominantur. C. Mur. 29. cf. C. Phil. 2, 12, 28. Viros fortes et magnanimos *veritatis amicos* esse volumus. C. Off. 1, 19. Temperantia est *libidinum inimica*. Ib. 3, 33. Caprarum dentes *inimici sa-*

*) Statt: Dabitur dos sexcentorum logorum.
**) Statt sex dierum spatium.

tionis. Varr. R. R. 2, 3, 7. Populus est acer, suspicax, mobilis, adversarius, *invidus* etiam *potentiae* *). N. 13, 3.

b. ein Wiſſen oder Unwiſſenheit: conscius, gnarus, certus, consultus, peritus, memor, providus, prudens; inscius, nescius, ignarus, imperitus, imprudens, rudis, immemor.

Conscia mens *recti* famae mendacia ridet. O. Fast. 4, 311. In omnibus rebus est aliquid optimum, etiamsi latet, idque ab eo potest, qui *eius rei gnarus* est, iudicari. C. Or. 11. Pompeius me *certiorem sui consilii* **) fecit. C. Att. 9, 2. Cato et agricola solers, et *rei publicae peritus*, et *iuris consultus*, et magnus imperator, et probabilis orator et cupidissimus literarum fuit. N. 24, 3. Ser. Sulpicius non magis *iuris consultus*, quam *iustitiae* fuit. C. Phil. 9, 5. Milites Sullani, *rapinarum et victoriae veteris memores*, civile bellum exoptabant. Sall. C. 16. Mundi natura a Zenone dicitur consultrix et *provida utilitatum, opportunitatumque omnium*. C. N. D. 2, 22. Conon erat *prudens rei militaris*. N. 9, 1. Apud Platonem Socrates se *omnium rerum inscium* fingit, et rudem. C. Brut. 84. *Nescia* mens hominum *fati, sortis*que *futurae*. V. Aen. 10, 501. Constat hominem *ignarum astrologiae*, Aratum, optimis versibus de coelo stellisque dixisse. C. Or. 1, 16. Vir bonus et *civilis officii* non *ignarus* utilitati omnium plus, quam suae consulit. C. Fin. 3, 19. *Imperitus morum* est agricola et rusticus. C. S. Rosc. 49. Dianae *imprudentes legis* nautae vitulum immolaverunt. C. Inv. 2, 31. Euander Latium regebat, venerabilis vir miraculo literarum, rei novae inter *rudes artium* homines. L. 1, 7. cf. C. Or. 52, 115. Omnes *immemorem beneficii* oderunt. C. Off. 2, 18.

Nota. Conscius hat auch den Dativus, und peritus, consultus den Ablativus bei ſich; in einem andern Sinn ſtehen die Präpoſitionen ad und in dabei.

Huic facinori tanto tua mens liberalis *conscia* esse non debuit. C. Coel. 21. cf. V. Aen. 4, 167. Architectus *pluribus artibus* debet esse *peritus*. Vitruv. 1, 1. cf. Hirt. b. Alr. 31. Gell. 4, 8. et Gron. h. l. Tertullianus fuit *omni genere* literarum peritus. Lactant. 5, 1, 23. C. Valerium *iureconsultum* valde tibi commendo. C. Fam. 3, 1. cf. C. Mur. 12, 26. 13, 28. Gell. 6, 12. *iureconsulti*. Grut. 652, 6. (Rudis z. B. Ennius ingenio maximus, *arte rudis*. O. Trist. 2, 424. Hic adolescens erat *studiis*

*) laudis invidus. C. Flacc. 1, 2. omnium invidi. C. Planc. 23, 57.

**) Nur in dieſer Redensart, cf. C. Fam. 11, 2. Att. 3, 10. und 8. pag. 769. Ern. Tac. H. 1, 70. aber auch certiorem facere *de re*, C. Fam. 1, 9, 73. Att. 10, 3. Caes. 5, 37. Sonſt ſteht certus im Poſitivo nur bei Spätern mit dem Genitiv.

Digitized by Google

rudis, sermone barbarus. Vell. 2, 73. Heins. ad O. Met. 7, 213. gehört eben so wenig hierher, als: Quis Balbo *ingenio prudentior, iure peritior*, officio diligentior? C. Cluent. 38, 107.) — Mihi et in publica re socius, et *in privatis omnibus conscius* esse soles. C. Att. 1, 18. Atilius *prudens* esse *in iure civili* putabatur. C. Lael. 2. Carbo erat ignarus legum, *rudis in iure civili*. C. Or. 1, 10. cf. 1, 8, 32. C. Fin. 1, 2, 5. *Rudis ad pedestria bella* Numidarum gens erat. L. 24, 48. cf. Drak. ad L. 6, 18, 4.

2. Die Participia Praesentis, in so fern sie als Adjectiva bleibende Eigenschaften bedeuten, §. 75, 3, b., nicht vorüber gehende Zustände zu einer gewissen Zeit, in welchem Fall sie als Participia den Casus ihres Verbi behalten. So heißt patiens *frigoris* einer, der Kälte vertragen kann; patiens *frigus* einer, der sie jetzt eben aushält. Hiernach richten sich auch die Adiectiva verbalia auf *ax*, die nur den Genitivus haben, doch nie bei Cicero.

Epaminondas erat adeo *veritatis diligens*, ut ne ioco quidem mentiretur. N. 15, 3. Romani semper *appetentes gloriae* praeter ceteras gentes atque avidi laudis fuerunt. C. Manil. 3. Cyrenaici philosophi virtutem ob eam rem laudarunt, quod *efficiens* esset *voluptatis*. C. Off. 3, 33. Alphenus est eques Romanus locuples, *sui negotii* bene *gerens*. C. Quint. 19. cf. C. Sext. 45, 97. Vatin. 5, 12. Via, qua omnes commeabant, erat copiosa *omnium*que *rerum abundans*. N. 18, 8. Erat in oppido Utica multitudo *insolens belli*, diuturnitate otii. Caes. C. 2, 36. Quis famulus *amantior domini*, quam canis. Colum. 7, 12. Sumus natura *appetentissimi honestatis*. C. Tusc. 2, 24. *amantissimum sui* fratrem. C. Fam. 15, 2. So: corpus *patiens inediae*. Sall. C. 5. cf. Cort. ad 7, 4. Drak. ad L. 5, 37, 4. *frigoris impatiens*. P. 8, 43. Colum. 7, 3, 8. *fugiens laboris*. Caes. C. 1, 69. *contemnens religionis*. C. Leg. 2, 17, 43. *religionum colens*. C. Planc. 33. *perjerens iniuriarum*. C. Or. 2, 43, 184. *sui despiciens*. Ib. 2, 89, 364. *sitiens virtutis*. C. Planc. 5. cuiusvis *generis intelligens*. C. Fin. 2, 20. *tui observans*. C. Fam. 14, 4. *Deorum metuens*. L. 22, 3. *religionis negligens*. L. 5, 46.

Phasis *magnarum navium capax* est. P. 6, 4. cf. Tac. H. 1, 49. Papirium Cursorem *cibi vinique capacissimum* fuisse ferunt. Ita aetate nulla *virtutum feracior* fuit. L. 9, 16. Tempus *edax rerum*. O. Met. 15, 234. Sanctus haberi, *iustitiaeque tenax*, factis dictisque mereris. Iuvenal. 8, 25. cf. H. C. 3, 3, 1.

3. Die Adiectiva, die eine Aehnlichkeit, Gleichheit, Gemeinschaft, ein Eigenthum oder das Gegentheil bedeuten, in so fern eine solche Eigenschaft als wesentlich und von ihrem

Subject unzertrennlich gedacht ist, als: similis, consimilis, dissimilis, aequalis, par, dispar; proprius, publicus, sacer, affinis, communis, socius, vicinus, alienus (im Gegensatz von proprius), insuetus, auch superstes überlebend, und supplex. Ist hingegen nur von zufälliger Aehnlichkeit, Gleichheit ꝛc. die Rede, und in so fern sie an einem Subject bloß wahrgenommen wird oder erscheint, so steht bei diesen Wörtern der Dativus.

Est vis tanta naturae, ut homo nemo velit nisi *hominis similis* esse, formica *formicae*. C. N. D. 1, 28. Quo audacior res erat, minus *similis veri* *) visa est. L. 26, 38. cf. Caes. 3, 13. Dux ille Graeciae nusquam optat, ut *Aiācis similes* habeat decem, at ut *Nestŏris*. C. Sen. 10. Par est, primum ipsum esse virum bonum, tum alterum *similem sui* quaerere. C. Lael. 22. P. Crassus, dum *Cyri* et *Alexandri similis* esse voluit, qui suum cursum transcurrerant, et L. *Crassi* et *multorum Crassorum* inventus est *dissimillimus*. C. Brut. 81. Et Creticus et *eius aequalis* Paeon commodissime putatur in solutam orationem illigari. C. Or. 64. Vis iuris non modo senior est, quam aetas populorum et civitatum, sed *aequalis illius* coelum atque terras *tuentis* et *regentis dei*. C. Leg. 2, 4. Dionysius Syracusiorum tyrannus fuit, et Philistus *aequalis temporum illorum* **). C. Div. 1, 20. Q. Metellum, *cuius* paucos *pares* haec civitas tulit, cum Pisone non conferam. C. Pis. 4. cf. Phaedr. 4, 15, 6. Iuvenal. 8, 98. Simplex animi natura est, neque habet in se quidquam admixtum *dispar sui* atque dissimile. C. Sen. 21.

Viri propria ***) maxime est fortitudo. C. Tusc. 2, 18. Perpaucae Siciliae civitates sunt bello subactae, quarum ager quum esset *publicus populi Romani* †) factus, tamen illis est redditus. C. Verr. 3, 6. Proditum est memoriae, Latonam confugisse Delum atque ibi Apollinem Dianamque peperisse, qua ex opinione hominum illa insula *eorum deorum sacra* putatur. C. Verr. 1, 18. Solent accusatores iudicibus persuadere, *affinem esse alicuius culpae* ††) eum, qui accusetur. C. Inv. 2, 44. Calamitas *communis* est *utriusque* nostrum, sed culpa mea propria est. C. Fam. 14, 3. Memoria *communis* est *multarum artium*. C. Or. 17. Vos imploro, Albano-

*) selten vero similis. L. 8, 26.
**) ein Zeitgenoß. Die Person hingegen steht in dieser Bedeutung im Dativ. §. 117, c.
***) braucht Cicero nie mit dem Dativ.
†) nur mit dem Genitiv.
††) derjenige habe Antheil an einer Schuld.

Digitized by Google

rum arae. *sacrorum* populi Romani *sociae* et aequales. C. Mil. 31. cf. Or. 1, 7, 24. 55, 236. Planc. 42, 104. Fidem in Capitolio *vicinam Iovis Optimi Maximi* maiores nostri esse voluerunt. C. Off. 3, 29. cf. C. Or. 6, 21. Quis *alienum* putet *suae* esse *dignitatis* *), quod in omni munere vitae optimum et verissimum sit, exquirere? C. Fin. 1, 4. Galli sunt homines *insueti laboris*. Caes. 7, 30. cf. 5, 6. C. 3, 49. ad Herenn. 4, 4, 6. L. 6, 34, 6.

Utinam te, frater, non solum *vitae*, sed etiam *dignitatis meae superstitem* reliquissem! C. Q. Fr. 1, 3 Pausanias Argilium *supplicem dei* vidit in ara sedentem. N. 4, 4.

Not. Den Unterſchied bei similis zwiſchen weſentlicher und zufälliger Aehnlichkeit (nicht zwiſchen innerer und äußerer, wie die Grammatiker lehren), beweiſet auch folgende Stelle: *Plectri similem* linguam nostri solent dicere, *chordarum* dentes, nares *cornibus iis*, qui ad nervos resonant in cantibus. C. N. D. 2, 59.

4. Die Adiectiva *copiae et inopiae*, die außerdem den Ablativ bei ſich haben, als: plenus, refertus, fertilis, inops, inanis, ieiunus; ſelten haben den Ablativus: compos, particeps, expers, exheres; den Genitivus allein: potens, impotens, consors, princeps. Ueber reus, manifestus, noxius ſ. §. 110.

Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. T. Eun. 1, 2, 25. Solitudo et vita sine amicis *insidiarum* et *metus plena* est. C. Fin. 1, 20. *Referta* quondam Italia *Pythagoreorum* fuit. C. Or. 2, 37. Gallia adeo *frugum hominumque fertilis* fuit, ut abundans multitudo vix regi posse videretur. L. 5, 34. *Inops* senatus *auxilii humani* ad deos populum ac vota vertit. L. 3, 7. Quid? exactis regibus, omnia nonne plena consiliorum, *inania verborum* videmus? C. Or. 1, 9. *Ieiunas multiplicis* et aequabiliter in omnia genera *fusae orationis* **) aures civitatis accepimus. C. Or. 30.

Certe omnes *virtutis compotes* beati sunt. C. Tusc. 5, 13. Postquam Pompeius et Consules ex Italia exierunt, non sum, mihi crede, *mentis compos*. C. Att. 9, 6. Est animus in partes tributus duas, quarum altera *rationis* est *particeps*, altera *expers*. C. Tusc. 2, 21. Non est illa fortitudo, quae *rationis* est *expers*. C. Tusc. 4, 22. Potestne *paternorum bonorum exheres* esse filius, quem pater testamento non scripsit nominatim? C. Or. 1, 38. Tarquinius ex quo *sui potens* fuit, Romam cum coniuge ac fortunis omnibus commigravit. L.

*) ſeiner Würde fremd, mit ſeiner Würde unvereinbar.
**) Corpora *sueo* ieiuna. Lucret. 2, 845.

Digitized by Google

1, 35. cf. 26, 13, 14. Perspicuum est, ex prima admiratione hominum, quod tonitrua iactusque fulminum extimuissent, credidisse, ea efficere *rerum omnium praepotentem* Iovem. C. Div. 2, 18. Cum mihi de Hortensii morte esset allatum, dolebam, quod socium et *consortem gloriosi laboris* amiseram. C. Brut. 1. Graecia semper *eloquentiae princeps* esse voluit. C. Or. 1, 4. cf. 3, 17, 63. Arch. 1, 1.

Not. Mehr Adiectiva mit dem Genitivo kommen bei den berühmtesten Prosaikern des goldnen Alters nicht vor; wohl aber ähnliche und eine Menge andrer, auch Participia Praeteriti, die einer Bestimmung fähig schienen, bei den Geschichtschreibern und Dichtern. Besonders häufig ist hier der Genitivus *animi*, z. B. aeger animi geisteskrank.

Galba erat pecuniae alienae non adpetens, *suae parcus*, *publicae avarus*. Tac. H. 1, 49. Mithridates, maximus regum, fuit *medicinae curiosus*. P. 25, 2. Vetera extollimus, *recentium incuriosi*. Tac. 2, 88. Calamitosus est animus *futuri anxius*. S. Ep. 98. Sapiens vivit praesentibus laetus, *futuri securus*. S. Vit. b. 26. Nolim *ceterarum rerum* te *socordem*. T. Ad. 4, 5, 61. Olim senatus et optimatium ingenia qui maxime perdidicerant, *callidi temporum* et sapientes credebantur. Tac. 4, 33. Levissimus quisque et *futuri improvidus* spe vana tumet. Tac. H. 1, 88. Germania fuit quondam *frugiferarum arborum impatiens*, *pecorum fecunda*. Tac. G. 5. Romani circa viam haud procul Capua *omnium egeni* corpora humi prostraverunt. L. 9, 6. Propter bella Colophonii cohortes canum habuere. Haec erant fidissima auxilia, nec *stipendiorum indiga*. P. 8, 40. Non adeo *virtutum sterile* saeculum, ut non et bona exempla prodiderit. Tac. H. 1, 2. Atlantes *degeneres* sunt *humani ritus*. P. 5, 8. Opperiebatur Otho nuntium pugnae, *consilii certus*. Tac. H. 2, 46. Tubero, antiquus scriptor, nonnunquam *incertus veri* est. L. 4, 23. Eripite isti gladium, qui *sui impos* est *animi*. Plaut. Cas. 3, 5, 7. Ex insolentia, quibus nova fortuna est, *impotentes laetitiae* insaniunt. L. 30, 42. Paullus Aemilius, si quid legionibus accideret, se *omnis culpae exsortem* fore dicebat. L. 22, 44. Quid Perseus, novus rex, *omnis iniuriae insons* meruit? L. 41, 24. *Vinculorum profugus*. P. 7, 28. *urbanae militiae impiger*, *bellorum insolens*. Tac. H. 1, 87. *acer militiae*. Ib. 2, 5. colonia, *virium et opum valida*. Ib. 2, 19. *strenuus militiae*. Ib. 3, 42. sermonis *nimius*. Ib. 3, 75. *vetus militiae*. Ib. 4, 20. etc.

Antistius *legum* atque *morum* populi Romani, *iurisque civilis doctus* apprime fuit. Gell. 13, 12. *Indoctus pilae discive*. H. Art. 380. Romanis, *Gallici tumultus assuetis*, etiam vanitates notae sunt. L. 38, 17. Miles vetus *expertus*que *belli*. Tac. H. 4, 76. *Insolitos eius tumultus* equos. L. 10, 28. Genus *servitii insolitum*. Sall. Hist. Fr. I. p. 936.

Animi anxius. Sall. I. 55. firmatus. Id. Hist. fragm. 3. aeger. L. 1, 58. cf. Drak. ad 30, 15, 9. certus, confusus 1, 7. nimius 6, 11. stupens. 6, 36. territus. 7, 34. aversus. Tac. 14, 26. captus. H. 3, 73. ferox. 1, 32. ingens. 1, 69. laetus. 2, 26. immodicus. H. 1, 53. promptus. H. 2, 23. turbidus. H. 4, 48. validus. 15, 53. versus. H. 4, 84. caecus. Q. 1, 10, 29. confidens. Suet. Dom. 12. etc.

Digitized by Google

c. Bei Verbis.

109 I. Bei den Verbis ſchätzen, als: aestimo, facio, pendo, duco, puto, habeo, und geſchätzt werden, als: aestimor, fio, pendor, sum, ſtehen als *Genitivi Pretii:*

a. die *Adiectiva neutra:* magni hoch, pluris höher, maximi, plurimi ſehr hoch, am höchſten, parvi gering, minoris geringer, minimi ſehr gering, tanti, tantidem, quanti, quantivis, quanticunque, bisweilen mit pretii;

b. die *Substantiva:* nihili für nichts; flocci, auch nauci, pili, pensi, teruncii, assis, für eine Kleinigkeit;

c. das *Pronomen* huius.

Sextilius *magni aestimabat* pecuniam legibus partam. C. Fin. 2, 17. Nulla vis auri et argenti *pluris*, quam virtus, *aestimanda* est. C. Par. 6, 2. Est hominis magni atque sapientis, *maximi aestimare* conscientiam mentis suae. C. Cluent. 58. Summum bonum est *plurimi aestimandum*. C. Fin. 3, 10. cf. C. Att. 5, 12. Ille finis amicitiae est deterrimus, ut, *quanti* quisque se ipse *faciat*, *tanti fiat* ab amicis. C. Lael. 16. Pravi homines sua *parvi pendere*, aliena cupere solent. Sall. C. 12. Ego a meis me amari et *magni pendi* postulo. T. Ad. 5, 4, 25. Laelius non eo dictus est sapiens, quod non intelligeret, quid suavissimum esset, sed quia *parvi* id *duceret*. C. Fin. 2, 8. Ego pro Pompeio lubenter emori possum: *facio pluris* omnium hominum neminem. C. Att. 8, 2. Hephaestionem unum Alexander *plurimi fecerat* *). N. 18, 2. *Pluris putare*, quod utile videatur, quam quod honestum, turpissimum est. C. Off. 3, 4. Commii regis auctoritas in Britannia *magni habebatur*. Caes. 4, 21. Agere considerate *pluris est*, quam cogitare prudenter. C. Off. 1, 45. Aesopi tragoedi, nostri familiaris, Licinius servus aufugit. Noli spectare, *quanti* homo *sit*: *parvi* enim *pretii est*, qui iam *nihili sit*. C. Q. Fr. 1, 2, 4. Intellectum est, iudices rem publicam *flocci* non *facere*. C. Att. 4, 15. Non *habeo nauci* Marsum augurem. Ennius ap. C. Div. 1, 58. M. Porcius Cato L. Flaminium e numero senatorum sustulit, quia in provincia quendam damnatum securi percusserat, nec *pensi duxerat* **) regis Philippi supplices manus. Val. Max. 2, 9, 3.

---

*) Auch: Merito te semper *maxumi feci*, Chreme. T. Andr. 3, 3, 42. cf. 1, 5, 58. *Plurimi fieri*. Cf. Fam. 3, 4. *Minoris aestimare*. C. Fam. 4, 5, 3. *putare*. C. Planc. 20, 50.

**) Keine Rückſicht auf die Fürbitte des Königs genommen hatte. *Pensi* kommt nur mit Negationen vor, oder doch in negativem Sinn, wie Sall. C. 52, 34. So gewöhnlich auch nauci, pili, teruncii.

Digitized by Google

Not. 1. a. Der Genitivus Pretii ist nur eine Modification des Genit. Qualitatis, §. 103. Da aber Werth nicht ein intensives, sondern ein quantitatives Prädicat ist, so kann es auch nur nach Zahl gesteigert werden, daher der Römer nur *pluris* esse, aestimare, facere sagte; *minoris*, weil für parvi kein regelmäßiger Comparativ vorhanden war. Wenn nun auch magni und maximi facere quantitativen Sinn haben könnten, so würde doch *maioris* aestimare eben so unpassend seyn, als *magis* valere mehr gelten, für plus valere. Ist die einzige hierher gehörige Stelle echt: Antiquorum villae rusticae *erant maioris*, quam urbanae. Varr. R. R. 1, 13, 6. so muß pretii, welches auch ein Codex hat, hinzugedacht werden (wie agrum *pretii maioris* nemo habet. T. Heaut. 1, 1, 12. cf. §. 103.), welches einen andern Sinn gibt, als das allgemeinere Adiect. neutrum; Ursinus wollte dafür maiores lesen. In andrer Bedeutung steht: Multo *maioris* alapae mecum veneunt. Phaedr. 2, 5, 25. um einen viel bedeutendern Preis, d. i. wenn einer etwas viel Größeres, Strafwürdigeres, verbrochen hat, vgl. Bentl. h. l. — Hieraus ergiebt sich auch der Unterschied zwischen aestimare *maximi* am höchsten, und *plurimi* am meisten: in ersterm wird auf Größe Rücksicht genommen, in so fern sie keines Zuwachses mehr fähig ist; in letzterm auf andre Gegenstände, die weniger geachtet werden.

b. Existimare nach Abwägung der Gründe (aestimatione rei facta) urtheilen, dafür halten, ist durch seine Bedeutung von aestimare sehr verschieden, und in den Stellen: Magni eius opera existimata est — quod non minoris existimamus. N. 24, 1. sehr unsicher, cf. Intpp. h. l. und Cort. ad Sall. C. 2, 8. Handschriften und Metrum sichern es wohl nur in folgender: Satin' abiit, neque quod dixi *flocci existumat*. Plaut. Most. 1, 1, 73.

c. Bei der Stelle: Quod te purges, hanc iniuriam mihi nolle factam esse, *huius* non *faciam*. T. Ad. 2, 1, 9. ist eine Gesticulation des Schauspielers hinzu zu denken, der hier eine Kleinigkeit, z. B. einen Strohhalm, vorzeigte, oder that, als ob er etwas vom Nagel des Fingers hinwegstreichen wollte. Dasselbe ist der Fall bei der Formel: *est mihi tanti:* Video, quanta tempestas invidiae nobis impendeat. Sed *est mihi tanti!* dummodo ista privata sit calamitas et a rei publicae periculis seiungatur. C. Cat. 1, 9. Ferner: Quod tu si *tanti facies*, quanti ego semper iudicavi faciendum esse, facies sapienter. C. Fam. 3, 10. i. e. so wenig, vgl. §. 104. Not. 3.

d. Bei aestimare stehen auch die Ablativi: *magno*, *permagno*, *nihilo* um einen hohen Preis anschlagen, für Nichts rechnen, und der Accusat. *nihil;* ferner *pro nihilo* bei putare, ducere, esse.

Si callidi rerum aestimatores prata et areas quasdam *magno aestimant;* quanti est aestimanda virtus? C. Par. 6, 3. cf. C. Fin. 3, 3. extr. Verr. 4, 7, 15. Stoici valetudinem bonam expetendam negant esse, eligendam dicunt; non quia bonum sit valere, sed quia sit non *nihilo aestimandum*. C. Fin. 4, 23. Emori nolo; sed me esse mortuum *nihil aestimo*. C. Tusc. 1, 8. Qui magno est animo atque forti, omnia, quae cadere in hominem possint, despicit et *pro nihilo putat*. C. Fin. 3, 8. Dii immortales, quam mihi ista *pro nihilo!* C. Att. 14, 9. So: *levi momento aestimare*. Caes. 7, 39.

Not. 2. Die Verba emo, mercor, vendo, veneo, liceo, und aestimare, taxare anschlagen, stare, constare, esse zu stehen kom-

Digitized by Google

men, und ähnliche Prädicate, die eine Angabe des Werths verlangen, haben eben so die Genitive pluris, minoris, quanti, tanti, maximi, und genauere Werthsangaben (aber nie magni, parvi) bei sich.

Vendo meum frumentum non *pluris*, quam ceteri, fortasse etiam *minoris*, cum maior est copia. C. Off. 3, 12. *Emit* Canius hortos *tanti*, *quanti* Pythius voluit. Ib. 3, 14. Spectari oportet, quanti res aestimentur, *quanti venire* soleant. C. Verr. 4, 7. Antonius aiebat, se frumentum *tantidem aestimasse*, *quanti* Sacerdotem. C. Verr. 3, 92. *Tanti* quodque malum *est*, *quanti* illud taxavimus. Senec. Marc. 19. Nulla pestis humano generi *pluris stetit*, quam ira. S. Ira 1, 2. Balneariibus ambulatiuncula addenda est, quam ut tantam faciamus, quantam in Tusculano facimus, prope dimidio *minoris constabit* isto loco. C. Att. 13, 29. Nemo dabit, *quanti* subsellia *constent*. Iuvenal. 7, 45. Expedit aratori, decumas *esse quam maximi*. C. Verr. 3, 63. Agellus *erat*, quum donarem, *centum millium nummum*. P. Ep. 6, 3. De Drusi hortis *quanti licuisse* tu scribis, id ego quoque audieram: sed *quanti quanti* *), bene emitur, quod necesse est. C. Att. 12, 23. Camillus quum a tribulibus clientibusque responsum tulisset, se collaturos, *quanti damnatus esset*, absolvere eum non posse, in exsilium abiit. L. 5, 22.

Not. 3. Hierher gehören auch die Redensarten aequi consulo, boni consulo, aequi boni oder aequi bonique facio etwas für gut halten, sich etwas gefallen lassen, etwas gut seyn lassen; z. B. Consul est a consulendo vel a iudicando; unde adhuc remanet illud: Rogat, *boni consulas*, id est, bonum iudicas. Q. 1, 6, 32. Hoc munus, rogo, qualecunque est, *boni consulas*. S. Benef. 1, 8. Si vos, Aetoli, nec cura Argorum civitatis, nec periculum movet; nos, Romani, *aequi bonique* facimus. L. 34, 22.

110 II. Bei den Verbis beschuldigen, anklagen, überführen, verdammen, lossprechen und ähnlichen steht die Benennung des Verbrechens im Genitivo Obiecti. Hierher gehören vorzüglich: arguere, coarguere, insimulare, (increpare, increpitare, urgere) beschuldigen, accusare, agere, deferre anklagen, arcessere, postulare vorladen, belangen, interrogare (lege) zur Verantwortung ziehen, se alligare, se adstringere sich schuldig machen, teneri (obstringi, obligari) schuldig seyn, convincere, (captare) überführen, iudicare, damnare, condemnare verurtheilen, absolvere, solvere, liberare, purgare lossprechen, frei sprechen, und die Adjectiva: reus, manifestus, noxius, compertus.

Nonne intelligis, quales viros mortuos *summi sceleris arguas?* C. C. Rabir. 9. Cicero Verrem *avaritiae nimiae coarguit*. C. Verr. 5, 59. Cannensem quisquam exercitum *fugae* aut *pavoris insimulare* potest, ubi plus quinquaginta millia

*) um einen wie hohen Preis sie auch immer feil seyn mögen.

hominum ceciderunt? L. 25, 6. Galba etiam *saevitiae* populum *increpuit* edicto. Suet. Galb. 15. Labeo *male administratae provinciae aliorumque criminum urgebatur.* Tac. 6, 29. Miltiades *accusatus est proditionis*, quod, cum Parum expugnare posset, infectis rebus discessisset. N. 1, 7. Qui alterum *incusat probri*, eum ipsum se intueri oportet. Plaut. Truc. 1, 2, 58. Mimus quidam nominatim Accium poetam compellavit in scena. Cum eo Accius *iniuriarum agit.* ad Herenn. 1, 14. Caesar, composita seditione civili, Dolabellam *repetundarum postulavit.* Suet. Caes. 4. Cilicum legati Capitonem *repetundarum interrogant.* Tac. 16, 21. Quis non frangeret inferiorum libidines, nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent, *cupiditatis eiusdem tenerentur.* C. Leg. 3, 13. Qui alienum tacens lucri faciendi causa sustulit, *furti obstringitur.* Gell. 11, 18. *Furti* se *obligavit.* Id. 7, 15. Haec duo *levitatis* et *infirmitatis* plerosque *convincunt*; si aut in bonis rebus contemnunt, aut in malis deserunt. C. Lael. 17. Tu si me *impudicitiae captas*, non potes capere. Plaut. Amph. 2, 2, 189. Themistocles absens *proditionis est damnatus.* N. 2, 8. Milites Caesar edocet, *summae* se *iniquitatis condemnari* debere, nisi eorum vitam sua salute habeat cariorem. Caes. 7, 19. Caelius iudex *absolvit iniuriarum* eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim laeserat. ad Herenn. 2, 13. *Legum* solvere. C. Sext. 7, 16. Senatus nec *liberavit eius culpae* Regem, neque arguit. L. 41, 19. Teii *purgabant* civitatem *omnis dicti factique hostilis* adversus Romanos. L. 37, 28. Auch: *damni infecti promittere.* C. Top. 4, 22.

Ille dives, qui statuam pauperis inimici flagellis cecidit, *reus* est *iniuriarum.* Q. 4, 2, 100. Silanus *saevitiae captarumque pecuniarum* tenebatur *reus.* Tac. 3, 67. De *manifestis rerum capitalium* more maiorum supplicium sumendum. Sall. C. 52. Regulus Trionem, ut *noxium coniurationis*, ad disquisitionem trahebat. Tac. 5, 11. Iussi consules ferre ad populum, ut *pecuniae creditae* bona debitoris, non corpus *obnoxium* esset. L. 8, 28. Homo non usque eo Sthenio erat inimicus, ut eum *rei capitalis affinem* esse diceret. C. Verr. 2, 38. cf. C. Sull. 5. extr. Praetor homines *sacrilegii compertos* in vinculis Romam misit. L. 32, 1.

Not. 1. Allgemeine Bestimmungen stehen bei diesen Verbis im Ablativo, daher nur *crimine* (Beschuldigung), *nomine, scelere, ignominia, lege, iudicio*, auch mit Pronominibus, oft neben den speciellern Genitiven des Verbrechens, und nur für solche steht *criminis* selbst im Genitiv mit einem Adjectiv oder Pronomen.

sa *nocere alteri* *). Ib. 3, 5. Tirones iureiurando accepto, *nihil iis nocituros* hostes, se Otacilio dediderunt. Caes. C. 3, 28. — Epicurus humanam *deo* formam locumque inter mundos dedit. Q. 7, 3, 5. *Hortensio* summam copiam facultatemque dicendi natura *largita est*. C. Quint. 2. Multam casus nostri *tibi* varietatem in scribendo *suppeditabunt*. C. Fam. 5, 12, 13. Tiberius recepit signa, quae *M. Crasso ademerant* Parthi. Suet. Tib. 9. *Tibi favemus; tibi optamus* eam rem publicam, in qua tuorum renovare memoriam atque augere possis. C. Brut. 97. Sto exspectans, si quid *mihi imperent*. T. Eun. 3, 5, 46. Conon ad mare missus est, ut *maritimis civitatibus* naves longas *imperaret*. N. 9, 4.

Not. Hier kann in einigen Fällen der Dativus mit *ad* und dem Accus. ohne bedeutende Verschiedenheit des Sinnes wechseln, wie in: dare literas *alicui* und *ad aliquem* einen Brief an jemand abgeben (aber nur *alicui* einem einen Brief zur Bestellung geben); scribere, mittere *alicui* und *ad aliquem*. Häufiger kommt dieses bei Compositis vor. Nos apud Alyziam, ex quo loco *tibi* literas ante *dederamus*, unum diem commorati sumus. C. Fam. 16, 5. Vulturcius literas sibi a Lentulo *ad Catilinam datas esse* dicebat. C. Cat. 3, 5. Caesar nunquam *ad* suorum *quemquam* literas *misit*, quin *Attico mitteret*, quid ageret. N. 25, 20. cf. C. Att. 6, 5. in. 8, 12. extr. Caesar *scribit Labieno*, cum legione ad fines Nerviorum veniat. Caes. 5, 46. cf. C. Fam. 16, 9. extr. *Ad me* Curius de te accuratissime *scripsit*. C. Fam. 2, 19.

119 II. Als vorausgesetztes oder gedachtes Ziel eines Zustandes bezeichnet dieser Dativus den persönlichen Gegenstand, in so fern für ihn etwas da oder bestimmt ist, in so fern sein Interesse dabei in Betrachtung kommt, und in so fern ein solcher Zustand nicht ohne wenigstens einige Theilnahme von seiner Seite vorüber geht.

1. Bei Verbis steht der persönliche Gegenstand, dem etwas zugedacht, für welchen etwas da oder bestimmt ist, im Dativo auf die Frage: Für wen? *Dativus Commodi.*

Optimus est portus *poenitenti*, mutatio consilii. C. Phil. 12, 2. Subsidium bellissimum existimo esse *senectuti*, otium. C. Or. 1, 60. Oratio ludus est *homini* non *hebeti*, neque *inexer-*

*) So mit Neutris im Accus. aber nicht mit andern, z. B. Iuro me *nociturum neminem*. Plaut. Mil. 5, 18. 21. wo andre Mss. den Dativ haben, und so sind auch folgende Stellen verdorben: Non *ne te* noceant, sed ne fallant. Sen. Ep. 103. (Gron. ut ne). Dum filium vindico, ubi *me* gravissime nocere possit. Sen. Controv. 4, 39. post init. (Gron. ubi grav. mihi nocere), obgleich im Pass. *Larix* a tinea non *nocetur*. Vitruv. 2, 9, 14. vorkommt.

Digitized by Google

citato, neque communium literarum et politioris humanitatis *experti*. C. Or. 2, 17. Numa virgines *Vestae* legit, Salios item *Marti Gradivo*. L. 1, 20. Ut aliqua in vita formido *improbis* esset posita, apud inferos quaedam illi antiqui supplicia *impiis* constituta esse voluerunt. C. Cat. 4, 4. Ex quibusdam stirpibus et herbis remedia *morbis* et *vulneribus* eligimus. C. N. D. 2, 64. Profecto aut hoc remedium est *aegrotae* ac prope *desperatae rei publicae*, aut nulla unquam medicina *his tot incommodis* reperietur. C. Caecil. 21. Si domus pulcra est, intelligimus, eam *dominis* aedificatam esse, non *muribus*. Ib. 5, 10. Hannibalis bella gesta multi *memoriae* prodiderunt. N. 23, 13. Saepe *legibus agrariis* curatores constituti sunt, triumviri, quinquevîri, decemviri. C. Agr. 2, 7. Zaleucus et Charondas reipublicae causa leges *civitatibus suis* conscripserunt. C. Leg. 2, 6. Ariovistus legatos ad Caesarem mittit. Dies *colloquio* dictus est. Caes. 1, 42. Trinobantibus Caesar imperat obsides XL, frumentumque *exercitui*. Ib. 5, 20. Petreius postulat, ut iurent omnes, se exercitum non deserturos, neque *sibi* separatim a reliquis consilium capturos. Caes. C. 1, 75. cf. 1, 1. 2, 20. *sibi* iudicavissent. Caes. 7, 52.

2. Wird bei einer Handlung auf einen perſönlichen Gegenſtand, in ſo fern ihm dadurch Freude oder Trauer verurſacht, genützt oder geſchadet wird, Rückſicht genommen, ſo ſteht er im Dativo (*Dativus commodi et incommodi*). Der Deutſche braucht auch hier den Dativ, oder umſchreibt ihn: um deinetwillen; dir zu Liebe, zu Gefallen, zum Verdruß; zu deinem Genuß, Nutzen, Schaden.

Non solum *nobis* divites esse volumus, sed *liberis*, *propinquis*, *amicis*, maximeque *reipublicae*. C. Off. 3, 15. Vitae meae si quid accesserit, non tam *mihi*, quam *vobis*, *reique publicae* accesserit. C. Phil. 1, 15. cf. C. Mil. 31, 85. Fam. 2, 18, 6. *Tibi* aras, *tibi* occas, *tibi* seris, *tibi eidem* metis. Plaut. Merc. 1, 1, 71. *Mihi* quidem esurio, non *tibi*. Plaut. Capt. 4, 2, 86. Filius meus si quid peccat, *mihi* peccat. T. Ad. 1, 2, 35.

Hoc *mihi da* *) atque *largire*, ut M. Curium ab omni incommodo sincerum integrumque conserves. C. Fam. 13, 50. Quantum *consuetudini famaeque dandum sit*, id curent vivi. C. Tusc. 1, 45. Tu tuas inimicitias ut *reipublicae donares* **), te vicisti. Ib. 5, 4. cf. Manut. h. l. Drak. ad L. 2, 35, 5.

*) Thue mir dieſes zu Gefallen.
**) Daß du deine Feindſchaft dem Staate zu Liebe aufgeopfert.

Caesar Dumnorigem monet, ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet; praeterita se *Divitiaco fratri condonare* *) dicit. Caes. 1, 20. Dolabellae petenti abnuit triumphalia Tiberius, *Seiano tribuens* †), ne Blaesi, avunculi eius, laus obsolesceret. Tac. 4, 26. Fabium consulem, qui infestus Papirio erat, senatus monuit, ut memoriam simultatium *patriae remitteret* ††). L. 9, 38. Multi saepe in iudicando peccata liberum parentum *misericordiae concesserunt* †††). C. Cluent. 69.

3. Die Personalpronomina *mihi*, *tibi*, *sibi*, *nobis*, *vobis* zeigen eine entfernte Theilnahme an, wenn eine Handlung für die genannte Person nur ein gewisses Interesse hat, wie im Deutschen, z. B. thue mir das nicht wieder! Hierher gehört auch die Redensart: Quid *tibi* vis? wo aber der Deutsche spricht: Was willst du mir denn? Drak. ad Liv. Praef. 9.

At *tibi* repente paucis post diebus, quum minime exspectarem, venit ad me Caninius. C. Fam. 9, 2. Quid *mihi* L. Pauli nepos quaerit, quo modo duo soles visi sint? C. Rep. 1, 19. Quid *mihi* Celsus agit? H. Ep. 1, 3, 15. Pulset tum *mihi* lictorem, qui sciet, ius de tergo vitaque sua penes unum dictatorem esse, cuius maiestatem violavit. L. 2, 29. Quid ait tandem *nobis* Sannio? T. Ad. 2, 4, 12. Haec *vobis* ipsorum per biduum militia fuit. L. 22, 60. Quid *tibi vis*, insane? C. Or. 2, 67. Avaritia senilis quid *sibi velit*, non intelligo. C. Sen. 18. cf. C. Caecil. 21, 70. Pro deum fidem, quid *vobis vultis?* L. 3, 67.

120 Hierher gehören noch folgende Verba und Prädicate, die den Dativus commodi erfordern:

a. Nubere *viro* sich einem Mann verheirathen, einen heirathen §. 118, c. probare *alicui rem* einem etwas recht (probum), zur Zufriedenheit machen, auch einem etwas beweisen, *pass.* sich beifallswerth zeigen, gefallen, venire *alicui*, einem zu Theil werden, vacare *rei* für eine Sache frei seyn, zu etwas Muße haben, einer Sache obliegen, (*re*, *a re* von etwas frei oder leer seyn).

---

*) Das Vergangene verzeihe er ihm seinem Bruder Div. zu Liebe.

†) Und dieses that er dem Sejanus zu Gefallen, oder: um des Sejanus willen.

††) Dem Vaterland zu Liebe aufgeben möchte.

†††) Hatten Nachsicht mit den Vergehungen der Kinder aus Mitleid gegen ihre Eltern.

Digitized by Google

Libros oratorios in manibus habeo, quos, ut spero, valde *tibi probabo*. C. Att. 4, 14. Meos libros *tibi* tam valde *probari* gaudeo. Ib. 6, 1. Necesse est, qui ita dicat, ut a multitudine probetur, eundem *doctis probari*. C. Brut. 49. cf. C. Or. 1, 48, 208. 3, 10, 37. Epicurus *multis se probavit*. C. Fin. 2, 25. i. e. placuit. *Tibi* magnitudinem solis *probabo*. C. Fin. 1, 8. Scribis, in Italia te moraturum, dum *tibi* literae meae *veniant* *). C. Fam. 11, 25. Mihi credite: maior hereditas *venit unicuique* vestrum in iisdem bonis a iure et a legibus, quam ab iis, a quibus illa ipsa bona relicta sunt. C. Caecin. 26. De pantheris cures, ut *mihi vehantur*. C. Fam. 8, 4. *Philosophiae* semper *vaco*. C. Div. 1, 6. Nullum tempus *Pisoni* unquam *vacabat* aut *a forensi dictione*, aut *a scribendo*, aut *a cogitando*. C. Brut. 7. *Vacare culpa* magnum est solatium. C. Fam. 7, 3.

b. Die Adiectiva: *aptus*, *idoneus*, *accommodatus*, *commodus*, *natus*, *utilis*, *bonus*, *necessarius*, *paratus*, *promtus*, *proclivis*; ferner *conveniens*, *congruens*, *consentaneus*, *decōrus*, *honestus*; *turpis*, *foedus*, *indecorus*, *absonus*, *absurdus*: endlich *facilis*, *expeditus*, *commodus*; *difficilis*, *arduus*, *invius*.

Pastum animantibus large et copiose natura eum, qui *cibique aptus* erat, comparavit. C. N. D. 2, 47. Paeonem posteriorem Fannius *clausulis aptiorem* putat, quas vult longa plerumque syllaba terminari. C. Or. 3, 47. cf. L. 2, 23, 15. Principium orationis est, quum statim auditoris animum *nobis idoneum* reddimus ad audiendum. Ad Herenn. 1, 5. Falernum mihi semper *idoneum* visum est *deversorio*. C. Fam. 6, 19. Omne animal id appetit, quod *naturae* est *accommodatum*. C. Fin. 5, 9. Asinius Pollio fuit *seriis iocisque* pariter *accommodatus*. Q. 6, 3, 110. *Foro nata* eloquentia est. C. Brut. 82. Convictolitanis hortatur Aeduos, ut se liberos et *imperio natos* meminerint. Caes. 7, 37. Qui valetudine aut aetate *inutiles* sunt *bello*, oppido excedant. Caes. 7, 78. Trophonius et Agamedes, quum Apollini Delphis templum aedificavissent, petierunt mercedem operis et laboris sui, quod esset *optimum homini*. C. Tusc. 1, 47. *Senatori necessarium* est, nosse rem publicam. C. Leg. 3, 18. Nihil est *praestabilius viro*, quam periculis patriam liberare. C. Mil. 35. cf. C. Vatin. 4, 10. Nec *fertilis* illa *iuvencis*, nec *pecori opportuna* seges, nec *commoda Baccho*. V. Georg. 4, 128. Tertium signum tuba miles acce-

*) Ἄγων Ἀτρείδαις καὶ τέκνοις ἥκει μέγας. Eurip. Iph. Aul. 1264. Ἥκει αὐτῷ χρησμὸς ἐκ Δελφῶν μαντευομένῳ. Plutarch. Thes. 23.

Digitized by Google

perat, *itineri* simul *paratus et proelio.* Curt. 3, 8. *Sceleri proclivis* egestas. Sil. 13, 585.

*) Da dieſe Adjectiva zugleich die Bedeutung einer Tendenz nach einem Gegenſtande hin enthalten, ſo kann bei ihnen auch *ad* mit dem Accuſativ ſtehen, wie im Deutſchen: paſſend für etwas und zu etwas. Bei paratus, promtus, proclivis iſt dieſes die gewöhnliche Conſtruction.

Non solum corporis, qui *ad naturam apti* sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui item *ad naturam accommodati* sunt. C. Off. 1, 28. Nervii mulieres, quique per aetatem *ad pugnam inutiles* viderentur, in eum locum coniecerant, quo exercitui aditus non erat. Caes. 2, 16. Non essem *ad ullam causam idoneus*, si hoc, quod in communibus hominum sensibus positum atque infixum est, non viderem. C. Cluent. 6. *Ad laudem* et *ad decus nati* sumus. C. Fin. 5, 22. — Ego omne tempus in his studiis consumo, quo *paratior ad usum forensem*, promtiorque esse possim. C. Caecil. 13. Thracibus est ferrum et *promtus libertati aut ad mortem* animus. Tac. 4, 46. Ut natura *ad aliquem morbum proclivior*, sic animus alius ad alia vitia propensior. C. Tusc. 4, 37.

Nihil in hac epistola scriptum ab Epicuro *congruens et conveniens decretis* eius reperietis. C. Fin. 2, 31. Virtus est animi habitus naturae *modo atque rationi consentaneus.* C. Inv. 2, 53. Color albus praecipue *decorus deo* est. C. Leg. 2, 18. Non eadem *omnibus* sunt *honesta* atque *turpia.* N. Praef. Haec ferme Romulo regnante domi militiaeque gesta, quorum nihil *absonum fidei* divinae originis fuit. L. 1, 15. cf. H. Art. P. 112. Fraudavit Roscius. Est hoc quidem *auribus animisque* hominum *absurdum.* C. Q. Rosc. 7. Conveniens, congruens, consentaneus auch *cum re;* und absonus, absurdus *a re.*

Verba *innocenti* reperire *facile* est; modum verborum *misero* tenere *difficile.* Curt. 6, 10. Animis reditus in coelum patet, *optimo et iustissimo cuique expeditissimus.* C. Lael. 4. Id si *tibi* erit *commodum*, magnopere cures velim. C. Att. 13, 48. *Invia virtuti* nulla est via. O. Met. 14, 113.

c. Die Adiectiva verbalia in *bilis* und *dus.*

Mors est *terribilis iis*, quorum cum vita omnia exstinguuntur. C. Par. 2. *Legendus mihi* saepius est Cato maior. C. Att. 14, 21. So dieſe Participia und die Gerundia gewöhnlich; *ab aliquo* nur, wenn Zweideutigkeit eintritt, ſ. unten Gerundia.

d. Die Passiva, wenn ſtatt a me dabei *mihi* in paſſivem Sinn ſtehen kann; in Proſa hin und wieder, öfter bei Participiis Praeteriti, bei Dichtern und Spätern aber ohne Unterſchied vorkommend.

Honesta *bonis viris*, non occulta *quaeruntur.* C. Off. 3, 9.

Digitized by Google

Dissimillimis bestiolis communiter cibus *quaeritur.* C. N. D. 2, 48. Semper in studiis laboribusque *viventi* non *intelligitur*, quando obrepat senectus. C. Sen. 11. Ita video *censeri Marcello et ceteris* nostri ordinis, ut Brundisium ducerem hanc copiam, quam mecum habeo. Pompei. in C. Att. 8, 12. p. 773. Ern. *Cui* non *sunt auditae* Demosthenis vigiliae? C. Tusc. 4, 19. cf. C. Deiot. 6, 16. *Auditus est nobis* Laeliae C. F. saepe sermo. C. Brut. 58. *Mihi* consilium *captum* iam diu *est.* C. Fam. 5, 19. Ut esse possem orator, magno studio *mihi* a pueritia est *elaboratum.* C. Caecil. 12. Quidquid in hac causa *mihi susceptum est*, id omne me rei publicae causa suscepisse confirmo. C. Manil. 24. cf. C. Caecil. 8, 26. Verr. A. 1, 16, 49. Verr. 1, 17, 45. — Barbarus hic ego sum, quia non *intelligor ulli.* O. Trist. 5, 10, 35. Etiam *sapientibus* cupido gloriae novissima *exuitur.* Tac. H. 4, 6. So: *Οὐ Δαρείῳ πεποίηται ἔργα οἷάπερ Σεσώστρι τῷ Αἰγυπτίῳ.* Herodot. 2, 110.

e. Defendere, arcere, depellere *alicui* *) nur bei Dichtern; üblicher *ab aliquo.*

Alcibiades Socrati supplex fuit, ut *sibi* virtutem traderet, turpitudinemque *depelleret.* C. Tusc. 3, 3, 32. Solstitium *pecori defendite.* V. Ecl. 7, 47. Oestrum *arcebis gravido pecori.* V. Georg. 3, 155.

f. Differre, discrepare, dissentire (diversus), distare *alicui*, gewöhnlicher *ab aliquo.*

Agesilai domus sic erat instructa, ut nulla in re *differret cuivis* inopis atque privati. N. 17, 7. Origo atque genitura conchae est haud multum ostrearum *conchis differens.* P. 9, 35, 54. Eorum, qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem *discrepans sibi* ipsa, dum est insipiens, sed non prava. C. Tusc. 4, 13. cf. C. Or. 3, 60. extr. H. Ep. 2, 2, 193. Vitiosum est, ipsum *sibi* in sua oratione *dissentire.* ad Herenn. 2, 26. cf. Colum. 3, 3, 8. H. Serm. 1, 4, 48. Omnibus in terris pauci dignoscere possunt vera bona atque *illis* multum *diversa.* Iuvenal. 10, 3. Quid *distent* aera *lupinis.* H. Ep. 1, 7, 23. cf. H. C. 4, 9, 29.

g. Certare, altercari, bellare, contendere, pugnare, luctari *alicui* fast nur bei Dichtern statt *cum aliquo.*

Solus *tibi certet* Amyntas. V. Ecl. 5, 8. *Altercante libidinibus* tremis ossa pavore. H. Serm. 2, 7, 57. Me *magno bel-*

*) *Νήεσσιν ἀλεξέμεναι δῆϊον πῦρ.* Hom. Il. ι, 347. *ἀμῦναι νηυσὶ θοῇσι πῦρ ἰθέλειν.* Ib. 435.

Digitized by Google

lare parenti aspiciat. Stat. Theb. 8, 505. cf. Sil. 9, 503. *Coepto pugnemus amori.* O. Her. 17, 189. ſonſt auch *in, contra, adversus aliquem.* Tigris *luctatur morti.* Sil. 10, 296. cf. H. C. 1, 1, 15. Multi dum diserte *loquuntur rusticis*, assecuti sunt, ut eorum doctrina nec a disertissimis possit intelligi. Pallad. R. R. 1, 1. wie *μάχεσθαι, πολεμεῖν, ἐρίζειν, διαλέγεσθαί τινι.*

h. Iungere, miscere, conferre, coire, concurrere, geminare *alicui* ſtatt *cum aliquo* und iungere, miscere *aliquo.*

Notant sidera natalicia Chaldaei, quaecunque *Lunae iuncta* videntur. C. Div. 2, 43. Aer *mari continuatus* et *iunctus* est. C. N. D. 2, 45. Si inest in oratione *mixta modestiae* *) gravitas, nihil admirabilius fieri potest. C. Off. 2, 14. Sensit peritus dux, Papirius, severitatem *miscendam esse comitati.* L. 8, 36. Omne tulit punctum, qui *miscuit* utile *dulci.* H. Art. 343. Castra in Thessalia *castris collata* audiebamus. C. Div. 2, 55. cf. L. 4, 27. Held ad Caes. C. 3, 79. Non ut *placidis coeant* immitia, non ut serpentes *avibus geminentur*, tigribus agni. Hor. A. P. 12. *Quibus* quum Numidae *concurrissent.* L. 24, 15. extr.

i. Die Ortsbeſtimmungen auf die Frage wohin? z. B. *coelo* gen Himmel, nach dem Himmel zu, doch nur bei Dichtern und Spätern, und auf die Frage Wo? bei haereo, suspendo, etc.

It clamor *coelo.* V. Aen. 5, 451. Libeat mecum tibi figere cervos, haedorumque gregem *viridi compellere hibisco.* V. Ecl. 2, 30. *Sedibus* hunc ante *refer suis.* V. Aen. 6, 152. *Cocyto eructat* arenam. Ib. 6, 297. Vexillarius cohortis dereptam Galbae imaginem *solo adfixit.* Tac. H. 1, 41. Gratior existimatur, qui *delubris* **) deorum puram castamque mentem, quam qui meditatum carmen *intulit.* P. Pan. 3.

Roscius socium fraudavit? Potest hoc *homini huic haerere* peccatum. C. Q. Rosc. 6. Caput obnubito, *arbori infelici suspendito.* C. C. Rabir. 4. L. 1, 26. eine alte Formel; *abdere se literis.* C. Arch. 6. cf. V. Aen. 2, 553. Ardet apex *capiti.* V. Aen. 10, 270.

Not. 1. Wie ein Subſtantivum als Prädicatsnominativus bei *esse*, wofür ſich oft ein entſprechendes Verbum brauchen läßt, mit dem Dat. commodi ſteht, ſo kann es auch allein mit dieſem Caſu verbunden werden.

Pompeio et *Senatui* pacis *auctor fui.* C. Att. 9, 11. i. e. pacem *suasi.* Natura tu *illi* pater es, consiliis ego. T. Ad. 1, 2,

*) Wie *Μίγνυσθαί τινι.*
**) Statt in delubra.

46. *Nostrae omni* est *fautrix familiae.* T. Eun. 5, 9, 22. Nullus in terris populus praeter Romanum dici potest, quem minus tibi *hostem tuis*que *esse* velis. L. 26, 50. Quis *huic rei testis est?* idem qui acerrimus adversarius. C. Quint. 11. Cato retulit, P. Munnium *cuivis tempori hominem* fuisse. C. Or. 2, 67. Cum P. Africano senatus egit, ut *legatus fratri* proficisceretur. C. Mur. 14. Caesar *tegimenta galeis* milites ex viminibus facere iubet. Caes. C. 3, 62. Id modo plebs agitabat, quomodo tribuniciam potestatem, *munimentum libertati*, reparārent. L. 3, 37. Caesar *praesidio navibus* Q. Atrium praefecit. Caes. 5, 9. *praesidia periculis.* C. Manil. 24. *morbis praesidium.* Plin. 22, 22, 44. cf. Held ad Caes. C. 1, 85. Miles *signum receptui* negligit. Sen. Ira 1, 9.

Not. 2. Der Dativus ſteht ſo bei Substantivis, wo ſonſt auch der Genitivus ſtehen könnte, aber immer in ſtärkerer Bedeutung. Praefectus hat nur als Participium den Dativus bei ſich, als Name der Würde hingegen den Genitivus, z. B. Praefectus *morum, vigilum, castrorum, urbis* etc.

Demochares fuit *Demostheni* sororis *filius.* C. Brut. 83. Multis de causis ego *huic causae patronus* exstiti. C. S. Rosc. 2. Natura tu *illi pater* es, consiliis ego. T. Ad. 1, 2, 46. Ea est voluntas omnium Romanorum, ut, qui *libertati* erit *finis*, idem *urbi* sit. L. 2, 15. cf. Drak. ad L. 2, 30, 9. Latini concedunt, Romam *caput Latio* esse. L. 8, 4. Fabius nondum in *conspectum* venerat *hostibus.* Caes. 8, 27. Romulus in Palatio prima *urbi fundamenta* iecit. L. 1, 12. Rufus diu manipularis, dein centurio, mox *castris praefectus*, antiquam duramque militiam revocabat. Tac. 1, 20.

Speusippus, *Platonis* sororis *filius*, nihil ab Aristotele magnopere dissensit. C. Or. 3, 18. Coelestes ita volunt, ut Roma *caput orbis terrarum* sit. L. 1, 16. Antigonus cum Eumenem in custodiam dedisset, *praefectus custodum* quaesivit, quemadmodum servari vellet. N. 18, 11. Dagegen auch: Loci certi ad *fidem orationis* faciendam adhibentur. C. Or. 3, 27. *Frontis* nulla *fides.* Iuvenal. 2, 8.

Not. 3. Einige Substantiva und Adiectiva verbalia haben den Dativus als Caſus ihrer Stammverba bei ſich.

Iustitia est *obtemperatio scriptis legibus, institutis*que populorum. C. Leg. 1, 15. Abalienatio est eius rei, quae mancipi est, aut *traditio alteri* nexu, aut in iure cessio. C. Top. 5. *Insidiae Consuli* non procedebant. Sall. C. 32. sc. *factae. Opulento homini servitus* dura est. Plaut. Amph. 1, 1, 12. Quid *mihi* scelesto tibi erat *auscultatio?* Plaut. Rud. 2, 6, 18. Maxima inerat cura duci, ne qua *exprobratio cuiquam* veteris fortunae discordiam inter ordines sereret. L. 23, 55. Caesar Ravennae exspectabat *suis lenissimis postulatis responsa.* Caes. C. 1, 5.

Est ignis *aquae pugnax.* O. Met. 1, 432. Philippus rex fuit armorum, quam conviviorum *apparatibus studiosior.* I. 9, 8. cf. Plaut. Mil. 3, 1, 207. Epaminondas velut *gratulabundus patriae* exspiravit. I. 6, 8.

Not. 4. In der Redensart mihi *dicto* audiens est er gehorcht mir auf's Wort, iſt dicto der Dativus; denn man ſagte auch audire *alicui* auf einen hören: *istis* audiendum. Pacuv. ap. C. Div. 1, 57. extr. *sibi* potius audirent. Appul. Apol. 532. T.

Digitized by Google

II. p. 568. Oud. und ſo *dicto* parere. L. 2, 18, 8. 2, 20, 10. 21, 57, 13. *dicto* obediant. Gell. 2, 29. med. *dicto* obediens. Auson. VII. Sap. Solon. 22. und ſo auch: *dicto* sum audiens. Plaut. Pers. 3, 1, 71. *dicto* me emit audientem. Id. Men. 2, 3, 89. cf. Asin. 3, 1, 40. Trin. 4, 3, 55.

Villicus *domino dicto audiens* sit. Cato R. R. 142. Agesilaus tanta modestia *dicto audiens* fuit *iussis* absentium magistratuum, ut si privatus in comitio esset Spartae. N. 17, 4. Syracusani *nobis dicto audientes* sunt. C. Verr. 5, 32. cf. 1, 44, 114. 4, 12, 27. Deiot. 8, 23. Ne plebs *nobis dicto audiens* atque obediens sit. L. 5, 3. cf. Drak. ad L. 1, 41, 5. 29, 20, 11. Futura es *dicto obediens*, an non, *patri*? Plaut. Pers. 3, 1, 51. cf. Bacch. 3, 3, 35.

B. Dativus rei.

121 III. Der Dativus rei bezeichnet den Zweck, der bei einem Prädicat bezielt wird, und ſteht auf die Frage: Wozu? oft neben dem Dativ der Perſon,

1. bei *esse* in der Bedeutung gereichen, dienlich ſeyn, z. B. hoc est honori dieſes gereicht zur Ehre, est argumento es dient zum Beweis, oder auch: est laudi es iſt löblich, est mihi voluptati es macht mir Vergnügen, hoc est mihi curae das iſt meine Sorge, dafür ſorge ich, est mihi curae es liegt mir am Herzen. So auch bei *forem* und *fio*.

Nimia fiducia *calamitati* solet *esse*. N. 16, 3. Plato coniunctionem potestatis ac sapientiae *saluti* censuit civitatibus *esse* posse. C. Q. Fr. 1, 1, 10. Fortitudini fortuna quoque *esse adiumento* solet. ad Her. 3, 5. Alexander ille non gratiae causa ab Apelle potissimum pingi, et a Lysippo fingi volebat, sed quod illorum cum ipsis, tum etiam sibi *gloriae fore* putabat. C. Fam. 5, 12. Vitam rusticam tu *probro et crimini* putas *esse*. C. S. Rosc. 17. cf. Drak. ad L. 2, 52, 7. Pergite, ut facitis, adolescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut et vobis *honori*, et amicis *utilitati*, et reipublicae *emolumento esse* possitis. C. Or. 1, 8. L. Cassius identidem in causis quaerere solebat, *cui bono fuisset*. C. S. Rosc. 30. Spero homines intellecturos, *quanto sit* omnibus *odio* crudelitas, et *quanto amori* probitas et clementia. C. Fam. 15, 19. Caesar ea, quae *sunt usui* ad armandas naves, ex Hispania adportari iubet. Caes. 5, 1. cf. L. 1, 54, 9. C. Verr. 1, 6, 16. Is mihi profecto est servus spectatus satis, cui dominus *curae est*. T. Ad. 5, 6, 5. *Est* mihi *magnae curae*, ut ita eruditatur Lucullus, ut patri respondeat. C. Fin. 3, 2. In Gallia funera sunt magnifica, omniaque, quae vivis *cordi fuisse* arbitrantur, in iguem inferunt, etiam animalia. Caes. 6, 19. cf. C. Or. 16, 53.

Digitized by Google

Otho quidquid epistolarum erat, ne cui *periculo* aut *noxae* apud victorem *forent*, concremavit. Suet. Oth. 10. Ampla domus *dedecori* domino saepe *sit*, si est in ea solitudo. C. Off. 1, 39.

2. bei *do*, *accipio*, *habeo*, *relinquo*, *deligo*, *mitto*, *venio*, *eo* und ähnlichen, auch bei *do*, *duco*, *largior*, *tribuo*, *verto* in der Bedeutung einem etwas wozu anrechnen.

Virtus sola neque *datur dono*, neque *accipitur*. Sall. I. 85. Carpinatius pecuniam iis, qui a Verre aliquid mercabantur, *fenori dabat* †). C. Verr. 2, 70. C. Flaminius consul ante signum Iovis Statoris sine causa repente concidit, nec eam rem *habuit religioni*. C. Div. 1, 35. *Habere quaestui* rempublicam, turpe et nefarium est. C. Off. 2, 22. Postquam divitiae honori esse coeperunt, et eas gloria, imperium, potentia sequebatur: hebescere virtus, paupertas *probro haberi* coepit. Sall. C. 12. Caesar quinque cohortes, quas minime firmas ad dimicandum existimabat, castris *praesidio relinquit*. Caes. 7, 60. cf. 7, 40. Held ad Caes. C. 1, 85. Orbem terrarum vides ardere bello; urbem *relictam direptioni* et *incendiis*. C. Fam. 4, 1. Aduatuci sua omnia in unum oppidum, egregie natura munitum, contulerunt; hunc sibi *domicilio* locum *delegerunt*. Caes. 2, 28. cf. 1, 30. Pausanias, quos Byzantii ceperat regis propinquos, huic *muneri misit*. N. 4, 2. Pausanias *venit* Atticis *auxilio*. N. 8, 3. Veientes ad arma currunt; pars Sabinis *eunt subsidio*, pars Romanos adoriuntur. L. 2, 53. Quis revocante et *receptui canente* *) senatu properet dimicare? C. Phil. 12, 3.

An censemus, si Fabio, nobilissimo homini, *laudi datum esset*, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos et Parrhasios fuisse? C. Tusc. 1, 2. *Vitio* mihi *dant*, quod mortem hominis necessarii graviter fero. C. Fam. 11, 28. In Graeco sermone tritum atque celebratum est, si quis *despicatui ducitur* **), ut Mysorum ultimus esse dicatur. C. Flacc. 27. *Amori nostro* plusculum etiam, quam concedat veritas, *largiare*. C. Fam. 5, 12. Gloriari solebat Q. Hortensius, quod nunquam bello civili interfuisset; hoc illi *tribuebatur ignaviae*. C. Fam. 2, 16. Matronis Corinthi Medea persuasit, ne sibi *vitio verterent* ***), quod abesset a patria. Ib. 7, 6.

†) er lieh ihm Geld auf Intereſſen, wie veno dare. Tac. 4, 1. ſtatt venumdare.
*) Wenn der Senat das Zeichen zum Rückzug gibt — dieſes wurde mit der Trompete gegeben.
**) Für verächtlich gehalten wird.
***) Sie möchten ihr dieſes nicht übel auslegen.

Digitized by Google

Not. 1. Die Stelle des Dativus vertritt bei *esse*, bald um Zweideutigkeit zu vermeiden, bald als ſtärkerer Ausdruck, der Prädicatsnominativus, auch *pro* anſtatt, mit dem Ablativ und bisweilen *in*.

Lacus Trasimenus et Cannae *tristia* ad recordationem *exempla*, sed ad praecavendum simile utili documento *sunt*. L. 24, 8. Hispanis populis sicut *lugubre*, ita insigne *documentum* Sagunti ruinae *erunt*, ne quis fidei Romanae aut societati confidat. L. 21, 19. cf. Tac. H. 4, 60. Caes. 7, 4. Perseus auratas statuas omnes raptim, ne *praeda* hosti *essent*, in classem congessit. L. 44, 6. Me idem non assequi, *dedecus est nostrum*. C. Att. 7, 2.

Alcibus *sunt* arbores *pro cubilibus*: ad eas se applicant, atque ita quietem capiunt. Caes. 6, 27. *Pro argumento fuit* procursatio Numidarum, Hannibalem exercitumque castris non movisse. L. 25, 9. Antonius Primus, ab Othone neglectus, *in nullo* Othoniani belli *usu* fuit. Tac. H. 2, 86.

2. Eben ſo wird bei den Transitivis: **do**, *accipio*, *mitto* etc. ſtatt des Dativus eine Appoſition, oder *ad*, *in* mit dem Accuſativ, bei habeo aber auch *pro* gebraucht.

Pittaco Mitylenaei multa millia iugerum agri *munera dederunt*. N. 8, 4. Latini coronam auream Iovi *donum* in Capitolium *mittunt*. L. 2, 22. Marius proficiscitur ad turrim regiam, quo Iugurtha perfugas omnes *praesidium imposuerat*. Sall. I. 103. Philippus rex infecta pace concilium dimisit, quatuor millibus armatorum *relictis ad praesidium* Achaeorum. L. 27, 30. Missi Novesium frumentatores, *dataeque in praesidium* cohortes. Tac. H. 4, 35. Ea, quae gloriae esse debent, *in crimen vertis*. L. 40, 15. Graecinus refert, Paridium quendam fundi partem tertiam nubenti maiori filiae *dedisse in dotem*. Colum. 4, 3, 6. Luceriam atque oram maritimam Pompeius *pro derelicto* habet. C. Att. 8, 1. (derelictui, Gell. 4, 12.)

3. Für einen Dativ gilt hier *quo*, ſtatt cui bono, mit einem Accuſativ und meiſt mit verſtandenem Verbo, auch mit folgendem ganzen Satze oder Acc. c. Inf., wo prodest ſupplirt werden kann.

Martis vero signum *quo* *) mihi pacis auctori? C. Fam. 7, 23. *Quo* mihi fortunam **), si non conceditur uti? H. Ep. 1, 5, 12. *Quo* tibi ***), Pasiphae, pretiosas sumere vestes? O. Art. 1, 303.

122 IV. Viele Verba intransitiva und transitiva erfordern als Composita mit den Adverbiis *satis*, *bene*, *male*, und mit den Präpoſitionen *ad*, *ante*, *ab*, *con*, *de*, *e*, *in*, *inter*, *ob*, *post*, *prae*, *pro*, *re*, *sub*, *super* einen Dativus, der bei einigen mit weniger oder mehr Unterſchied der Bedeutung mit der wiederholten Präpoſition des Verbi oder einer andern und deren Caſu wechſelt.

1. *Satisdare*, *satisfacere alicui* einem Bürgſchaft, Genugthuung leiſten: Naevius a Cn. Dolabella praetore postulat,

*) Sc. emisti, wozu ſoll mir die Statue des Mars?
**) Sc. laudas.
***) Sc. prodest.

ut *sibi* Quintius iudicatum solvi *satisdet* *). C. Quint. 8. Ego *omnibus*, qui amici fuerant saluti et dignitati meae, si minus referenda gratia *satisfacere* potui, at praedicanda et habenda certe *satisfaciam*. C. Balb. 1.

Benedicere, maledicere alicui einem, von einem etwas Gutes, Uebels sagen, einen loben, schimpfen, und so *benevolens, malefacio: Cui* Gellius *benedixit* unquam *bono?* C. Sext. 52. Periclis in labris veteres Comici, etiam cum *illi maledicerent*, lepōrem habitasse dixerunt. C. Or. 3, 34. cf. 2, 75, 305. Deiot. 10. pr. *Benevolentior tibi*, quam fui, nihilo sum factus. C. Fam. 3, 12. Tu verbis solves nunquam, quod *mi* re *malefeceris*. T. Ad. 2, 1, 10.

Not. Statt valedico alicui sagen die bessern Schriftsteller valere iubeo aliquem, auch valere dico; vale dico (ohne Casus) braucht Ovid. Trist. 1, 8, 21. Met. 4, 79. u. öfter. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere; *tibi valedicere* non licet gratis. Sen. Ep. 17. *Hortensium iussi valere*, quum me, numquid vellem, rogasset. C. Att. 5, 2. Augustus discedens (e curia) *sedentibus singulis valere dicebat*. Suet. Aug. 53. cf. Tiber. 72. extr. — Benedicere und maledicere *aliquem* haben nur Spätere: Fortunata *maledicere Trimalchionem* coepit. Petron. 74. cf. Heins. h. l.

2. *Ad*, z. B. adesse alicui einem beistehen, rei bei etwas gegenwärtig seyn, so auch acclamare, accumulare, addicere, adiudicare, assingere, annumerare etc. *affigere rei* und *ad rem*, wie: einer Sache anhaften und an eine Sache heften, so accedere, acclinare, accommodare, addere, adequitare, adhibere, adiicere, adiungere, admovere, adnectere, applicare, appropinquare, adrepere, assistere etc. assuēfacio *rei* und *re*, assuesco *rei*, *ad rem* und *re*. Eumenes *utrique*, et *Philippo* et *Alexandro*, in consilio semper *adfuit*, et omnium rerum habitus est particeps. N. 18, 1. Pelopidas *omnibus periculis adfuit*. N. 16, 4. C. Gracchus orator est gravis: manus extrema non *accessit operibus* eius. C. Brut. 33. Siciliam ferunt quondam *Italiae adhaesisse*. I. 4, 1. Medici *gravioribus morbis* periculosas curationes et ancipites *adhibere* coguntur. C. Off. 1, 24. *Quinto anno* unus intercalaris dies *additur*, ut temporum ratio solis itineri congruat. P. 2, 8. Quod munus *rei publicae afferre* maius melinsve possumus, quam si docemus atque erudimus inventutem? C. Div. 2, 2. Poeta peccat, quum probam orationem *affingit improbo, stultove*, sa-

*) Er sollte ihm (durch Bürgen) hinlängliche Bürgschaft oder Caution für die Bezahlung der Summe geben, die ihm vom Richter als Strafe zuerkannt werde.

Digitized by Google

pientis. C. Or. 22. Prometheus *affixus Caucaso* traditur. C. Tusc. 5, 3. Romae data est civitas, si qui *foederatis civitatibus adscripti fuissent*. C. Arch. 4. Nihil interest, teruncium *adiicere* Croesi *pecuniae*. C. Fin. 4, 12. Natura *sensibus* rationem *adiunxit*. C. Fin. 4, 14. *Aquae admixtum esse* calorem, ipse liquor declarat. C. N. D. 2, 10. Auctores legis *admovent* manus *vectigalibus* populi Romani. C. Agr. 1, 4. Rhenus ubi *Oceano appropinquat*, in plures diffluit partes. Caes. 4, 10. Sthenius est is, qui *nobis assidet*. C. Verr. 2, 34.

Ad Appii Claudii *senectutem accedebat* etiam, ut caecus esset. C. Sen. 6. Non facile quem dixerim plus studii, quam Servium Sulpicium, *ad omnes* bonarum rerum *disciplinas adhibuisse*. C. Brut. 41. Quidam *ad eas laudes*, quas a patribus acceperunt, *addunt* aliquam suam. C. Off. 1, 32. Timotheus, Cononis filius, cum belli laude non inferior fuisset, quam pater, *ad eam laudem* doctrinae et ingenii gloriam *adiecit*. C. Off. 1, 32. Archias *adscribi se in* Heracleensium *civitatem* voluit. C. Arch. 4. auch *in civitate* adscriptum esse und *ad numerum* adscribi. C. Q. Fr. 1, 1, 5.

Ante. Quis potest iniquos *aequis*, impios *religiosis anteferre*? C. Font. 10. Leges omnium salutem singulorum *saluti anteponunt*. C. Fin. 3, 19.

Ab. Quid *huic abest*, nisi res et virtus? C. Or. 2, 70. cf. C. Balb. 4, 9. Eum, qui cum liber esset, censere noluerit, populus iudicat, ipsum *sibi* libertatem *abiudicasse*. C. Caecin. 34. In Sicilia nulla res tam patria cuiusquam atque avita fuit, quae non *ab eo*, imperio Verris, *abiudicaretur*. C. Verr. A. 1, 5. Brutus *collegae suo* imperium *abrogavit*. C. Brut. 14.

Con, z. B. constare sibi ſich gleich bleiben, ſo conciliare sibi, collocare alicui; und comparare, conferre, contendere, componere *alicui* und *cum aliquo* mit einem vergleichen, ſo communicare, congruere, conjungere, consentire etc.

Oratio *sibi constet* et ex omni parte secum ipsa consentiat. C. Univ. 3. Natura vi rationis hominem *conciliat homini*. C. Off. 1, 4. Nata est Attico neptis ex Agrippa, *cui* virginem filiam *collocarat*. N. 25, 19. Parva *magnis* saepe rectissime *conferuntur*. C. Or. 4. Ennius equi fortis et victoris *senectuti comparat* suam. C. Sen. 5. cf. L. 37, 53, 20. Stoici finem bonorum esse senserunt, *congruere naturae*, cumque ea convenienter vivere. C. Tusc. 5, 28. Ex cognitione deorum oritur pietas, *cui coniuncta* iustitia est, reliquaeque virtutes. C. N. D. 2, 61. Pompeii exercitus properans noctem *diei coniunxerat*. Caes. C. 3, 13. *Connexum sit* principium *consequenti orationi*. C. Or. 2, 80.

Digitized by Google

Cum maximis minima *confero.* C. Opt. 6. Graeci suos dies mensesque *congruere* volunt *cum* solis lunaeque *ratione.* C. Verr. 2, 52. Oportet testimonium *cum re convenire.* ad Her. 4, 3.

De. In civitate Romana *nemini* unquam *infimo* maiores nostri patronum *deesse* *) voluerunt. C. Mur. 4. Est viri et ducis, non *deesse* **) *fortunae praebenti* se, et oblata casu flectere ad consilium. L. 28, 44. Attici neptem Caesar *Tiberio Claudio Neroni, privigno suo, despondit.* N. 25, 19. Etiam clarorum virorum *virtuti* fidem et auctoritatem in testimonio inimicitiarum suspicio *derogat.* C. Font. 7. Mamertini honorem debitum *detraxerunt* non *homini*, sed *ordini.* C. Verr. 4, 11. Is denique bonos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita *claris viris defertur* et datur. C. Fam. 10, 10.

Maiestatem minuere, est *de dignitate* populi aliquid *derogare.* C. Inv. 2, 17. Ego in provincia *detrahere de tua fama* nunquam cogitavi. C. Fam. 3, 8, 19. Regium imperium primum *ad homines iustissimos* et *sapientissimos deferebatur.* C. Leg. 3, 2.

E. Hanc *excutere* opinionem *mihimet* volui radicitus. C. Tusc. 1, 46. Caesar *Deiotaro regi* Trocmorum tetrarchiam *eripuit.* C. Div. 2, 37. Dagegen eripere *flamma, suppliciis* und *ex miseriis, ex periculo, ex insidiis, ex morte.*

In, z. B. *inesse alicui*, bei Cicero aber nur *in aliquo*; indormire, inhaerere, instare, impendere, illacrimare, invigilare, insudare *alicui*, inferre *alicui bellum*, incidere *homini* improviso Jemand überraſchen und *in aliquem, in manus* alicuius, *in insidias; iniicere alicui* spem, metum, cupiditatem, manum; iniungere, imponere, inurere *alicui* aliquid; imprimere *alicui* aliquid und aliquid *in animo.* Thebanorum *genti* plus *inest* virium, quam ingenii. N. 15, 5. Stirpes *terrae inhaerent.* C. N. D. 2, 33. Damnatus est is (C. Antonius), qui Catilinam signa *patriae inferentem* interemit. C. Flacc. 2. Multum mali *unicuique* nostrum *inferre* potest vis tribunicia. C. Cluent. 35. (auch): Mala *in domum tuam intuli.* N. 2, 9. cf. Drak. ad L. 2, 63, 1.) Dionysius aureum Jovi Olympio detraxit amiculum, *eique* laneum pallium *iniecit*, cum id esse ad omne anni tempus diceret. C. N. D. 3, 34. Hannibal magnum terrorem *iniecit exercitui* Romanorum. N. 23, 5. Nihil

*) Fehlen, es fehlen laſſen; hier alſo: hülflos laſſen.
**) Unbenutzt zu laſſen.

incidit civitati mali, quod non *impendere illi* Crassus et Antonius multo ante vidissent. C. Or. 1, 7. Simulac Caesar appropinquare dicebatur, magnus terror *incidit* Pompeii *exercitui*. Caes. C. 3, 13. Generosius in sua quiquid sede gignitur; *insitum alienae terrae* in id, quo alitur, degenerat. L. 38, 17. Corpus atque animus, nisi tanquam *lumini* oleum *instilles*, exstinguuntur senectute. C. Sen. 11. Multae *nobis* notitiae rerum *imprimuntur*, sine quibus non intelligi quidquam potest. C. Acad. 2, 7. Onera *quibusdam bestiis* et iuga *imponimus*. C. N. D. 2, 60. Iuniores Patrum *plebi* se magis *insinuabant*. L. 3, 15. cf. C. Or. 1, 20, 90.

In oratore perfecto inest philosophorum omnis scientia. C. Or. 3, 35. cf. Heindorf ad C. N. D. 1, 43. pr. *In* omnium *animis* deorum notionem *impressit* ipsa natura. C. N. D. 1, 16. Mulier in India una cum viro *in rogum imponitur*. C. Tusc. 5, 27. Aebutius se *in* Caesenniae *familiaritatem insinuaverat*. C. Caecin. 5.

Inter, als: *interesse rei* und *in re* bei etwas zugegen seyn, intervenire, intercedere, interiicere, interponere *alicui*; interdicere *alicui rem* und gewöhnlicher *alicui re*, auch *de re*.

Aristides *interfuit pugnae navali* apud Salamīna. N. 3, 2. cf. C. Brut. 10, 41. (*In caede interesse* non potui. C. Inv. 1, 36.) Hortensius veritus est, ne Fufius, tribunus plebis, *ei legi intercederet*, quae ex senatus consulto ferebatur. C. Att. 1, 16. Nasus ita locatus est, ut quasi murus *oculis interiectus esse* videatur. C. N. D. 2, 57. (Galli *inter equites* sagittarios *interiecerant*. Caes. 7, 80.) Quid tandem agebatis, aut *cui sermoni* nos *intervenimus*? C. Rep. 1, 13. Leges Caesaris iubent, *ei*, qui de vi, itemque, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni *interdici*. C. Phil. 1, 9. cf. Caes. 6, 44. (nur Vitellius accusatori *aqua atque igne interdixit*. Tac. 12, 42.) *Interdixi tibi de medicis*. Cato ap. P. 29, 1. Praetor *interdixit de vi hominibus armatis*. C. Caecin. 8.

Ob, in obesse, obsistere, occurrere, obrepere, oberrare, offundere, offerre, obiicere, opponere *alicui*, auch *obversari ante oculos*, und offerre salutem *in discrimen*, se *ad mortem*. Contentio tamdiu sapiens est, quamdiu aut proficit aliquid, aut non *obest civitati*. C. Balb. 27. Umbra terrae, *soli officiens*, noctem efficit. C. N. D. 2, 19. Ut Thucydidis *concisis sententiis officit* Theopompus elatione atque altitudine orationis suae, quod idem *Lysiae* Demosthenes, sic Catonis *luminibus obstruxit* posteriorum quasi exaggerata altius oratio. C. Brut. 17. *Obversentur* species honestae *animo*. C. Tusc. 2, 22. Non

Digitized by Google

citius *adolescentiae* senectus, quam *pueritiae* adolescentia *obrēpit*. C. Sen. 2. Labor quasi callum quoddam *obducit dolori*. C. Tusc. 2, 15. Ne *offeramus* nos *periculis* sine causa. C. Off. 1, 24. auch offerre se *ad mortem* und offerre salutem *in discrimen*. Ubi duae contrariae leges sunt, semper *antiquae obrogat* nova. L. 9, 34. Invidia fragili quaerens illidere dentem *offendet solido*. H. S. 2, 1, 78. ſonſt *off. scopulum*. C. S. Rosc. 29. auch *ad rem*, Colum. 2, 2, 26. offendere *in aliquo*, auch *apud aliquem*. Manut. ad C. Fam. 5, 14. Garat. ad C. Mil. 36. p. 233. und §. 74, A, a, 3. S. 169.

Post. A Manlio *posthabita est* filii caritas *publicae utilitati*. L. 8, 34. Hannibal *Alexandro Magno* non *postponendus est*. I. 30, 4. cf. O. Met. 6, 211.

Prae. Prudentiam omnes, qui *cuique artificio praesunt*, debent habere. C. Fin. 4, 27. praeesse *exercitui*, *muneri*. Deus animum, ut dominum atque imperantem, *obedienti praefecit corpori*. C. Univ. 7. *Praetoribus* fasces *praeferuntur*. C. Verr. 5, 9. Vulgus in pavore alienum consilium *suo praefert*. P. Ep. 6, 20. Agesilaus *opulentissimo regno praeposuit* bonam existimationem. N. 17, 4. Prava religione deorum numen *praetenditur sceleribus*. L. 39, 46. Agrippa *praeoptavit* equitis Romani filiam generosarum *nuptiis*. N. 25, 12.

Pro. Equidem *mihi* omnia *propono*, nec ullum est tantum malum, quod non putem impendere. C. Fam. 6, 14. *Omnibus telis* fortunae *proposita est* vita nostra. Ib. 5, 16.

Re, z. B. respondere *rei* einer Sache entſprechen; *his*, *ad haec*, *ad haec postulata*, auf dieſes, auf dieſe Forderungen antworten, und *alicui* Jemand antworten: *Optatis meis* fortuna *respondit*. C. Fam. 2, 1. *Reclamitat* parricidii *suspicionibus* ipsa natura. C. S. Rosc. 22. Vos contra *regi* mea nunc mandata *referte*. V. Aen. 7, 267. gewöhnlicher: Haec *ad Caesarem* mandata Clodius *refert*. Caes. C. 3, 57. ſo renuntio.

Sub: subesse, subiicere, suggerere, succurrere, submittere, subscribere *alicui* etc. Genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal; pars est, quae *subest generi*, ut equus. C. Inv. 1, 22. *Subdere* ignem et materiam *seditioni*, non est prudentiae. L. 8, 32. Aristoteles *arti oratoriae* plurima adiumenta atque ornamenta *subministravit*. C. Inv. 1, 5. Anatum ova *gallinis* saepe *supponimus*. C. N. D. 2, 48. Iudicis est, *innocentiae subvenire*. C. Cluent. 1. *Succumbere doloribus*, eosque humili animo imbecilloque ferre, miserum est. C. Fin. 1, 15. Empedocles animum esse censet *cordi suffusum* sanguinem. C. Tusc. 1, 9. *Subscripsere* quidam Lucii Bruti

Digitized by Google

statuae: Utinam viveres! Suet. Caes. 80. *Subduc* cibum unum diem *athletae*, ferre non posse se clamabit. C. Tusc. 2, 17.

Super. Neque deesse, neque *superesse reipublicae* volo. C. Fam. 10, 33. Q. Fabius unus *exstinctae* ad Cremĕram *genti superfuit.* L. 3, 1.

123 V. Die Verba: adŭlor (o), adiaceo, attendo, antecedo, anteeo, deficio, despĕro, illudo, incesso, invado, praecedo, praecurro, praesto, praestŏlor, praeverto, ausculto, obtrecto, aemulor und comitor haben in gleicher Bedeutung den Dativus und Accusativus bei ſich; eben ſo die Transitiva: adspergo, inspergo, circumdo, circumfundo, induo, exuo, inuro, impertio (or), intercludo, dono, munero (or), levo, bei welchen neben dem *Dativo* der Perſon die Sache im *Accusativo*, neben dem *Accusativo* der Perſon aber die Sache im *Ablativo* ſteht, z. B. donare alicui rem einem etwas ſchenken und donare aliquem re einen mit etwas beſchenken.

Nunquam Atticus potenti *adulatus est Antonio.* N. 25, 8. Non ita *adulatus sum fortunam* alterius, ut me meae poeniteret. C. Div. 2, 2. Cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, neve *adulari nos* *) sinamus. C. Off. 1, 26. Tuscus ager *Romano adiacet.* L. 2, 49. Timotheus socios Atheniensibus adiunxit Epirotas, omnesque eas gentes, quae *mare illud adiacent.* N. 13, 2. cf. L. 7, 12, 6. Glaucia solebat populum monēre, ut, quum lex aliqua recitaretur, *primum versum attenderet.* C. Rab. P. 6. *Attendite animos* ad ea, quae consequuntur. C. Agr. 2, 15. Nerva privatus quoque *attendebat his*, quae recte in publico fierent. P. Ep. 7, 33. Non sic causa intelligi debet, ut, quod *cuique antecedat*, id ei causa sit, sed quod *cuique* efficienter *antecedat.* C. Fat. 15. Natura hominis *pecudibus reliquis*que *beluis antecedit.* C. Off. 1, 30. Quidquid *antecedit quamque rem*, id cohaeret cum re necessario. C. Top. 12. Alcibiades Pharnabazum adeo sua cepit humanitate, ut *eum* nemo in amicitia *antecederet.* N. 7, 9. Lictores *praetoribus anteeunt* cum fascibus. C. Agr. 2, 34. Animi praestantiam *omnibus bonis* corporis *anteire* dicimus. C. Fin. 5, 31. Te (Fortuna) semper *anteit* saeva Necessitas. H. Carm. 1, 35, 17. Erat in classe Chabrias privatus, sed *omnes*, qui

*) Cicero braucht das Deponens adulor hier passive; vergl. §. 48. Not. Nach Q. 9, 3, 1. ſagte man adulor *huic* damals, *hunc* in älterer Zeit, und ſo bei attendo. Dennoch ſteht: Illi canes *furem* quoque adulantur. Colum. 7, 12, 5. adulantes *dominum.* Sen. Ira 2, 31. cf. Tac. 16, 19. H. 1, 32.

Digitized by Google

in magistratu erant, auctoritate *anteibat*. N. 12, 4. Quum iam amplius horis sex continenter pugnaretur, non solum vires, sed etiam tela *nostris deficiebant*. Caes. 3, 5. Si *me* non modo vires, verum etiam vita *deficiat*. C. Verr. 5, 28. Prudentia nunquam *deficit oratorem* *). C. Brut. 24. Veneti, si quando *suis fortunis desperare* coeperant, se in proxima oppida recipiebant. Caes. 3, 12. *Saluti desperare*. C. Cluent. 25, 68. cf. 8, 15. *Pacem desperavi* **). C. Att. 7, 20. Ne videaris huius miseri *fortunis* et clarorum virorum *dignitati illudere*. C. S. Rosc. 19. Charmadas oratorum *praecepta illudere* solebat. C. Or. 1, 19. *Miseros illudi* ***) nolunt homines, nisi si se forte iactant. C. Or. 2, 58. *Exercitui* Caesaris *omni* tantus *incessit* ex incommodo dolor, tantumque studium infamiae sarciendae, ut simul omnes arderent cupiditate pugnandi. Caes. C. 3, 74. cf. Liv. 4, 57, 10. Post Romuli mortem timor *Patres incessit*, ne civitatem sine imperio, exercitum sine duce vis aliqua externa adoriretur. L. 1, 17. cf. Drak. ad L. 22, 12, 5. Equidem ut veni ad urbem, mirus *invaserat* furor non solum *improbis* †), sed etiam *his*, qui boni habentur, ut pugnare cuperent. C. Fam. 16, 12. cf. Acc. et Varr. ap. Non. 2, 891. 9, 7. Aucta fama cladis ingens terror *Patres invasit*, dictatoremque dici placebat. L. 9, 38. Vestrae fortunae *meis praecedunt*. Plaut. Asin. 3, 3, 39. Helvetii *reliquos Gallos* virtute *praecedunt*. Caes. 1, 1. *Certis rebus* certa signa *praecurrunt*. C. Div. 1, 52. *Mihi* studio paene *praecurritis*. C. Cat. 4, 9. Gorgias *Isocratem* aetate *praecurrit*. C. Or. 52. Appetitus rationi obediant, *eam*que neque *praecurrant*, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant. C. Off. 1, 29. *Praestat* honestas *incolumitati*. C. Inv. 2, 58. cf. C. Or. 2, 40, 172. Fin. 2, 33. extr. Brut. 54, 199. Atheniensium civitas antiquitate, humanitate, doctrina *praestabat omnes*. N. 25, 3. cf. 15, 6, 1. In Formiano *tibi praestolor*. C. Att. 2, 15. cf. 3, 20. C. Cat. 1, 9, 24. Curionis *adventum* L. Caesar filius ad Clupeam *praestolabatur*. Caes. C. 2, 23. Caesar, ne Aeduorum civitas ad arma descenderet, *huic rei praeverten-*

*) Deficere *alicui* fehlen, *aliquem* einen verlaſſen. Held ad Caes. C. 2, 41.

**) Auch *De republica desperavi*. C. ad Pompei. in Att. 8, 11.

***) Auch illudere *in aliquem* und *in aliquo*. T. Eun. 1, 4, 20. Andr. 4, 4, 19.

†) Wie: Πομπήιον δ' ἀνὴρ μέγας πεζὸς ἐφώρμησε. Plutarch. Pomp. 19. Gewöhnlicher *in aliquem, in animos* etc. bei Cicero und Andern, z. B. Modo hoc malum *in hanc rempublicam invasit*. C. Off. 2, 21.

Digitized by Google

dum existimavit. Caes. 7, 33. cf. C. Div. 1, 6. Corvus turres muro admovit, quarum *usum* forte oblata opportunitas *praevertit*. L. 8, 16. Si recte facias, Phaedrome, *ausultes mihi*. Plaut. Curc. 2, 1, 8. *Mihi ausculta:* vide, ne tibi desis. C. S. Rosc. 36. Adire iubet hominem; equidem *eum ausculto* libens. Plaut. Poen. 4, 2, 19. Homines *auscultant crimina*. Plaut. Pseud. 1, 5, 12. *Populum auscultare*. Catull. 67, 39. Non id laboro, ut, si qui *mihi obtrectent*, a te refutentur. C. Fam. 9, 11. cf. C. Tusc. 4, 26. Manil. 8. extr. Ut *obtrectaretur laudibus* ducis. L. 8, 36. Cui (Paulo) nullum probrum dicere poterat, eius *obtrectare laudes* voluit. L. 45, 37. cf. Garat. ad C. Phil. 10, 2. *Iis aemulamur*, qui ea habent, quae nos habere cupimus. C. Tusc. 4, 19. Quod me *Agamemnonem aemulari* *) putas, falleris. N. 15, 5. *Tardis mentibus* virtus non facile *comitatur* **). C. Tusc. 5, 24. Tiberius Actiaco triumpho *currum* Augusti *comitatus est*. Suet. Tib. 6.

Vatinius *Miloni, clarissimo viro, nonnullam* laudatione sua *labeculam adspergit*. C. Vatin. 17. *Orationi adspergentur* etiam sales, qui in dicendo nimium quantum valent. C. Or. 26. Pythagoras ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne *aram sanguine adspergeret*. C. N. D. 3, 36. cf. C. Planc. 12, 30. Parthi *folia* brati *inspergunt potionibus*. P. 12, 17. *Oleam sale inspergito*. Cato R. R. 65. Dionysius *fossam latam cubiculari lecto circumdedit*. C. Tusc. 5, 20. Deus *animum circumdedit corpore*. C. Univ. 6. cf. C. Quint. 10. extr. Fam. 15, 4, 21. Equites *Hannoni se circumfudere*. L. 29, 34. *Consuli Laevino* Capuam *praetereunti circumfusa* multitudo Campanorum *est*. L. 26, 27. cf. 2, 65, 3. Tac. H. 5, 18. *Agesilaum* amici, quod mel non habebant, *cera circumfuderunt*. N. 17, 8. A. Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnavit et ex eius spoliis *sibi* et *torquem* et *cognomen induit*. C. Fin. 2, 22. Duabus quasi a natura *inducti sumus personis*. C. Off. 1, 30. Posteaquam Galli propius successerunt munitioni, aut *se* ipsi *stimulis* inopinantes *inducbant* ***), aut in scrobes delapsi transfodiebantur. Caes. 7, 82. Iam obduruimus et *humanitatem omnem exuimus*. C. Att. 13,

*) Nacheifern; auch aemulari *cum aliquo*.
**) Wie: ἀκολουθέω, ὀπηδέω τινί.
***) Sie ſpießten ſich in die ſpitzigen Pfähle. Auch: Placet Stoicis, quum venti *se in nubem induerint*, tum et fulgures et tonitrua exsistere. C. Div. 2, 19. Videte, *in quot se laqueos induerit*. C. Verr. 2, 42.

Digitized by Google

Camillus, qui *P. Cornelium Scipionem interregem prodidit.* L. 5, 31. *Dictatorem* Albini *Mettum Fuffetium creant.* L. 1, 23. Consul *dictatorem* comitiorum causa *T. Manlium Torquatum* ex auctoritate senatus *dixit.* L. 7, 26. Amulius fratris filiae, Rheae Silv[illegible]e, quum *Vestalem eam legisset,* perpetua virginitate spem [illegible]artus adimit. L. 1, 3. Si volo augurium optime tenere, ecquis *me* ob eam rem *augurem capiat?* Gell. 1, 12. *Vestalem capere aliquam.* Ibid. *Virum fortem ac strenuum novum senatorem cooptabitis.* L. 23, 3. cf. Suet. Aug. 27. *Ciceronem* universa civitas *consulem declaravit.* C. Pis. 1. cf. C. Agr. 2, 2, 4. Caesar *Cavarinum* apud Senones Gallos *regem constituerat,* Caes. 5, 54. Galli ad unum omnes *Vercingetorigem probant imperatorem.* Id. 7, 63. Campani *me patronum unum asciverant.* C. Pis. 11.

Not. Iſt das, wozu einer erwählt wird, nicht Appoſition, ſo wird es im Dativ ausgedrückt, §. 120, 2. oder auch mit *ad* und *in.* Ego praedico, loca pacata me *ad hibernacula* lecturum. L. 40, 35. Ancus Marcius centum *in Patres legit,* qui deinde minorum gentium sunt appellati. L. 1, 35.

4. Das Verbum *habeo* haben, z. B. Jemand zum Freunde oder an Jemand einen Freund haben, und für etwas halten, und ſo *perhibeo, iudico, duco, puto, arbitror, existimo, numero, cognosco.*

Epaminondas philosophiae *praeceptorem habuit Lysim Tarentinum, Pythagoreum.* N. 15, 2. Cato *Valerium Flaccum* in consulatu censuraque *habuit collegam.* N. 24, 1. cf. C. Of. 1, 40, 144. Tarquinium dixisse ferunt, exsulantem se intellexisse, *quos fidos amicos habuisset, quos infidos.* C. Lael. 15,

Natura insculpsit in mentibus nostris, ut *deos aeternos* et *beatos haberemus.* C. N. D. 1, 17. *Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus* ad omnes res, praeterquam ad comitia. C. Div. 2, 35. Bene qui coniiciet, *vatem hunc perhibebo optimum.* C. Div. 2, 5. *Socratem* Apollo *sapientissimum iudicavit.* C. Lael. 2. Timoleon *eam praeclaram victoriam ducebat,* in qua plus esset clementiae, quam crudelitatis. N. 20, 2. Nemo credit, nisi ei, *quem fidelem putat.* C. S. Rosc. 39. Socrates totius mundi *se incolam* et *civem arbitrabatur.* C. Tusc. 5, 37. Mihi quidem stultius nihil videtur, quam *existimare eum studiosum* tui, quem non noris. C. Petit. 7. Atticus *maximum existimavit quaestum,* memorem gratumque videri. N. 25, 9. Ubi illi tot dii, si *numeramus* etiam *coelum deum?* C. N. D. 1, 13. *Me* tuae dignitatis

non modo *fautorem*, sed etiam *amplificatorem cognosces*. C. Fam. 10, 12.

Not. 1. Die Frage Wozu? wird bei habeo, wo keine Appoſition Statt findet, durch *ad* ausgedrückt, und Für was? auch bei *duco*, *puto*, durch (*in*) *numero*, *loco* und durch *pro* mit dem Ablativo, doch mit dem Unterſchied der Bedeutung: habere aliquem amicum heißt einen zum (wirklichen) Freunde haben, pro amico einen für einen Freund gelten laſſen, oder wie einen Freund behandeln. Drak. ad L. 3, 17, 7. Oft wird hierdurch Zweideutigkeit vermieden.

Romulus trecentos armatos *ad custodiam corporis* habuit. L. 1, 15.

Agesilaus praedicabat, mirari se, non *sacrilegorum numero* haberi, qui supplicibus deorum nocuissent. N. 17, 4. Germani *deorum numero* eos solos ducunt, quos cernunt, et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam. Caes. 6, 21. cf. C. Fam. 13, 62. Zeno neque Jovem, neque Junonem *in deorum* habet *numero*. C. N. D. 1, 14. cf. C. Verr. 4, 19, 41. Caesar Pollionem, modo cognitum, *vetustissimorum familiarium loco* habuit. C. Fam. 10, 31. Ne id, quod petas, *in mercedis* potius, quam *beneficii loco* numerare videaris. C. Fam. 2, 6. cf. C. Inv. 2, 49, 144. Ariovistus Caesari respondit, nisi exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non *pro amico*, sed *pro hoste* habiturum. Caes. 1, 44. cf. Drak. ad L. 3, 17, 8. An *pro nihilo* id putas? C. Fam. 10, 26. cf. C. Mil. 24. Quid stultius, quam incerta *pro certis* habere, falsa *pro veris*? C. Sen. 19. Galli levem auditionem habent *pro re comperta*. Caes. 7, 42.

Beiſpiele wie: Multi saepe versutos homines et callidos admirantes, *malitiam sapientiam* iudicant. C. Off. 2, 3. Scis, Cnaeus quam sit fatuus: scis, quomodo *crudelitatem virtutem* putet. C. Fam. 15, 19. ſind nicht häufig.

Not. 2. Bei dieſem Prädicatsaccuſativ ſteht bisweilen noch esse: Timotheus patriae *sanctiora iura*, quam hospitii, *esse* duxit. N. 13, 4.

5. Die Verba *praebeo*, *praesto*, *exhibeo*, *impertio me* ich beweiſe mich, zeige mich.

Te magnopere, M. Fanni, quaeso, ut, *qualem te* iam antea populo Romano *praebuisti iudicem*, *talem te* et nobis et populo Romano hoc tempore *impertias*. C. S. Rosc. 4. Bene de me meritis *gratum me praebeo*. C. Planc. 38. *Eum* semper *te* et privatis in rebus et publicis *praestitisti*, tuenda tibi ut sit gravitas, et constantiae serviendum. C. Fam. 5, 16. Cn. Pompeius *se auctorem* meae salutis *exhibuit*. C. Sext. 50.

6. Mehrere andre Verba, die bisweilen einen ſolchen Prädicatsaccuſativ erfordern, der im Deutſchen mit zu oder als übergeſetzt wird, z. B. *do*, *tribuo*, *sumo*, *peto*, *pono*, *adiungo* etc. Lacedaemonii regibus suis *augurem assessorem dederunt*. C. Div. 1, 43. Caesar *fortissimos viros antesignanos centuriones* classi *attribuerat*. Caes. C. 1, 57. Atheniensibus Py-

Digitized by Google

thia praecepit, ut *Miltiadem* sibi *imperatorem sumerent*. N. 1, 1. Artaxerxes *Iphicratem* ab Atheniensibus *petivit ducem*. N. 11, 2. Te ipsum frustraberis, si non *Hannibalem* in eo bello *principem posueris*. N. 23, 2. Homerus principibus heroum *certos deos*, periculorum *comites adiunxit*. C. N. D. 2, 66. Rutilius *populum Romanum tutorem instituit* filiorum suorum orbitati. C. Or. 1, 53. *Laelium Decimum cognovimus virum bonum* et non *illiteratum*. Ib. 2, 6. Philippus *Aristotelem* Alexandro filio *doctorem accivit*. Ib. 3, 35. *Tiresiam sapientem fingunt* poetae; at vero *Polyphemum* Homerus *immanem ferumque finxit*. C. Tusc. 5, 39. Quos ait Caecilius — comicos stultos senes, *hos significat credulos, oblivios, dissolutos*. C. Sen. 11.

131 VI. Die Verba: *celo; doceo, edoceo, dedoceo; rogo, oro, posco, reposco, flagito, interrogo, exquiro, consulo, percontor* haben einen Accusativ der Person und einen der Sache, nicht nur einzeln, sondern auch neben einander bei sich.

1. *Celare aliquem aliquid* (κρύπτειν τινά τι) und *aliquem de re* einem etwas verhehlen.

Non *te celavi sermonem* Ampii. C. Fam. 2, 16. Eumenes *iter*, quod habebat, *omnes celat*. N. 18, 8. Dictator *de magistro equitum militem celavit*. L. 9, 23. cf. C. Deiot. 6. extr. Verr. 4, 12, 29.

So auch im Passivo; der Dativus personae ist selten: Non *est* profecto *de illo veneno celata* mater. C. Cluent. 66. Credo *celatum esse Cassium de Sulla uno*. C. Sull. 13. *Id Alcibiadi* diutius *celari* non potuit. N. 7, 5.

2. *Doceo, edoceo* ich lehre, *dedoceo* ich mache, daß einer etwas verlernt (διδάσκω τινά τι).

Quis *musicam docuit Epaminondam*? N. Praef. Eloquentia efficit, ut et *ea*, quae scimus, *alios docere* possimus. C. N. D. 2, 59. Quid nunc *te literas doceam*? C. Pis. 30. Catilina *iuventutem*, quam illexerat, multis modis *mala facinora edocebat*. Sall. C. 16. Democritus nunquam putavisset, aliquid esse minimum, si a Polyaeno geometriam discere maluisset, quam *illam* etiam *ipsum dedocere*. C. Fin. 1, 6.

Not. a. Im Passivo sagte man: doceor *re*, auch *pauca, omnia*, seltner doceor *rem* und doceo *re*: außerdem steht die Sache im Infinitiv. Docere aliquem *de re* heißt einem Kenntniß von etwas verschaffen, Nachricht geben, und so im Passivo: doceri *de re*.

D. Brutus fuit homo et *Graecis doctus literis* et *Latinis*. C. Brut. 47. Atticus erat *doctus* Hermagorae *praeceptis*. Ib. 78. Cicero per legatos *cuncta edoctus*. Sall. C. 45. cf. O. Fast. 4, 418. L. Marcius, eques Romanus, sub Cn. Scipionis disciplina *omnes* militiae *artes edoctus fuerat*. L. 25, 37. cf. L. 6, 32, 7.

Digitized by Google

Socratem *fidibus docuit* nobilissimus fidicen; is connus vocitatus est. C. Fam. 9, 22. *fidibus* sc. canere. Dionysius, ne tonsori collum committeret, *tondere* filias suas *docuit*. C. Tusc. 5, 20. Equidem soleo dare operam, ut *de sua* quisque *re* me ipse *doceat*. C. Or. 2, 24. Caesar praemittit ad Boios, qui *de suo adventu doceant*. Caes. 7, 10. Chrysogonus mori malebat, quam *de his rebus* Sullam *doceri*. C. S. Rosc. 9.

b. Die übrigen Verba dieſer Art: erudio, instruo, imbuo, instituo, informo ſtehen mit dem Ablativ der Sache oder mit *in*, ſ. B. Iphicrates exercitum *omni disciplina militari erudivit*. N. 11, 2. *His in rebus* iam te usus ipse *erudivit*. C. Q. Fr. 1, 1, 5. Obviae mihi velim sint literae tuae, quae me *erudiant de omni re publica*, ne hospes plane veniam. C. Fam. 2, 12. (Nachricht geben). Artes, *quibus* aetas puerilis ad humanitatem *informari* solet. C. Arch. 3.

3. Bei den Verbis: *rogo, oro* ich bitte; *posco, reposco, postulo, flagito* ich fordere; *rogo, interrogo, consulo, percontor* ich frage, forſche, ſtehen neben dem Accuſativus der Perſon die Pronomina neutrius generis *hoc, id, illud, quod, quid*, ſeltner der Accuſativus eines *Substantivi*, zur Bezeichnung der Sache. In dieſem letztern Fall wird ſtatt des einen von beiden Accuſativen der Ablativus mit einer Präpoſition gebraucht.

a. bitten, wie αἰτεῖν τινά τι: *Hoc te* vehementer, mi Cornifici, *rogo*. C. Fam. 12, 27. cf. 13, 43. *Illud te oro*, ut in numero tuo diligentissimus sis. C. Q. Fr. 1, 1, 16. Meo iure *te hoc beneficium rogo:* nihil enim non tua causa feci. Antonius in C. Att. 14, 13. Achaei quoque *auxilia Philippum regem orabant*. L. 28, 5. Nunquam *divitias deos rogavi*. Martial. 4, 77, 1. Quod *me de faciendis versibus rogas*, incredibile est, quam egeam tempore. C. Q. Fr. 3, 5.

Sonſt *te rogo, te oro*, ut — C. Q. Fr. 1, 2, 3. Quintius *te hoc obsecrat*, ut. C. Quint. 31. cf. T. Heaut. 4, 1, 31. und: Lex in amicitia sanciatur, ut neque *rogemus res turpes*, nec faciamus rogati. C. Lael. 12. wie precor, obsecro *aliquem*, und precor *rem*; hoc *a te* rogo, oro, exoro, obsecro, deprecor, quaeso, wie peto, precor. §. 123. *Deos precari*, venerari atque implorare debetis, ut urbem defendant. C. Cat. 2, 23.

b. fordern: Verres *parentes pretium* pro sepultura liberum *poscebat*. C. Verr. 1, 3. cf. 1, 17. pr. 34. pr. 48. fin. L. 27, 24. extr. Hor. C. 1, 24, 12. Stat. Theb. 1, 541. Legati Ennenses haec habebant mandata, ut ad Verrem adirent et *eum simulacrum* Cereris et Victoriae *reposcerent*. C. Verr. 4, 51. cf. Plaut. Aul. 4, 10, 33. V. Aen. 7, 606. *Orationes mé duas postulas*. C. Att. 2, 7. in. Quotidie Caesar *Aeduos frumentum*, quod essent polliciti, *flagitabat*. Caes. 1, 16.

Digitized by Google

Haec sunt illa, *quae me* ludens Crassus *flagitabat.* C. Or. 2, 45. Passiv. Apollo *poscitur verba.* Prop. 4, 2, 74. cf. O. Met. 1, 137.

Sonſt posco, reposco, postulo, flagito, efflagito, contendo *rem ab aliquo*, z. B. *Quid* acta tua vita, *quid* studia, *quid* artes *a te flagitent*, tu videbis. C. Fam. 4, 13. cf. 3, 11, 12. Non dubito, quin *a me contendat* Trebatius, ad urbem veniam. C. Att. 9, 17. Exigo *rem ab*, *ex aliquo:* Staberius *obsides ab Apolloniatibus exigere* coepit. Caes. C. 3, 12. *Exigerem ex te*, cogeremque, ut responderes. C. Fin. 2, 35.

c. fragen, forſchen, ſich erkundigen; hier nur rogare, interrogare *aliquem sententiam* und rogari *sententiam* (ἐρωτᾶν, ἐρωτᾶσθαί τινά τι): Racilius de privatis *me primum sententiam rogavit.* C. Q. Fr. 2, 1. Factum est senatus consultum, ut *duo viros aediles* ex Patribus dictator *populum rogaret.* L. 6, 42. cf. 3, 65, 4. Erat consuetudo, ut quem ordinem *interrogandi sententias* consul Kalendis Ianuariis instituisset, eum toto anno conservaret. Suet. Caes. 21. Scito, me non *esse rogatum sententiam.* C. Att. 1, 13. cf. L. 37, 14, 5. Hannibal, *interrogatus sententiam*, in universi belli cogitationem Antiochum regem avertit. L. 36, 7. *Pusionem quendam* Socrates *interrogat quaedam geometrica* de dimensione quadrati. C. Tusc. 1, 24. Non *te id consulo.* C. Att. 7, 20. Ibo et *consulam hanc rem amicos*, quid faciundum censeant. Plaut. Menaech. 4, 3, 26. Sunt, *quae te* volumus *percontari.* Plaut. Pseud. 1, 5, 47. Forte *meum* si quis *te percontabitur aevum*; me quater undenos sciat implevisse Decembres. H. Ep. 1, 20, 26.

Sonſt rogo, interrogo, consulo, percontor *aliquem de re:* Iam *de istoc rogare* omitte. Plaut. Pers. 4, 4, 90. Visne, ut *te eisdem de rebus* latine *interrogem?* C. Part. 1. *De ritibus patriis consuluerunt* Athenienses *Apollinem Pythium.* C. Leg. 2, 16. Ego *Masinissam de suo regno*, ille *me de nostra re publica percontatus est.* C. Somn. 1. und: Rogare *rem de aliquo;* quaero, exquiro, percontor, scitor, sciscitor *rem ab*, *ex aliquo:* Memoriter respondeto ad ea, *quae de te ipso rogaro.* C. Vatin. 4. Caesar Liscum retinet: *quaerit ex solo ea*, quae in conventu dixerat. *Eadem* secreto *ab aliis quaerit:* reperit esse vera. Caes. 1, 18. *Ex te causas* divinationis *exquirebam.* C. Div. 2, 20. *A te nihil* dum certi *exquiro*, sed quid videatur. C. Att. 7, 12. Solebat *ex me* Deiotarus *percontari* nostri augurii *disciplinam*, ego *ex illo* sui. C. Div. 2 36. cf. Plaut. Asin. 2, 4, 45. *Scitari* libet *ex ipso* quaecunque refers. H. Ep. 1, 7, 60.

Digitized by Google

Not. Rogare, interrogare *aliquem sacramento* heißt einen fragen, ob er zur Fahne schwören, d. i. Soldat werden will: Pompeius, *quos* ex Cisalpina Gallia Consulis *sacramento rogaverat*, ad signa convenire iussit. Caes. 6, 1. cf. Liv. 32, 26. 35, 2. 40, 26. Fest. v. Sacramento; so miles dicit sacramentum und sacramento. Caes. C. 1, 23. 86.

Quaero *te* ich suche dich, *rem* und *de re* wegen etwas Untersuchung anstellen, *de aliquo in aliquem* Jemand wegen eines peinlich befragen. *Te ipsum quaerebam*, Chreme. T. Heaut. 4, 3, 3. Praetor proficisci ad eam *coniurationem quaerendam* atque opprimendam iussus est. L. 32, 26. Clodii *de morte*, tanquam *de caerimoniis violatis*, *quaeritur*. C. Mil. 22. Maiores nostri *in dominum de servo quaeri* noluerunt. Ibid.

Ueber die Verba moneo, admoneo, commoneo, commonefacio vergl. oben §. 111. Hierher gehört nur noch hortor in der Stelle: Equidem *pacem hortari* non desino. C. Att. 7, 14. wofür sonst *ad rem* oder *de re* gebraucht wird.

VII. Bei Verbis intransitivis und Passivis steht ein Accusativus in folgenden Fällen: 132

1. Wenn ein Nomen abstractum mit einem Beiwort oder mit starkem Accent wie im Sinne eines Adverbii seinem Stammwort zur genauern Bestimmung beigefügt wird.

Mirum somniavi somnium. Plaut. Rud. 3, 1, 5. Ego vestros patres *vivere* arbitror, et *eam* quidem *vitam*, quae est sola vita nominanda. C. Sen. 21. Cur isti decemviri non *eosdem cursus*, *quos* L. Cotta, L. Torquato consulibus, *cucurrerunt?* C. Agr. 2, 17. Valerius Messala absolutus est. Postridie eius absolutionem in theatrum Curionis Hortensius introiit, puto, ut *suum gaudium gauderemus*. C. Fam. 8, 2. Magna voce *iuravi verissimum pulcherrimumque iusiurandum*, *quod* populus idem magna voce me vere *iurasse* iuravit. C. Fam. 5, 2. *Has* ego argumentorum *notavi notas*. C. Or. 2, 41. cf. 1, 55, 235. Zeno praecipit, solos sapientes esse, si *servitutem serviant*, reges. C. Mur. 29. scil. *infimam*. Vide, ne *facinus facias*, cum mori suadeas. C. Fin. 2, 29. sc. *pessimum*.

Siccius Dentatus *triumphavit* cum imperatoribus suis *triumphos novem*. Gell. 2, 11. Hannibal in Apulia duos exercitus uno proelio fugavit. Hac *pugna pugnata*, Romam profectus est. N. 23, 4. 5.

Not. So *βιὸν βιόω*, *δρόμον τρέχω*, *ἥδομαι ἡδονάς* etc. Römisch steht dafür der Ablativus: Novo et *alieno ornatu* vis *ornare* iuris civilis scientiam. C. Or. 1, 55. Papirius dictator *triumphavit* insigni *triumpho*. L. 10, 46. *Laetamur* amicorum *laetitia* aeque ut nostra. C. Fin. 1, 20.

Oder auch ein Nomen von verwandter Bedeutung: Inter

alia prodigia *carnem pluit* *). L. 3, 10. Claudius *aleam* **) studiosissime *lusit*. Suet. Claud. 33. Nero sub exitu vitae palam voverat, *saltaturum* se Virgilii *Turnum* ***). Id. Ner. 54. cf. Auson. Epigr. 84. 85. Curios simulant et *Bacchanalia vivunt*. Iuvenal. 2, 2.

2. Wenn der Accusativus den veranlassenden Gegenstand bezeichnet, wie bei mehrern Verbis der Affecten und andern Intransitivis, wo sonst der Ablativus mit und ohne *de*, oder eine andre Präposition steht. So im Deutschen: ich traure über dich, und ich betraure dich; an einem Orte wohnen, und einen Ort bewohnen.

a. *Utrumque* †) *laetor*, et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse. C. Fam. 7, 1. Multi cives me defenderunt, quia *meum casum luctumque* ††) *doluerunt*. C. Sext. 69. Elysius quidam graviter filii *mortem maerebat* †††). C. Tusc. 1, 48. cf. C. Fam. 14, 2. Adparuit causa plebi, *suam vicem indignantem* [1]) Valerium magistratu abisse. L. 2, 31. *Mirari* satis hominis *negligentiam* non queo. C. Att. 10, 5. Grammaticus non *erubescit soloecismum* [2]), si sciens facit; erubescit, si nesciens. S. Ep. 95. Si qui satis sibi contra hominum conscientiam septi esse et muniti videntur, deorum tamen *horrent conscientiam* [3]). C. Fin. 1, 16. Vel magistri equitum *virgas* ac *secures* dictatoris *tremere* atque *horrere* solent. L. 22, 27. *Formosum* pastor Corydon *ardebat Alexin*. V. Ecl. 2, 1. Roma acceperam literas, Milonem *queri* per literas *iniuriam meam* [4]). C. Att. 5, 8. cf. Caes. 1, 39. *Virtutem istam*, veniet tempus, cum graviter *gemes*. Ib. 2, 19. Nemo tam ferus fuit, quin Alcibiadis *casum lacrimarit*. N. 7, 6. Necata est anus Vitia, quod filii *necem flevisset* [5]). Tac. 6, 10. *Risi nivem atram* [6]). C. Q. Fr. 2, 13. cf. C. Fam. 2, 9

---

*) st. pluviam carneam (carne) pluit, wie *ὕειν ὕδωρ*, cf. Drak. ad L. 22, 1, 8.

**) i. e. ludum aleatorium, wie *παίζω παλαισιήν*, statt alea.

***) i. e. saltationem Turni.

†) statt utroque.

††) statt meo casu luctuque.

†††) sonst re, de re.

1) Indignari rem gewöhnlich.

2) statt soloecismo, de, in soloecismo.

3) so gewöhnlich §. 123.

4) statt de iniuria. C. Fam. 1, 4. Caes. 4, 8.

5) mehr poetisch, statt de nece. C. Verr. 1, 30, 76. gewöhnlicher deflere, deplorare *rem*.

6) de haeresi. C. Att. 14, 14. in.

Commissa tacere *) qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romano, caveto. H. S. 1, 4, 84. Nec *honores sitio*, nec desidero gloriam. C. Q. Fr. 3, 5. cf. C. Phil. 5, 7, 20.

Hierher gehören die Verba riechen, schmecken nach etwas: Magis laudatur unguentum, quod *ceram*, quam quod *crocum olere* videtur. C. Or. 3, 25. cf. Iuvenal. 5, 86. Definitio genere ipso *doctrinam redolet*. Ib. 2, 25. In Hispania multa in spartariis mella *herbam eam sapiunt*. P. 11, 8. Haud tibi vultus mortalis, nec vox *hominem sonat*. V. Aen. 1, 328.

b. *Exsequias* Chremeti, quibus est commodum, *ire* **) tempus est. T. Phorm. 5, 8, 37. Hoc nemo *eat infitias* ***), Thebas, quamdiu Epaminondas praefuerit rei publicae, caput fuisse totius Graeciae. N. 15, 10. Si Xerxes, quum tantis classibus, tantisque copiis *mare ambulavisset*, *terram navigasset*, mel se auferre ex Hymetto voluisse diceret, certe sine causa videretur tanta conatus. C. Fin. 2, 34. Qui *stadium currit* †), eniti et contendere debet, ut vincat. C. Off. 3, 10. De natura Deorum Cotta sic disputat, ut hominum non deleat religionem, credo, ne *communia iura migrare* ††) videatur. C. Div. 1, 5. Fratrem Pollux alterna morte redemit, *itque reditque viam* †††) toties. V. Aen. 6, 121. Rogo, ut de his rebus, *quas* tecum *colloqui* [1]) volo, annum mihi temporis des. N. 2, 9. Multi *Catilinam atque illa portenta loquebantur*. C. Mil. 23. cf. C. Att. 9, 2. sub fin. 9, 12. Tac. H. 1, 50. *Ea*, quae disputavi, *disserere* malui, quam iudicare. C. N. D. 3, 40. Aquillius *iuravit morbum* [2]). C. Att. 1, 1. Quomodo tibi placebit, *Iovem lapidem iurare* [3]), cum scias, Iovem iratum esse nemini posse? C. Fam. 7, 12. cf. Gell. 1, 21. Fest. v. Lapidem.

3. Bei andern *Intransitivis* muß der transitive Begriff erst durch ein Supplement oder durch Auflösung hineingetragen wer-

---

*) de rebus. C. Verr. A. 1, 9, 27. So sileo *rem* und *de re*.

**) Gewöhnliche Formel, auch pompam funeris ire. O. Fast. 6, 663. (st. obire).

***) Das mag wohl Niemand leugnen.

†) statt in stadio currit.

††) Wie egredi fines, überschreiten.

†††) Wie ὁδὸν πορεύεσθαι, βαίνειν, nur bei Dichtern.

1) Wie διαλέγονται τὰ πράγματα. Xenoph. M. 5, 4. besprechen, st. de quibus. So loqui *rem* etwas im Munde führen, *de re* von etwas reden.

2) Schwur, er sey krank.

3) So iurare *aras*. Iuvenal. 3, 144. *Stygiam paludem*, *terram*, *Ianum*. etc. V. Aen. 6, 323. 12, 197. sonst *per Iovem*. C. Acad. 2, 20, 65.

Digitized by Google

den, um den beigefügten Accusativ zu erklären (*Verba praegnantia*).

Philaeni maturavere *iter pergere* †). Sall. I. 79. *Perge reliqua* ††): gestio enim scire omnia. C. Att. 4, 11. Hunc librum lege convivis tuis, si me amas, hilaris et bene acceptis, ne in me *stomachum erumpant* †††), cum sint tibi irati. C. Att. 16, 3. Germanicus expeditum exercitum in Cattos rapit: nam (rarum illi coelo) *inoffensum iter properaverat* *). Tac. 1, 56. cf. 2, 22. Tigellius *noctes vigilabat* ad ipsum mane. H. S. 1, 3, 17. Adspicies illic positos ex ordine libros, *quos* studium *cunctos evigilavit* **) idem. O. Trist. 1, 1, 107. Quae nova causa in natura est, quae *declinet atomum* ***). C. Fat. 20.

Daher auch im Passivo: Mille naves sufficere visae *properataeque*. Tac. 2, 6. Quam expedita tua consilia, quam *evigilata* tuis cogitationibus! C. Att. 9, 12.

4. Im Accusativ steht ferner der Gegenstand, den ein Zustand angeht, oder der bei einem Zustande vorzüglich in Betrachtung kommt, bei Verbis, Participiis statt des gebräuchlichern Ablativs, wo der Deutsche an oder in Ansehung braucht. Am häufigsten kommt dieses bei Dichtern vor.

a. Decius M. Livium pontificem *praeire* iussit *verba* [1]), quibus se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret. L. 10, 28. Equus, si qua sonum procul arma dedere, stare loco nescit; micat auribus et *tremit artus* [2]). V. G. 3, 84. Voluisti *magnum* agri *modum censeri*. C. Flacc. 32. cf. Gron. Obss. IV, 3. fin. Artabanus, ubi data fides a legatis, reddendae dominationi venisse, *adlevatur animum* [3]). Tac. 6, 43. Scilicet *ingenium* placida *mollimur* ab arte, et studio mores convenienter eunt. O. Art. 3, 545. Daphne pul-

---

†) sc. ire, oder st. persequi.

††) sc. dicere.

†††) erumpere iram diu coercitam in hostes. L. 36, 7, 13. hervorbrechen lassen.

*) Er hatte beschleunigt, statt properando oder properanter fecerat.

**) i. e. vigilando confecit. So societatem coisse st. coeundo fecisse, oben §. 128, b.

***) i. e. faciat, ut atomus declinet.

1) Voraus zu geben in Ansehung der Worte, d. i. ihm die Formel vorzusagen.

2) Es zittert an den Gliedern.

3) Bekommt Muth, wie im Activo: adlevare animum alicuius Jemands Muth aufrichten.

Digitized by Google

chra verecundo *suffunditur ora* rubore. O. Met. 1, 484. Virgo *inficitur teneras* tota rubore *genas*. Tibull. 3, 4, 31.

b. Collis *frontem* leniter *fastigatus* paulatim ad planitiem redibat. Caes. 2, 8. Hannibal dum murum Sagunti incautius subit, *adversum femur* tragula graviter *ictus* cecidit. L. 21, 7. cf. Gron. ad Tac. H. 1, 42. Hannibal in castra rediit, tacita cura *animum incensus*, quod cum duce, haudquaquam Flaminio simili, futura sibi res esset. L. 22, 12. Septem et viginti virgines, *longam indutae vestem*, carmen in Iunonem reginam canentes ibant. L. 27, 37. Arminius impetu equi pervasit (hostes), *oblitus faciem* suo cruore, ne noscereturr. Tac. 2, 17. Domitianus sacellum Iovi Conservatori aramque posuit, *casus suos* in marmore *expressam*. Tac. H. 3, 74.

c. Stupentes tribunos et *suam* iam *vicem anxios* liberavit onere consensus populi Romani. L. 8, 35. Germanorum feminae *nudae brachia* ac *lacertos*. Tac. G. 17.

Not. Bisweilen zeigt ein solcher Accusativus den Gegenstand an, der bei dem folgenden ganzen Satz oder Gedanken in Betrachtung kommt. Im Deutschen wird dieser Accusativus durch was anlangt, was betrifft, übersetzt.

Animum ipsum, si nihil esset in eo, nisi id, ut per eum viveremus, tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis, quam arboris: haec enim etiam dicimus vivere. C. Tusc. 1, 24. *Quod tempus*, ut sacrificiorum libamenta serventur, diligenter habenda ratio interkalandi est. C. Leg. 1, 12. So: *quae*. C. Or. 1, 12, 53. Orell.

5. Hierher gehören die sehr gewöhnlichen Accusative: *magnam partem*, *maximam partem*, *partim* (für partem), *vicem*, *id genus*, *omne genus*, *summum*, *minimum*, *cetera*, *reliqua*, die man durch in Ansehung, was betrifft erklären kann; *hoc*, *id*, *illud aetatis*; ferner *hoc*, *id*, *illud*, *quid*, *quod*, *aliquid*, *nihil* in der Bedeutung wegen, wozu.

a. *Magnam partem* *) ex iambis nostra constat oratio. C. Or. 56. Suevi non multum frumento, sed *maximam partem* lacte atque pecore vivunt. Caes. 4, 1. Sunt loca publica urbis, sunt sacella, quae maiores in urbe *partim* **) periculi perfugia esse voluerunt. C. Agr. 2, 14. Artificiosum divinandi genus constat *partim* ex coniectura, *partim* ex observatione diuturna. C. Div. 2, 11. Adnisurus pro se quisque est, ut, quum *suam vicem* functus officio sit, parentum etiam patriaeque expleat desiderium. L. 1, 9. cf. C. Att. 10, 8. Drak. ad

*) Großentheils.
**) zum Theil.

L. 1, 9, 15. 1, 25, 6. Est quiddam, quod sua vi nos allicit ad sese, trahens sua dignitate; *quod genus* ***) virtus, scientia, veritas est. C. Inv. 2, 52. cf. 1, 19, 27. 2, 11, 35. 22, 67. Scis me orationes, aut aliquid *id genus* solitum scribere. C. Att. 13, 19. Pavones pascuntur *omne genus* obiecto frumento, maxime hordeo. Varr. R. R. 3, 6. A te bis terve *summum* †) literas, et eas perbreves accepi. C. Fam. 2, 1. Cogitabam in haec Puteolana et Cumana regna renavigare: o loca *cetera* quam valde expetenda! C. Att. 14, 16. Tarquinium, virum *cetera egregium*, secuta etiam regnantem ambitio est. L. 1, 35. *Cetera* assentior Crasso. C. Or. 1, 9. *Reliqua*, ita mihi salus aliqua detur, potestasque in patria moriendi, ut me lacrimae non sinunt scribere. C. Q. Fr. 1, 3.

Eben ſo gewöhnlich ſind aber auch magna ex parte, magna parte, vice, ad summum, eius generis; auch: Numidae, *magna pars* agrestes, Romanum equitatum non sustinuere. L. 30, 8.

b. Id nobis oneris, hominibus *id aetatis* ††), imponitur. C. Or. 1, 47. Galba erat negligentior, quam conveniret principi electo atque *illud aetatis*. Suet. Galb. 14. *Quid* tibi ego *aetatis* videor. Plaut. Merc. 2, 2, 19. Ambulationem postmeridianam confecimus in Academia, maxime quod is locus ab omni turba *id temporis* vacuus esset. C. Fin. 5, 1. Romanorum nemo *id auctoritatis* aderat. Tac. 12, 18.

c. Valde *id* †††), credo, laborandum est, ne nostra cessatio vituperetur. C. Fam. 9, 3. *Id* ne estis auctores mihi? T. Ad. 5, 8, 16. Me *haec* tua platanus admonuit. C. Or. 1, 7. Illud vereor, ne tibi Deiotarum succensere *aliquid* suspicere. C. Deiot. 13. A me consilium petis, *quid* *) tibi sim auctor, in Siciliane subsidas, an ad reliquias Asiaticae negotiationis proficiscare? C. Fam. 6, 8. Q. Fabius Maximus moritur, exactae aetatis; si quidem verum est, augurem duos et sexaginta annos fuisse, *quod* quidam auctores sunt. L. 30, 26. A Fimbria quaerebatur, *quid* **) tandem accusaturus esset eum, quem dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset. C. S. Rosc. 12. Si apud te plus auctoritas mea valuisset, nihil sane esset, *quod* nos poeniteret. C. Q. Fr. 1, 2, 2. Vigila *illud* ***), quod facile est, ne quid mihi temporis proro-

***) ſtatt cuius generis, und von dieſer Art.
†) Höchſtens, cf. Garat. ad C. Mil. 5. (9) p. 77.
††) ſo alten Leuten. cf. Garat. ad C. Mil. 10. p. 100.
†††) ſtatt in eo.
*) ſtatt cuius oder utrius.
**) ſtatt propter quid, wie (διὰ) τί.
***) ſtatt ad illud.

Digitized by Google

getur. C. Fam. 2, 10. De Q. Fratre *nihil* ego te accusavi. C. Fam. 14, 1. Legati Romani Thebas adierunt. Thebani *nihil* moti sunt: quamquam *nonnihil* succensebant Romanis. L. 42, 46.

133 VIII. Die Impersonalia 1. *poenitet, piget, pudet, taedet, miseret, veritum est*, haben den Accusativus als Casus der Person bei sich, die der Zustand angeht, als: poenitet *me* es gereuet mir, ich bereue, piget *me* es ist mir verdrießlich, es grauet mir vor etwas, pudet *me* ich schäme mich, taedet *me* es ekelt mir, miseret *me* es jammert mich, ich habe Mitleiden, veritum est *me* ich habe mich gescheuet. Den Gegenstand des Affects bezeichnet dabei der Genitivus. Vergl. §. 113.

2. *Iuvat, delectat* es ergötzt, *fallit, fugit, praeterit* es täuscht, entgeht, *latet* es ist unbekannt, haben den Accusativus der Person als leidenden Gegenstand, den sie als persönliche Verba zu sich nehmen, z. B. fallit, fugit, praeterit *me* ich weiß nicht, es fällt mir nicht ein, non praeterit *me* ich weiß wohl u. s. w.

Te hilari animo esse, valde *me iuvat*. C. Q. Fr. 2, 15. *Me* magis de Dionysio *delectat*. Ibid. Nos, nisi *me fallit*, iacebimus. C. Att. 14, 12. Non *me fugit*, vetera exempla pro fictis fabulis iam haberi. C. Verr. 3, 78. Non *te fugit*, qui plurimis benigne fecisti, quam multi grati reperiantur. C. Fam, 13, 67. *Neminem* vestrum *praeterit*, omnem utilitatem opportunitatemque Siciliae consistere in re frumentaria maxime. C. Verr. 3, 5. Non *me praeterit*, usum esse optimum dicendi magistrum. P. Ep. 6, 29.

Not. *Decet* es geziemt, *dedecet* es ist unschicklich als Impersonalia (vgl. §. 127.), und *oportet* es muß, man muß, haben nie einen Accusativ allein bei sich, sondern nur den Infinitivus oder Accus. cum Infinitivo, und oportet, wenn Zweideutigkeit vermieden werden soll, auch den Conjunctiv.

Nulla gens est, quae non, etiamsi ignoret, qualem *habere* deum *deceat*, tamen habendum sciat. C. Leg. 1, 8. *Oratorem irasci*, minime *decet; simulare* non *dedecet*. C. Tusc. 4, 25. *Decet*, verecundum *esse adolescentem*. Plaut. Asin. 5, 1, 7. Omnes leges ad commodum reipublicae *referre oportet*, et eas ex utilitate communi interpretari. C. Inv. 1, 38. Viam qui nescit, qua deveniat ad mare, *eum oportet* amnem *quaerere* sibi. Plaut. Poen. 3, 3, 14. In omni vita sua *quemquam* a recta conscientia transversum unguem non *oportet discedere*. C. Att. 13, 20. Docet ratio mathematicorum, *quam* Chaldaeis notam *esse oportebat*, quanta humilitate luna feratur. C. Div. 2, 43. Me ipsum *ames oportet*, non mea, si veri amici futuri sumus. C. Fin. 2, 26. Suis te *oportet* illecebris *ipsa virtus trahat* ad verum decus. C. Somn. 7. Novi ego vos magnos patronos: hominem *occidat oportet*,

Digitized by Google

tet, qui vestra opera uti velit. C. Fam. 2, 14. cf. C. Or. 1, 5, 17. 6, 20.

134 IX. Bei Verbis der Bewegung, als gehen, reisen, schicken und andern stehen die Eigennamen der Städte und Ortschaften, auch *domum* nach Hause, in die Heimath, und *rus* aufs Land, als diejenigen Gegenstände, gegen welche die Bewegung gerichtet ist, auf die Frage: Wohin? im Accusativo (Accusativus *Loci*).

Legati *Athenas missi sunt*, iussique inclitas leges Solonis describere. L. 3, 31. Hannibal in hiberna *Capuam concessit*. L. 23, 18. Athenienses bello Persico sua omnia, quae moveri poterant, partim *Salamīnem*, partim *Troezēnem asportarunt*. N. 2, 2. Legati, qui redierant a Carthagine, *Romam retulerunt*, omnia hostilia esse. L. 21, 16. Galli quondam longe ab suis sedibus *Delphos* usque ad oraculum orbis terrae spoliandum *profecti sunt*. C. Font. 10. Omnia illa municipia, quae *sunt* a Vibone *Brundisium*, in fide mea erant. C. Planc. 41. Dionysius cum fanum Proserpĭnae Locris expilavisset, *navigabat Syracusas*. C. N. D. 3, 34. Lex Roscii quinque millia colonorum *Capuam scribi* *) iubet. C. Agr. 2, 28. Consules transfugas Numidarum, qui tum in Aventino erant, media urbe *transire Esquilias* iusserunt. L. 26, 10.

Aristoteles, Theophrastus, Zeno, innumerabiles alii philosophi nunquam *domum revertēre*. C. Tusc. 5, 37. Thraces, navibus committere se non ausi, *domos dilapsi sunt*. L. 44, 45. *Veni* consulis Antonii *domum* **) saepe salutandi causa. C. Fam. 11, 28. Paulus Aemilius nihil *domum* suam ***), praeter memoriam nominis sempiternam, *detulit*. C. Off. 2, 22. Vagenses, ubi tempus fuit, centuriones, tribunosque militares alius alium *domos suas* invitant. Sall. I. 66. cf. Liv. 2, 7. pr. Ego *rus ibo* atque ibi manebo. T. Eun. 2, 1, 10. Laelius et Scipio *rus* ex urbe, tanquam e vinculis *evolabant*. C. Or. 2, 6.

Daher die Substantiva verbalia: *domum itio*, *domum reditus*, etc. Qui *reditus* inde *Romam?* C. Phil. 2, 42. Helvetii oppida

---

*) Nach Capua einzuschreiben.

**) So: Pomponii domum venisse dicitur. C. Off. 3, 31. cf. C. Verr. 5, 15.

***) So domum tuam. C. Mur. 31, 66. meam, C. Fam. 9, 19. nostram, vestram; seltner andre Adiectiva possessiva, z. B. Oppidani aurum atque argentum et alia, quae priora ducuntur, *domum regiam* comportant. Sall. I. 76. *Domos* vadere *Memnonias*. Propert. 1, 6, 4. Iret ut *Aesonias* aurea lana *domos*. Id. 3, 9 (4, 10), 12. Ferner: *Has meas* usque *domos* vestigia fecit Apollo. Stat. Theb. 2, 155.

Digitized by Google

sua omnia incendunt, ut, *domum reditionis spe* sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent. Caes. 1, 5. Magni *domum concursus* ad Afranium fiebant. Caes. C. 1, 53.

Not. 1. Auch die Namen kleinerer Inseln, Halbinseln, Meerengen und selbst einiger durch ihre Lage ausgezeichneten Länder werden so gebraucht. Andre Eigennamen von Ländern, Flüssen, Völkern und Appellativa stehen jedesmal mit einer Präposition, außer bei Dichtern und Spätern.

Pompeius Africam exploravit; inde *Sardiniam* cum classe *venit*. C. Manil. 12. Proditum est memoriae ac literis, Latonam ex longo errore *confugisse Delum* atque ibi Apollinem Dianamque peperisse. C. Verr. 1, 18. Lacedaemonii Pausaniam cum classe *Cyprum* atque *Hellespontum miserunt*. N. 4, 2. Miltiades pervenit *Chersonesum*. N. 1, 1. Mithridates cum *Bosporum confugisset*, etiam in extrema fortuna nomen tamen retinuit regium. C. Mur. 16. Datames *Aegyptum proficisci* parabat. N. 14, 4. cf. Caes. C. 3, 106. pr. Caesar inita hieme *Illyricum profectus est*. Caes. 3, 7. Caesar expugnato oppido Parthinorum, tertio die *Macedoniam* *) ad Pompeium pervenit. Id. 3, 41.

At nos hinc ali *sitientes ibimus Afros*, pars *Scythiam*, et *rapidum* cretae *veniemus Oaxen*, et penitus toto *divisos* orbe *Britannos* **). V. Ecl. 1, 64. *Mittitur Aemoniam*, magni qui Pelea facti impleat. Stat. Achill. 2, 247. Alexander Ciliciam petens, *regionem* ***), quae castra Cyri appellatur, *pervenerat*. Curt. 3, 4, 1.

Not. 2. Die Präposition wird Städtenamen beigefügt:

a. Wenn sie die Richtung nach einem Ort hin deutlicher bezeichnet: Cum Rhodanum traiecissem, iterque *ad Mutinam* †) *dirigerem*, in itinere de proelio facto, Brutoque et Mutina obsidione liberatis audivi. C. Fam. 10, 11. Tres *viae sunt ad Mutinam*. C. Phil. 12, 9. Ex Asia rediens cum ab Aegina *Megaram versus navigarem*, coepi regiones circumcirca prospicere. Ib. 4, 5.

b. Wenn die Umgegend eines Orts gemeint ist. Omnes Galli alacres et fiduciae pleni *ad Alesiam* ††) *proficiscuntur*. Caes. 7, 76. Ad me legati *venerunt* in castra *ad Iconium*. C. Fam. 15, 3. Rex Attalus P. Africano dona *usque ad Numantiam misit* ex Asia. C. Deiot. 7. Quum *ad Sidum* navi *accederem*, literae a meis sunt redditae. C. Fam. 3, 12. cf. 16, 2.

c. Wenn dem Stadtnamen ein Adjectivum oder Appellativum als Apposition beigefügt ist, Magnum iter *ad doctas* proficisci cogor *Athenas*. Propert. 3, 20, 1. Iugurtha et Bocchus *ad Cirtam oppidum* iter constituunt. Sall. I. 81. Consul pervenit *in oppidum Cirtam*. Ib. 102. *Ad oppidum* Eleutherocilicum *Pinde-*

---

*) *in* Macedoniam hat hier eine einzige, noch dazu neuere, Handschrift.

**) ſt. *ad* Afros, *in* Scythiam, *ad* Oaxem, *ad* Britannos.

***) ſt. *in* regionem.

†) Nach Mutina zu.

††) Nach Aleſia zu; vor dieſer Stadt war Cäſars Lager, das ſie angreifen wollten.

Digitized by Google

nissum exercitum adduxit. C. Fam. 15, 4. cf. Caes. 7, 11. 13. Demarathus Corinthius cum Corinthiorum tyrannum Cypselum ferre non potuisset, fugisse cum magna pecunia dicitur ac *se contulisse Tarquinios in urbem* Etruriae *florentissimam*. C. Rep. 2, 19. Fidenatium qui supersunt, *ad urbem Fidenas* tendunt. L. 4, 33. Iugurtha *Thalam* pervenit, *in oppidum magnum et opulentum*. Sall. I. 75. Caius Claudius, perosus decemvirorum scelera, *Regillum*, *antiquam in patriam*, se contulerat. L. 3, 58.

Bei Dichtern und Spätern hingegen: Aliquis *doctas* iam nunc *eat*, inquit, *Athenas*. O. Her. 2, 83. Sic mitigatis animis, *Bonnam*, *hibernа* primae legionis, ventum. Tac. H. 4, 25.

d. Wenn *domus* nicht als Heimath, sondern als Gebäude, und *rus* als ein bestimmtes Landgut genommen wird.

Socrates primus philosophiam devocavit e coelo, et in urbibus collocavit, et *in domos* etiam introduxit. C. Tusc. 5, 4. Cn. Octavius *in suam domum* consulatum primus attulit. C. Off. 1, 39. cf. C. Verr. 1, 26, 65. Omnes *ad eam domum*, in qua Verres diversabatur, profecti sunt. C. Verr. 1, 27. Minucius ad senatum refert, tela *in domum Maelii* conferri. L. 4, 13. Antiocho licuit remigrare *in domum veterem* e nova. C. Acad. 1, 4.

Caricas *in Albense rus* e Syria intulit L. Vitellius. P. 15, 19. Signa et statuas homines privati raro vident, cum *in sua rura* venerunt. C. Tusc. 5, 35.

135 X. Wird die Maßangabe einer Größe als Gegenstand eines Prädicats betrachtet, so steht sie im Accusativo (Accusativus *Mensurae*).

1. Die Größe des Gewichts wird bei pondo durch ein Nomen im Accusativ angegeben.

Exercitus coronam auream dictatori *libram pondo* decrevit. L. 3, 29. Paterae aureae fuerunt ducentae septuaginta sex, *libras* ferme omnes *pondo*. L. 26, 47.

2. Die Größe des Raums wird

a. bei Adiectivis und Adverbiis, die eine Ausdehnung im Raume andeuten, im Accusativ ausgedrückt auf die Fragen: Wie lang? wie breit? wie hoch? wie tief? wie dick? wie weit?

Arabes gladios habebant tenues, *longos quaterna cubita*. L. 37, 40. Carthaginienses ratem, *ducentos longam pedes*, *quinquaginta latam* a terra in amnem porrexerunt, quam pontis in modum humo iecta constraverunt, ut elephanti audacter velut per solum ingrederentur. L. 21, 28. Milites aggerem *latum pedes trecentos triginta*, *altum pedes octoginta exstruxerunt*. Caes. 7, 24. Perpetuae fossae, *quinos pedes altae*, ducebantur. Ib. 73. Orbem olearium *crassum digitos sex* facito. Cato R. R. 18. Foramina *longa pedes tres semis*, *exsculpta digitos sex* *). Ibid. — Campestris locus *alte duos pedes et semissem* infodiendus est. Colum. 3, 13, 8. In hortis

*) 6 Fuß ausgeschnitten, d. i. weit.

iustum est, simum *tres pedes alte* cum terra misceri. P. 19, 4. Vercingetórix locum castris deligit ab Avarico *longe millia* passuum XVI. Caes. 7, 16.

b. Bei den Verbis fortgehen, reisen, sich erstrecken, entfernt seyn, steht das Maß des Raums oder der Entfernung im Accusativ auf die Frage: Wie weit? wie hoch? wie tief?

Nuntiatum est Caesari, Ariovistum tridui *viam* a suis finibus *processisse*. Caes. 1, 38. Nemo est, qui possit biduo, aut summum triduo, *septingenta millia* passuum *ambulare*. C. Quint. 25. Caesar a lacu Lemanno ad montem Iuram *millia* passuum *decem* murum, fossamque *perducit*. Caes. 1, 8. Habeo regulam, ut talia visa vera iudicem, qualia falsa esse non possunt: ab hac mihi non licet *transversum*, ut aiunt, *digitum discedere*. C. Acad. 2, 18. cf. C. Verr. 4, 15, 33. Ambracia muro firmo septa erat, *patente* in circuitu paulo amplius *tria millia* passuum. L. 38, 4. Campus Marathon *abest* ab oppido Atheniensium circiter *millia* passuum *decem*. N. 1, 4. Caesar turres tanto opere circumdědit, quae *pedes octoginta* inter se *distarent*. Caes. 7, 72. Saguntum civitas longe opulentissima fuit, *sita passus mille* ferme a mari. L. 21, 6. Alyzia locus *est* citra Leucádem *stadia centum viginti*. C. Fam. 16, 2. Taleas oleaginas divaricato supra terram, ne plus *quatuor digitos transversos emineant*. P. 17, 18. Cum truncum arboris recideris, cuneum inter corticem et materiem ne minus *digitos tres demittito*. Columell. de Arb. 26, 3. Est locus in carcere, quod Tullianum adpellatur, circiter *duodecim pedes* humi *depressus*. Sall. C. 55.

Not. Der Genitivus Mensurae §. 103. ist mit dem Accusativ nicht zu verwechseln. In der Stelle: Nos in castra properabamus, quae *aberant bidui*. C. Att. 5, 16. extr. cf. 17. pr. auch: In ea planitie, quam *III. millia* passuum in longitudinem *patere* supra demonstravimus. Caes. 7, 70. wenn man nach einigen Handschriften *millium* annimmt, ist spatium zu suppliren. Statt des Genitivs bei altus, latus, z. B. Diades turrem minimam ait oportere fieri ne minus *altam cubitorum* LX. — maiorem vero turrem *altam cubitorum CXX*, *latam cubitorum XXIII*. Vitruv. 10, 13 (19), 5. und: Musculum *pedum LX longum* facere instituerunt. Caes. C. 2, 10. wo aber 2 Mss. *pedes* haben; ferner: Solis colossus Rhodi *septuaginta cubitorum altitudinis fuit*. P. 34, 7, 18. Italia patet *longitudine* decies centena et viginti millia passuum. P. 3, 5. sagt Cäsar lieber *in altitudinem* etc. z. B. Caesar a lacu Lemanno ad montem Iuram murum *in altitudinem pedum sedecim*, fossamque perducit. Caes. 1, 8. A medio fere colle *in longitudinem sex pedum* murum perduxerant Galli. Ib. 7, 46. cf. 69. 79. Helvetiorum fines *in longitudinem millia passuum CCXL*, *in latitudinem CCXXX* patebant. Caes. 1, 2.

Maßbestimmungen können auch im Ablativ ausgedrückt werden, aber ebenfalls in verschiedenem Sinne. Man sagte z. B. a te *pe-*

Digitized by Google

dem discessi. C. Deiot. 15. *digitum transversum* aut *unguem latum* excesseris. Plaut. Aul. 1, 1, 18. *vestigium* abscedi ab Hannibale. L. 27, 4. aber nie pede, digito, vestigio.

3. Die Größe der Zeit oder die Zeitlänge wird bei *longus*, *natus* alt, und bei Verbis, wenn die Dauer des Zustandes anzugeben ist, durch den Accusativus auf die Frage: wie lange? wie alt? ausgedrückt, z. B. tres annos natus vor (ante) drei Jahren geboren, d. i. drei Jahr alt.

Siculi quidam decreverunt intercalarium *quinque et quadraginta dies longum*, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur. C. Verr. 2, 52. Dionysius *quinque et viginti natus annos* dominatum occupavit. C. Tusc. 5, 20. Tiberius *novem annos natus* defunctum patrem pro rostris laudavit. Suet. Tib. 6. cf. C. Brut. 20, 80. Sen. 5, 14.

Appius caecus *multos annos* fuit. C. Tusc. 5, 38. Aulo Trebonio *multos annos* utor valde familiariter. C. Fam. 1, 3. Improborum animi sollicitudinibus *noctes* atque *dies* exeduntur. C. Fin. 1, 16. Atticus *annos triginta* medicina non indiguit. N. 25, 21. Pericles *quadraginta annos* praefuit Athenis. C. Or. 3, 34. Urbs Veii *decem aestates hiemesque continuas* circumsessa, postremo operibus expugnata est. L. 5, 22. Aniculae saepe inediam *biduum* aut *triduum* ferunt; subduc cibum *unum diem* athletae, Iovem Olympium implorabit. C. Tusc. 2, 17. *Multa saecula* sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur. Ibid. 1, 16.

Auch mit Numeris ordinalibus: Nestor *tertiam* iam *aetatem**) hominum vivebat; equidem *quartum annum* ago *et octogesimum*. C. Sen. 10. *Quartum* iam *annum* regnante Lucio Tarquinio Superbo, Sybarim et Crotonem Pythagoras venisse reperitur. C. Rep. 2, 15. Verecundia Romanos tandem cepit, Saguntum oppidum *octavum* iam *annum* sub hostium potestate esse. L. 24, 42. C. Marius a spe consulatus longe aberat et iam *septimum annum* post praeturam iacebat. C. Off. 3, 20. Mithridates, qui uno die tota Asia tot cives Romanos trucidavit, ab illo tempore *annum* iam *tertium et vicesimum* regnat. C. Manil. 3. Asraniani, *quartum* iam *diem* sine pabulo retentis iumentis, colloquium petunt. Caes. C. 1, 84. Daher im Passivo: Nunc *tertia vivitur aetas*. O. Met. 12, 188. *Tota* mihi *dormitur* hiems. Martial. 13, 59.

---

*) Er lebte das dritte Menschenalter, d. i. er hatte bereits zwei Menschenalter gelebt und stand im dritten. So annum *agens* vicesimum einer, der im zwanzigsten Jahre steht.

Digitized by Google

Not. 1. Bei maior quam decem annos natus älter als 10 Jahr, minor quam X. annos natus jünger als 10 Jahr, oder über, unter 10 Jahr alt, wird quam (wie nach plus, amplius, minus) auch weggelassen. Statt des Accusativs ist aber der Ablativus mit und ohne *natu* (selten natus) eben so gebräuchlich. Auch steht im letztern Fall der Genitivus. §. 103. Not.

a. Nomina sunt recitata principum Macedŏnum, quos cum liberis, *maioribus quam quindecim annos natis*, praecedere in Italiam placeret. L. 45, 32. Qui de Vestali virgine capienda scripserunt, *minorem quam annos sex, maiorem quam annos decem natam*, negaverunt capi fas esse. Gell. 1, 12. Dionysius, *maior annos sexaginta natus* decessit florente regno. N. 21, 2. S. Roscius *annos natus maior quadraginta*. C. S. Rosc. 14. Antigonus edixit, ne quis *minor quinquaginta annos natus* hospitio matris familias uteretur. Frontin. Strateg. 4, 1, 10. In senatum legei non liceat queive minor anneis XXX *maiorve annos LX gnatus* siet. Fragm. legis Serviliae ap. Grut. 506. lin. 13. Quei *minor annos XXX natus* est, erit. Tabb. Heracleens. Cap. 5. init. ap. Mazoch. p. 410. Homo *maior natus*. Petron. 57.

*) Hannibal, *minor quinque et viginti annis natus*, imperator factus est. N. 23, 3. ist die einzige Stelle dieser Art, wo annis durch alle Handschriften gesichert ist.

b. Claudius leges Halesinis dedit, in quibus sanxit de aetate senatorum, ne qui *minor triginta annis natu* legeretur. C. Verr. 2, 49. Te, hominem amicissimum et *aliquot annis minorem natu*, non dubitabo monere. C. Acad. 2, 19.

c. Pompeius, qui Bithynicus dictus est, *biennio*, quam nos, fortasse *maior*, summo studio dicendi fuit, multaque doctrina. C. Brut. 68. Ex urbano exercitu, qui *minores quinque et triginta annis* erant, in naves impositi sunt. L. 22, 11. Iulius Caesar sanxit, ne quis civis *maior annis viginti*, minorve XL, plus triennio continuo Italia abesset. Suet. Caes. 42.

d. Antiochus obsides Romanis viginti dato, ne *minores octonum denum annorum*, neu *maiores quinum quadragenum*. L. 38, 38. Videndum, ne equae sint minores trimae, *maiores decem annorum*. Varr. R. R. 2, 7, 1.

Sonst wird das Alter auch durch Adjectiva auf *—arius* ausgedrückt, aber nur bei Spätern, z. B. *Quadragenarius* pupillus. Sen. Ep. 25. vierzigjährig. Hadrianus obiit in Campania, maior *sexagenario*. Eutrop. 8, 7. Accia exheredata ab *octogenario* patre. P. Ep. 6, 33, 2.

Not. 2. Genauere Zeitbestimmungen auf die Frage: Wie lange? werden durch Präpositionen ausgedrückt.

a. Durch *ad* bis zu, auch *ad tempus* eine Zeit lang, sonst: zu einer bestimmten, zur rechten Zeit, und nach Beschaffenheit der Umstände.

Sophocles *ad summam senectutem* tragoedias fecit. C. Sen. 7. Regnatum Romae est ab condita urbe *ad liberatam* annos ducentos quadraginta quatuor. L. 1, 60. Coluntur tyranni simulatione amicitiae duntaxat *ad tempus*. C. Lael. 15. Haec *ad id tempus* Caesar ignorabat. Caes. C. 3, 79. cf. 94. B. G. 2, 17. Dictaturae *ad tempus* sumebantur. Tac. 1, 1. Consul *ad tempus* venit. L. 38, 25. pr. cf. C. Att. 13, 45. 1, 4. pr. Mulieres si quae castiores erant, *ad tempus* veniebant, lucem conventumque

vitabant. C. Verr. 5, 11. Si itineri meo se opposuerit Lepidus, *ad tempus* consilium capiam. C. Fam. 10, 9.

b. Durch *in*, auf wie lange? und auf welche Zeit hin?

Solis defectiones, itemque lunae praedicuntur *in multos annos*. C. Div. 2, 6. Scaptius centesimis, renovato *in singulos annos* fenore, contentus non fuit. C. Att. 6, 3. Senatus *in quatriduum* supplicationes decernit. L. 5, 23. Antea, profectis domo regibus, ac mox magistratibus, ne urbs sine imperio foret, *in tempus* *) deligebatur, qui ius redderet. Tac. 6, 11. Unus hostium stipendii *in dies* sestertios centenos, si quis tranfugisset, Arminii nomine pollicetur. Ibid. 2, 13.

Concordiae auctorem me *in hunc annum* reipublicae professus sum. C. Agr. 3, 2. Auctio constituta est *in mensem Ianuarium*. Ib. 1, 2. Roma urbs diis auctoribus *in aeternum* condita est. L. 23, 28. Caesar legionibus stipendium *in perpetuum* duplicavit. Suet. Caes. 26. *In crastinum* differo res severas. N. 16, 3. Minime miror, Antonium non solum de die, sed etiam *in diem* **) vivere. C. Phil. 2, 34. Interiora tuendo minorem *in dies* ***) urbem Saguntini faciunt. L. 21, 11.

c. Durch *inter* während und *intra* innerhalb, d. i. binnen, vor Ablauf.

Inter decem annos, postequam iudicia ad senatum translata sunt, multa in rebus iudicandis nefarie flagitioseque facta sunt. C. Verr. A. 1, 13. cf. Garat. h. l. p. 136. C. Quint. 14, 46. Manil. 23, 67 Caes. 1, 36. extr. Gron. ad L. 1, 10, 7. Decemviros legibus scribendis *intra decem hos annos* et creavimus et e republica sustulimus. L. 4, 4. Gracchus centum tria oppida *intra paucos dies* in deditionem accepit. L. 40, 49. Multi *intra vicesimum diem* dictatura se abdicaverunt. L. 9, 34. cf. Drak. ad L. 2, 8, 4.

d. Durch *per* hindurch, während, von Zuständen, die eine Zeit lang ununterbrochen fortdauern.

Per annos quatuor et viginti primo Punico bello classibus certatum est cum Poenis. L. 9, 19. Dies festus Dianae Syracusis *per triduum* agitur. L. 25, 23. Haruspicum responsis ludi *decem per dies* facti sunt. C. Cat. 3, 8. Sero resistimus ei, quem *per annos decem* aluimus contra nos. C. Att. 7, 5. Animo, *per somnum* sensibus et curis vacuo, futura providentur. C. Div. 2, 11. Apud Germanos de re publica nisi *per concilium* loqui non conceditur. Caes. 6, 20.

e. Seit wie lange? wird durch *abhinc* von jetzt an rückwärts, seit, vor, ausgedrückt, wobei der Accusativus auf die Frage: wie lange? steht; der Ablativus aber auf die Frage: um wie viel Jahre, Tage, seit jetzt?

Deutet hingegen das deutsche durch bei Personen eine Thätigkeit an, so wird dieses durch ein besondres Abstractum oder ein andres dem Prädicate angemessenes Sachwort mit dem Genitivo der Person ausgedrückt, oder durch ein Appositionswort im Ablativo, z. B. mit beneficio, opera, arte, fraude, dolo, insidiis, indicio, iudicio, delicto, scelere, prudentia, consilio, ingenio, voce, oculis, manibus; *Caio* auctore, suasore, duce etc. wofür meistens auch *a* mit dem Ablativ, wiewohl in verschiednem Sinne, gesetzt werden kann.

a. Domitius naves *colonis pastoribusque complet.* Caes. C. 1, 56. Non domo dominus, sed *domino* domus *honestanda est.* C. Off. 1, 39. Dion *iis ipsis*, qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus *repressit.* N. 10, 5. Castella noctu *excubitoribus ac firmis praesidiis tenebantur.* Caes. 7, 69. Flos equitum Romanorum, ornamentum civitatis, *publicanorum ordine continetur.* C. Planc. 9. Verschieden von diesen Stellen sind: *Qua paucitate perculsa est* Lacedaemoniorum potentia. N. 16, 2. weil paucitate, wie vorher praesidiis, Abstractum ist, und: Praefuit paucis navibus, quas ex Syria iussus erat in Asiam ducere, *his*que adversus Rhodiorum classem *conflixit.* N. 23, 8. weil in his hier paucis navibus gedacht ist, und so, wie die Stelle: Caesar *ea legione*, quam secum habebat, *militibusque*, *qui ex Provincia convenerant*, a lacu Lemanno ad montem Iuram murum fossamque *perducit.* Caes. 1, 8. vielmehr zu §. 140, 3. gezogen werden muß.

Der Deutlichkeit wegen steht *per:* Quis veterum non loquitur, quae sit ab Attio Navio *per lituum* regionum facta descriptio? C. Div. 1, 17.

b. Vercingetŏrix proditionis insimulatus est. Regnum illum Galliae malle *Caesaris concessu*, quam *ipsorum* habere *beneficio.* Caes. 7, 20. lieber durch Cäsar, als durch sie, cf. 7, 41. Equitem Romanum *beneficio tuo* conservavi. C. Fam. 13, 62. Galli comprehenderunt eos, *quorum opera* plebem concitatam existimabant. Caes. 7, 13. Patres Quinctio gratias agebant, quod

Digitized by Google

eius opera **mitigata discordia esset.** L. 2, 67. *Scipionis consilio atque virtute* Hannibal in Africam redire atque ex Italia decedere coactus est. C. Cat. 4, 10. Tarquinius *insidiis* Anci *filiorum* interiit. C. Rep. 2, 21. Germani Aduatucam contendunt, usi eodem duce, *cuius* haec *indicio* cognoverant. Caes. 6, 35. Germanicus *scelere Pisonis et Plancinae* interceptus est. Tac. 2, 71. cf. C. Or. 3, 3, 10. Cat. 4, 10, 20. *Pausania duce* Mardonius, Satrapes regis, Graecia fugatus est. N. 4, 1. cf. §. 144.

Not. 2. Der Ablativus Modi grenzt so nahe an den Abl. Instrumenti, daß er nicht selten neben demselben steht, wie oben im 11. Beispiel aus C. Fam. 15, 2. Eben so wird der Abl. Obiecti vom afficirten Theil gebraucht, wie claudus pede an und durch den Fuß hinkend, außerdem steht dabei eine Präposition, s. laboro, §. 142. 3. In den übrigen Fällen grenzt der Abl. Obiecti mehr an den Abl. Conditionis, z. B. Crassus, cum *cognomine dives*, tum *copiis*, funotus est aedilicio maximo munere. C. Off. 2, 16. poetisch hingegen: *Dives agris, dives positis* in fenore *nummis.* H. A. P. 421. und statt: Cn. Pompeius fuit *forma excellens, innocentia eximius, sanctitate praecipuus, eloquentia medius.* Vellei. 2, 29. braucht das goldne Alter lieber den Abl. Qualitatis; wie eximia forma pueros. §. 140, 2. homines excellenti animo ac virtute. C. Arch. 7.

Not. 3. Magnus natu sagte man nicht; aber *magno natu, maximo natu.*

Timotheus quum esset *magno natu*, magistratus gerere desiit. N. 13, 3. A Datame Scismas, *maximo natu* filius, desciit. N. 14, 7.

Statt: *Medius Polluce et Castore* ponar. O. Am. 2, 16, 13. würde es in Prosa heißen müssen: inter Pollucem et Castorem.

Hierauf gründen sich folgende Regeln: 142

1. Wie die Verba: erfüllen, sättigen, überhäufen, als: impleo, compleo, expleo, oppleo, repleo, suppleo; satio, saturo, farcio, refercio, stipo; cumulo, obruo, onero; ferner vermehren, bereichern, ausrüsten, zieren, beschenken: augeo, macto, locupleto, instruo, armo, vestio, orno, decoro und ähnliche den Ablativ auf die Frage: Womit? bei sich haben, s. oben a, so haben ihn auch die das Gegentheil bedeutenden: privo, spolio, orbo, nudo, fraudo, defraudo berauben, bevortheilen; levo, exonero, libero, solvo, exsolvo entledigen, befreien; die intransitiven Verba *Copiae et Inopiae:* abundo, redundo, affluo, circumfluo, scateo einen Ueberfluß haben, und careo *re* ich entbehre, mir mangelt etwas, egeo, indigeo ich bedarf, auch deficior, destituor, vaco verlassen, leer seyn, und die Adiectiva: *plenus, refertus, fertilis, opimus, compos, onustus, praeditus; inops, expers, liber, immunis, vacuus, orbus, nudus,* auf die Fragen: Wovon? woran? s. oben c.

Deus *bonis omnibus explevit* mundum. C. Univ. 3. Doctoribus hoc esse curae velim, ut teneras adhuc mentes mollius

Digitized by Google

alant et *satiari* velut *quodam* iucundioris disciplinae *lacte* patiantur. Q. 2, 4, 5. Ranae marinae dicuntur *obruere* sese *arena* solere. C. N. D. 2, 49. Aer in nubes cogitur, humoremque colligens terram *auget imbribus*. Ib. 2, 39. Crotoniatae quondam templum Iunonis *egregiis picturis locupletare* voluerunt. C. Inv. 2, 1. *Muneribus* deorum sumus *instructi et ornati*. C. Leg. 1, 13. Natura Germaniam *decoravit* altissimorum hominum *exercitibus*. Colum. 3, 8, 2. Aedem Quirini, ab dictatore patre votam, filius Papirii consul dedicavit, *exornavit*que hostium *spoliis*. L. 10, 46.

Democritus dicitur *oculis* se *privasse*. C. Fin. 5, 29. Poetas lyricos quum *cantu spoliaveris*, nuda paene remanet oratio. C. Or. 55. *Consilio* et *auctoritate* non modo non *orbari*, sed etiam *augeri* senectus solet. C. Sen. 6. Sulla *nudata omnibus rebus* tribunicia potestate, tamen intercessionem liberam reliquit. Caes. C. 1, 7. Neque in segetibus, neque in horreis *grano uno* potest arator *fraudare* decumanum. C. Verr. 3, 8. Multi in custodia, multi in exsilio dolorem suum doctrinae *studiis levaverunt*. C. Fin. 5, 19. L. Brutus civitatem *dominatu regio liberavit*. C. Planc. 25. Petiit Flaccus, ut *legibus solveretur*. L. 31, 50. *Exonera* civitatem *vano* forsitan *metu*. L. 2, 2. Omnium rerum natura cognita, *levamur superstitione*, *liberamur* mortis *metu*. C. Fin. 1, 19. *Exsolvamus religione* populum, si qua obligavimus. L. 9, 8.

Abundarunt semper *auro* regna Asiae. L. 35, 48. Capua splendidissimorum hominum *multitudine redundat*. C. Pis. 11. Antiochia *eruditissimis hominibus*, *liberalissimis*que *studiis affluebat*. C. Arch. 2. Turpe est *diffluere luxuria*. C. Off. 1, 30. *Metallis* plumbi, ferri, aeris, argenti, auri tota ferme Hispania *scatet*. P. 3, 3. Quotidie nos ipsa natura admonet, quam *paucis*, quam *parvis rebus egeat*, quam *vilibus*. C. Tusc. 5, 35. Animi, quo maior est in eis praestantia, eo *maiore indigent diligentia*. Ib. 4, 27. cf. C. Inv. 1, 5, 6. 1, 36, 62. Carere hoc significat, *egere eo*, quod habere velis. *Regno carebat* Tarquinius, quum regno esset expulsus. Ib. 1, 36. Valetudo expetitur, ut *dolore careas* et muneribus fungare corporis. C. Lael. 6. *febri carere*. C. Fam. 16, 15. Mulier abundat audacia; *consilio et ratione deficitur*. C. Cluent. 65. Amicorum *consiliis*, *promissis*, *praeceptis destitutus* in hanc calamitatem incidi. C. Q. Fr. 1, 3. ad fin. *Defectus armis* et *desertus viribus* leo iacebat. Phaedr. 1, 21, 3. *Vacare culpa* magnum est solatium. C. Fam. 7, 3.

Epicurei dicebant, nihil esse praestabilius otiosa vita, et *plena et conferta voluptatibus*. C. Sext. 10. Insula Delos erat

Digitized by Google

referta divitiis. C. Manil. 18. Flumen Carmaniae Hytanis, *auro fertile.* P. 6, 23. Indignum Verri visum est, ex tanta aede se non *opimum praeda* discedere. C. Verr. 1, 50. extr. Consules *praeda ingenti compotem* exercitum reducunt. L. 3, 70. *Onusti cibo* et *vino* per quietem perturbata et confusa cernimus. C. Div. 1, 29. Epicurus confirmat, Deos *membris humanis* esse *praeditos.* C. N. D. 3, 1. Varus est homo *summa religione* et *summa auctoritate praeditus.* C. Cluent. 19. Humanus animus est *insatiabilis eo*, quod fortuna spondet. L. 4, 13. *Vacui curis* etiam, quid in coelo fiat, scire avemus. C. Fin. 2, 14. Robustus animus et excelsus *omni* est *liber cura* et *angore.* C. Fin. 1, 15. Ex reliqua multitudine una centuria facta est, *immunis militia.* L. 1, 43. Omnes *fama* atque *fortunis expertes* sumus. Sall. C. 33. *Orbus iis rebus omnibus*, quibus et natura me, et consuetudo assuefecerat, mihi ipse displiceo. C. Fam. 4, 13. Caesari tradita urbs est *nuda praesidio*, *referta copiis.* C. Att. 7, 13.

Not. 1. Impleo, compleo, expleo, satio, saturo, abundo, scateo, auch egeo und indigeo, §. 112. Anm. 2. und libero, solvo §. 110. kommen bisweilen mit dem Genitivo vor; plenus, refertus etc., gewöhnlich §. 108, 4. Selten aber iſt: Roscillus et Aegus, Allobroges, freti amicitia Caesaris, despiciebant suos *stipendium*que equitum *fraudabant.* Caes. C. 3, 59.

Sonſt werden libero, vaco, und die entſprechenden Adiectiva liber, vacuus, immunis, orbus, nudus, inops auch mit der Präpoſition *a* gebraucht, doch in verſchiedenem Sinn, z. B. In vado brachia modo atque humeri ad sustinenda arma *liberi ab aqua* esse poterant. Caes. 7, 56. Quum veniissem ad portam Capenam gradus templorum *ab infima plebe completi erant.* C. Att. 4, 1.

Not. 2. Hierher gehört der Vocativus Macte ſey glücklich! Heil dir! von mactus, aus magis auctus zuſammengezogen. §. 98. Not. 1. 2. Dictator, *Macte virtute*, inquit, ac *pietate* in patrem patriamque, T. Manli, esto. L. 7, 10. Decius, *macti virtute*, inquit, milites Romani, este. Ib. 36. Iuberem *macte virtute* esse, si pro mea patria ista virtus staret. L. 2, 12. cf. Drak. h. l. Nonius 4, 291.

Not. 3. Die Verba feſſeln, verbinden: ligo, alligo, obligo, adstringo; obstringo, devincio, impedio haben den Ablativ auf die Fragen: Womit? Wodurch? *iungo, cohiungo, misceo* aber nur auf die Frage: Wodurch? ſ. a. ſonſt mit *cum* oder den Dativ, §. 120, h. die entgegengeſetzten solvo, laxo, expedio haben den Ablativ auf die Frage: Wovon? als Abl. Obiecti; moveo, removeo, summoveo, pello, arceo, prohibeo entfernen, abhalten, auch alienus nicht paſſend, fremd, nur in einigen Redensarten, ſonſt mit *a*; die übrigen, wie alieno, abalieno, disiungo, divello, segrego, separo abſondern, repello, propulso und die Intranſitiva entfernt, uneinig ſeyn, als: disto, dissentio, discrepo, dissideo, werden nur mit *a* conſtruirt, außer etwa bei Dichtern; mit dem Dativ, §. 120, f.

Digitized by Google

Quod inseritur, argilla oblinendum ac *libro obligandum.* Varr. R. R. 1, 41. mit Baſt; Equidem nihil tam proprium hominis existimo, quam non modo *beneficio*, sed etiam benevolentiae *significatione alligari.* C. Planc. 33. durch). — Philosophia homines inter se primo *domiciliis*, deinde *coniugiis*, tum literarum et vocum *communione iunxit.* C. Tusc. 5, 2. In Venere Coa ille fusus et *candore mixtus* rubor non sanguis est, sed quaedam sanguinis similitudo. C. N. D. 1, 27. *Istis* te *molestiis laxes.* C. Fam. 5, 14. *Expedies* nos *omni molestia.* C. Att. 2, 25. auch mit *ex* und *a*. — Totum corpus, *statu* quum *est motum*, deest officio suo et muneri. C. Tusc. 3, 7. Signifer primi hastati signum non potuit *movere loco.* C. Div. 1, 35. cf. Caes. 3, 15. von der Stelle (eigentl. Abl. Loci); Caesar nonnullos signiferos ignominia notavit ac *loco movit.* Caes. C. 3, 74. Censores omnes, quos *senatu moverunt*, quibusque equos ademerunt, aerarios fecerunt et *tribu moveruht.* L. 42, 10. cf. 39, 42, 6. Ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, ut alter, *de senatu moveri* velit, alter retineat; ut alter in aerarios referri, aut *tribu moveri* iubeat, alter vetet. C. Cluent. 43. Siculi se *moveri possessionibus*, *amicissimis sedibus ac diis penatibus*, negant oportere. C. Agr. 2, 21. cf. C. Verr. 1, 45, 116. dagegen movere *ex agro*, *ex urbe*, *ex*, *de sententia*; Ne opifices quidem se *artibus suis removerunt.* C. Or. 2. ſonſt nur mit *a*, *ex*, *de*; Populus Atheniensis Phocionem *patria pepulit.* N. 19, 3. ſo pellere *loco*, *possessione*, *sedibus*, *civitate*, und e foro, ex arce, ex animo; Cur paupertatem, sumtu ad sacra addito, deorum *aditu arceamus?* C. Leg. 2, 10. *reditu.* C. Tusc. 1, 37, 89. *Gallia.* C. Phil. 5, 13. ad fin. Apud Germanos quemcunque mortalium *arcere tecto* nefas habetur. Tac. G. 21. dagegen: Catilinam *a tuis aris ceterisque templis*, *a tectis urbis ac moenibus*, *a vita fortunisque* civium omnium *arcebis.* C. Cat. 1, 13. Homines *ab iniuria* natura, non poena *arcere* debet. C. Leg. 1, 14. (populum *hac licentia arceas*, L. 3, 21.) Antonium qui *Gallia prohibet*, iudicat non esse consulem. C. Phil. 3, 5. Ab Apronio equitem Romanum scitote biduum *cibo tectoque prohibitum.* C. Verr. 3, 24. Caesar satis habebat in praesentia, hostem *rapinis*, *pabulationibus populationibusque prohibere.* Caes. 1, 15. *Usu* urbis *prohibere* peregrinos inhumanum est. C. Off. 3, 11. Erit humanitatis vestrae, magnum civium numerum *calamitate prohibere.* C. Manil. 7. dagegen: prohibere praedones procul *ab insula Sicilia.* C. Verr. 4, 64. Patri persuasi, ut adolescentem *a tua* non modo *familiaritate*, sed etiam *congressione*, patrio iure et potestate *prohiberet.* C. Phil. 2, 18. *a pugna*, *ab omni iniuria.* Caes. 4, 34. 5, 21. — Dii sunt benefici, neque hoc *alienum* ducunt *maiestate sua.* C. Div. 1, 38. Quintius nihil *alienum vita superiore* commisit. C. Quint. 31. cf. C. Vatin. 11, 28. dagegen: Hoc *a te* alienissimum est. C. Fam. 7, 17. alienus *a literis.* C. Verr. 2, 26, 64. ſonſt mit dem Genitiv §. 108, 3. und mit dem Dativ §. 117, a. — Et sol ex aequo *meta distabat utraque.* O. Met. 3, 145.

Hierher gehört suesco mit ſeinen Ableitungen, suetus, insuetus, assuesco, assuefacio, etc. Divisus est exercitus, ut Tacfarinas *disciplina et imperiis suesceret.* Tac. 2, 52. Scipio Syphacem, barbarum *insuetumque moribus Romanis*, sibi conciliavit. L.

Digitized by Google

28, 18. Curionis patrio fuit instituto *puro sermone assuefacta* domus. C. Brut. 59. cf. Caes. C. 1, 44. Homines *labore assiduo et quotidiano assueti*, quum tempestatis causa opere prohibentur, ad ludum se conferunt. C. Or. 3, 15. und mit dem Dativ, §. 122, 2. Apud Lacedaemonios disciplina Lycurgi, *cui* per septingentos annos *assueverant*, sublata est. L. 38, 34. cf. Drak. ad L. 31, 35, 3. Corvus mature *sermoni assuefactus* Tiberium nominatim salutabat. P. 10, 43. so consuescere, insuescere *rei* und *re*; auch assuescere *ad homines*. Caes. 6, 28. insuetus *ad onera portanda*. Caes. C. 1, 78. und insuetus *rei alicujus*. §. 108, 3.

2. Bei *opus est* es ist nöthig, es bedarf, man braucht, steht der Gegenstand des Bedürfnisses im Ablativo Obiecti; im Nominativo nur, wenn *opus* (Subst. eine nöthige Sache,) als Appositionen das Bedürfniß stärker ausdrückt, oder der Deutlichkeit wegen bei Adiectivis und Pronominibus neutrius generis, und beim Infinitiv, wo *opus* als Subject in den Accusativus übergeht. Die Person steht in beiden Fällen im Dativo, z. B. opus est mihi *libris; multa* tibi erant opus.

Anm. Opus est, dem griechischem χρεων ἐστι entsprechend, bezeichnet ein Nöthigseyn in Hinsicht des Bedürfnisses oder obwaltender Umstände, und wird daher sowohl von necesse, der unvermeidlichen Nothwendigkeit, als auch von egere und indigere, dem durchaus nöthigen Bedürfniß, unterschieden: Emas non quod opus est, sed quod necesse est. S. Ep. 95. Chrysippus ait, sapientem nulla re indigere, et tamen multis illi rebus opus esse: contra, stulto nulla re opus est, nulla enim re scit uti, sed omnibus eget. Ib. 9. Von diesen Constructionen sagt Gellius 17, 2. bei Gelegenheit einiger Stellen des Annalisten Claudius Quadrigarius: *Nihil sibi*, inquit, *divitias opus esse*; nos *divitiis* dicimus. sed vitium hoc orationis nullum est, ac ne id quidem est, quod figura dici solet. recta enim ista haec oratio est, et veteres compluscule ita dixerunt, nec ratio dici potest, cur rectius sit *divitiis opus esse*, quam *divitias*. Er sah nämlich wohl, daß beide Constructionsweisen gleichbedeutend und gleich wichtig waren, nicht aber, warum man neben einem Neutrum (nihil) in neuerer Zeit lieber den Ablativ der Sache setze, was unstreitig größerer Deutlichkeit wegen geschah. Mehr Beispiele der Art gibt Nonius 7, 113.

Magistratibus opus est, sine quorum prudentia ac diligentia esse civitas non potest. C. Leg. 3, 2. Quilibet nautarum tranquillo mari gubernare potest: ubi saeva orta tempestas est, tum *viro* et *gubernatore opus est*. L. 24, 8. cf. C. Or. 1, 51, 223. *Auctoritate tua* nobis *opus est*, et *consilio*, et etiam *gratia*. C. Fam. 9, 25. Athenienses Philippidem, cursorem, Lacedaemonem miserunt, ut nunciaret, quam *celeri opus esset auxilio*. N. 1, 4.

Dux nobis et *auctor opus est* *). C. Fam. 2, 6. Bono

*) ist für uns eine nöthige Sache, etwas Nöthiges.

Digitized by Google

patrisfamilias colendi, aedificandi, ratiocinandi *quidam usus opus est.* C. Rep. 5. Gallinaceis pullis bis *deni dies opus sunt* (ut excudantur), pavoninis ter *deni.* Varr. R. R. 3, 9, 10. *Falces* dicuntur *vineaticae opus esse sex.* Ibid. 1, 22, 5. Quarundam rerum nobis *exempla permulta opus sunt.* C. Inv. 2, 19. *Quantum* cuique *opus est*, ad id accommodatur divitiarum modus. C. Par. 6, 1. Lentulus ad rem publicam duntaxat *quod opus esset*, satis habuisse eloquentiae dicitur. C. Brut. 28. Si quid, *quod opus fuerit*, Appio facies, ponito me in gratia. C. Fam. 8, 6. Xenomenes omnia pollicitus est, *quae* tibi *essent opus.* C. Fam. 16, 5. cf. L. 40, 38, 6. Nulla res maior sine Themistocle gerebatur, celeriterque, *quae opus erant*, reperiebat. N. 2, 1. *Aliquantum* nobis temporis, et *magni labores*, et *multae impensae* *) *opus fuerunt*, ut, quae rei publicae polliceremur, exitu praestaremus. C. Fam. 10, 8. *Nihil opus est simulatione et fallaciis.* C. Or. 2, 47. Si quid est, *quod mea opera opus sit* vobis, manebo. T. Andr. 4, 3, 23. *Quid tanto opus est instrumento* in optimis artibus comparandis, *quid tanto concursu* honestissimorum studiorum, tanto virtutum comitatu, si ea nullam ad aliam rem, nisi ad voluptatem conquiruntur? C. Fin. 2, 34. *Quid verbis opus est.* T. Andr. 1, 1, 72.

Appius dictitabat *legem curiatam* consuli *opus esse*, necesse non esse. C. Fam. 1, 9. Quis neget, *opus esse* oratori nonnunquam Roscii *gestum* et *venustatem.* C. Or. 1, 59. Verres *multa* sibi *opus esse* aiebat, *multa* canibus suis, quos circa se haberet. C. Verr. 1, 48. cf. Nonius 9, 5. 12.

Not. 1. Bisweilen steht die nöthige Sache im Genitiv, besonders bei Dichtern **);

Hannibal, voluntatem se laudare Maharbalis, ait; ad consilium pensandum *temporis opus esse.* L. 22, 51. Pierides, *magni* nunc erit *oris opus.* Propert. 2, 8, 16. (3, 1, 11.)

Not. 2. Wird die nöthige Sache durch ein Verbum ausgedrückt, so steht dieses

a. Im Infinitivo, Acc. c. Inf. oder auch im Coniunctivo mit ut.

Quid opus est de Dionysio tam valde *affirmare?* C. Att. 7, 8. Quid opus est plura? C. Sen. 1. extr. sc. *proferre.* Nunc opus est *te* animo *valere*, ut corpore possis. C. Fam. 16, 14. Nobis in hac causa nihil aliud opus est, nisi *te* ius instituto

*) Der Nominativus wegen aliquantum, wie: Opus erit tibi aut *epulum*, aut *triumphus* alicuius. Varr. R. R. 3, 2, 16. ähnlich §. 104. Not. 1.

**) So: *Οὐ γὰρ δόλου νῦν ἔργον, ἀλλ' ἁπλῶν τρόπων.* Aristoph. Plut. 1159.

tuo *dicere*. C. Fam. 13, 55. Mihi prae lassitudine opus est, *ut lavem*. Plaut. Truc. 2, 3, 7.

b. oder im Ablativo des Participii Praeteriti neutr. gen., mit welchem auch ein Substantivum verbunden werden kann, verstärkend, wenn man zu erkennen geben will, daß etwas zu thun so nöthig sey, als ob es schon geschehen wäre (wie te monitum volo), oder daß etwas geschehen seyn müsse, ehe etwas andres geschehen könne, wie z. B. hoc facto opus est, das muß gethan seyn.

Maturato opus est, quidquid statuere placet. L. 8, 13. Prius, quam incipias, *consulto*, et ubi consulueris, mature *facto* opus est. Sall. C. 1. Nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi *facto* magis, quam *consulto* opus est. Tac. H. 1, 62. Erat nihil, cur *properato* opus esset. C. Mil. 19.

Opus fuit *Hirtio convento*. C. Att 10, 4. cf. L. 39, 11, 5. Hannibal Aristonem quendam Karthaginem cum mandatis mittit; edit nomina eorum, *quibus conventis* opus esset. L. 34, 61. *Quinque inventis* opus est argenti *minis nutuis*, quas hodie reddam. Plaut. Pseud. 2, 4, 42.

c. auch im Ablativo des Supini:

Narratio brevis erit, si non longius, quam quod *scitu* opus est, in narrando procedetur. C. Inv. 1, 20.

Not. 3. Eben so wird usus est es ist nöthig, Caes. 4, 2. 6, 15. C. 3, 84., jedoch fast nur bei Dichtern, gebraucht.

Nunc *viribus usus*, nunc *manibus rapidis*, *omni* nunc *arte magistra*. V. Aen. 8, 441. *Hoc* neque isti *usus est*, et illi miserae suppetias feret. Plaut. Rud. 4, 4, 39. Decretum est; Octavius Romam decederet reduceretque naves, *quibus* consuli *usus* non *esset*. L. 30, 41. Romae senatus magistratibus in foro praesto est. Alii accipiunt imperia, alii offerunt se, si quo *usus operae sit*. L. 26, 9. An cuiquam *est usus* homini, se *ut cruciet*. T. Heaut. 1, 1, 29. Ubi summus imperator non adest, citius, quod non *facto est usus*, fit, quam quod facto est opus. Plaut. Amph. 1, 3, 6.

3. Wie die Verba stärken, unterstützen, erfreuen, ergötzen, als: firmo, iuvo, oblecto, besonders *afficere*, *mactare*, und die entgegengesetzten, schwächen, niederdrücken, betrüben, wie: frango, opprimo, affligo, auf die Fragen: Womit? Wodurch? den Ablativus bei sich haben; so haben ihn auch die entsprechenden Intransitiva: *florere*, *laborare*, *niti*, *fidere*, *confidere*, *diffidere*, *delectari*, *gaudere*, *laetari* und die Adiectiva *contentus* zufrieden, *fretus* vertrauend, *laetus* fröhlich, *superbus* stolz.

Illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, *corpora* iuvenum *firmari labore* voluerunt. C. Tusc. 2, 15. *Senatus* officium est, *consilio* civitatem *iuvare*. Ad Her. 4, 35. *Senes* multi *se* agri *cultione oblectarunt*. C. Sen. 16. Caesar *Germanos*, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum *maximis affecit cladibus*. Suet. Caes. 25. Quid est absurdius, quam *res* sordidas atque deformes deorum *honore afficere*. C.

Digitized by Google

N. D. 1, 15. *Admiratione afficiuntur* ii, qui anteire ceteros virtute putantur. C. Off. 2, 10. Cum *omnibus virtutibus* me *affectum esse* cupiam, tamen nihil est, quod malim, quam me et gratum esse et videri. C. Planc. 33. Principem coniurationis ad mortem rapi, *summo supplicio mactari* imperabis. C. Cat. 1, 11. Hoc etiam *maiore* es *malo mactandus*, quod non solum facto tuo, sed etiam exemplo rem publicam vulnerasti. C. Vatin. 15.

Non est consentaneum, qui *metu* non *frangatur*, eum *frangi cupiditate*. C. Off. 1, 20. Rex postquam *bello* Datamen *opprimi* non posse animadvertit, insidiis interficere studuit. N. 14, 9.

Haec Graecia iam diu suis consiliis perculsa et afflicta est; illa vetus, quae quondam *opibus*, *imperio*, *gloria floruit*, hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. C. Flacc. 7. *Duobus vitiis*, *avaritia* et *luxuria* Romana civitas *laborabat*. L. 34, 4. Salus hominum non *veritate* solum, sed etiam *fama nititur*. C. Q. Fr. 1, 2. Est magni animi et *prudentia consilioque fidentis*, praecipere cogitatione futura. C. Off. 1, 23. Nemo potest aut corporis *firmitate*, aut fortunae *stabilitate confidere*. C. Tusc. 5, 14. cf. Oud. ad Caes. C. 3, 24. Caesaris adventu cognito Thermus, Iguvii praetor, *diffisus* municipii *voluntate* profugit. Caes. C. 1, 12. cf. Held h. l. Oud. ad Suet. Caes. 3. Tac. H. 2, 23. Ut *adolescentibus*, bona indole praeditis, sapientes senes *delectantur*; sic adolescentes senum *praeceptis gaudent*, quibus ad virtutum studia ducuntur. C. Sen. 8. *Delicto dolere*, *correctione gaudere* oportet. C. Lael. 24. *Nulla re* tam *laetari* soleo, quam meorum officiorum *conscientia*. C. Fam. 5, 7.

Parvo est natura *contenta*. C. Fin. 2, 28. Cimon Thasios, *opulentia fretos*, suo adventu fregit. N. 5, 2. Haec ad te scripsi liberius, *fretus conscientia* officii mei. C. Fam. 3, 7. Mutis aggregetur animal *pabulo laetum*. S. Ep. 92. Campani semper fuerunt *superbi bonitate* agrorum et fructuum *magnitudine*. C. Agr. 2, 35.

Not. 1. Bei afficere steht die Person im Accusativ, bei affici im Nominativ, z. B. aliquem honore, beneficio einem eine Ehre, Wohlthat erweisen, admiratione bewundern, clade eine Niederlage beibringen, iniuria, ignominia kränken, beschimpfen, dolore, molestia, laetitia Schmerz, Beschwerde, Freude verursachen, poena, supplicio bestrafen; afficior morbo ich werde von einer Krankheit angegriffen, virtutibus affectum esse mit Tugenden begabt seyn.

Bei laboro steht der Gegenstand, woran man leidet, auch mit *ex*, gewöhnlich aber der afficirte Theil. Non ignoro, quantum *ex desiderio* labores. C. Fam. 16, 11. *ex inscientia*. C. Inv. 2, 2, 5.

Caparius dixit, te in lecto esse, quod *ex pedibus* laborares. C. Fam. 9, 23. *ex intestinis.* Ib. 7, 26. *ex renibus.* C. Tusc. 2, 25, init.

Not. 2. Bei nitor ſteht auch *in* und *ad*; und bei fido, confido eben ſo gewöhnlich der Dativus, den diffido faſt allein bei ſich hat. Coniectura omnis, *in qua nititur* divinatio, in multas partes deducitur. C. Div. 2, 26. Pompeii *in vita nitebatur* salus civitatis. C. Mil. 7. Optimi cuiusque animus maxime *ad immortalitatem* gloriae *nititur.* C. Sen. 23. Aetoli deserti erant ab Romanis, *cui uni fidebant auxilio.* L. 29, 12. Nemo alterius, qui *suae confidit* virtuti invidet. C. Phil. 10, 1. Qui *diffidit perpetuitati* bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando amissis illis sit miser. C. Fin. 2, 27.

Not. 3. Doleo, moereo haben zugleich den Accuſativus, beſonders eines Pron. neutrius; ſo auch gaudeo, laetor, glorior, cf. §. 132, 5. außerdem *de* und *in*.

Titus, Caiusque Coponii ex omnibus maxime Dionis *mortem doluerunt.* C. Coel. 10. Elysius graviter filii *mortem moerebat.* C. Tusc. 1, 48. Non omnia, *quae dolemus*, eadem iure queri possumus. C. Flacc. 24. Nemo ingemuit, *nihil cuiquam doluit.* C. Or. 1, 53. Equidem posse vellem *idem gloriari*, quod Cyrus. C. Sen. 10. *In virtute* recte *gloriamur.* C. N. D. 3, 36. bei dem Beſitz der Tugend.

Hierher gehören die Verba, die eine heftige Liebe ausdrücken, als: perire, deperire, calere, ardere, flagrare, uri, insanire, furere bei Dichtern, die den Gegenſtand der Liebe im Ablativ ohne und mit *in* bei ſich haben.

Testis *Thessalico flagrans* Salmonis *Enipeo.* Propert. 3, 17, 13.

Not. 4. *Teneor, obstringor, obligor* ich bin an etwas gebunden, zu etwas verpflichtet, *consto* ich beſtehe in oder aus etwas.

Pueri *ludis tenentur*, ob eamque rem vel famem et sitim perferunt. C. Fin. 5, 18. werden durch Spiele gefeſſelt, angezogen. Iam quasi *voto quodam* et *promisso* me *teneri* puto. C. Att. 12, 28. Indignum est in ea civitate, quae *legibus tenetur*, discedi a legibus. C. Cluent. 53. (*in foedere* teneri. L. 1, 52, 2.). Sic magistratus accepi, ut omnium officiorum *obstringi religione* arbitrarer. C. Verr. 5, 14. Atticus domum habuit, cuius amoenitas non *aedificio*, sed *silva constabat.* N. 25, 13. *Animo constamus* et *corpore.* C. Fin. 4, 8.

Der Deutlichkeit wegen auch: Homines sumus: *ex animo constamus* et *corpore.* C. Fin. 4, 10. Omnis *ex re atque verbis constat* oratio. C. Or. 3, 5.

*) Laetus mit dem Genitiv iſt poetiſch; contentus mit dem Genitiv wenigſtens im goldnen Zeitalter ungewöhnlich. *Laeta laborum* Dido. V. Aen. 11, 73. cf. Burm. ad Val. Flacc. 3, 659. Maecenas vixit *angusti clavi* pene *contentus.* Vellei. 2, 88. zweifelhafte Lesart, wie *libertatis contentos.* L. 24, 29. ſicherer nur in einigen Stellen der Pandecten, cf. Ruhnk. ad Vell. l. c. Garat. ad C. Planc. Excurs. XII.

4. *Utor, fruor, fungor* mit ihren Compoſitis, und *potior, vescor, dignor* haben den Ablativus bei ſich, den der

Deutſche meiſt durch den Accuſativ überſetzt. cf. §. 48. Not. So auch die Adiectiva *dignus* und *indignus*.

Sapientis animus ita semper affectus est, ut *ratione* optime *utatur*. C. Tusc. 3, 7. Caesar Commii *opera fideli atque utili erat usus* in Britannia. Caes. 7, 76. cf. C. 3, 59. Navis optime cursum conficit ea, quae *scientissimo gubernatore utitur*. C. Inv. 1, 34. *Communi consuetudine* sermonis *abutimur*, quum ita dicimus, velle aliquid quempiam aut nolle sine causa. C. Fat. 11. Is demum mihi vivere atque *frui anima* videtur, qui aliquo negotio intentus, praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit. Sall. C. 2. Id est cuiusque proprium, *quo* quisque *fruitur* atque *utitur*. C. Fam. 7, 30. Ii mihi videntur beate vixisse, quibus sapientiae *laude perfrui* licuit. C. Brut. 2. Magna Helotarum multitudo agros Lacedaemoniorum colit, servorumque *munere fungitur*. N. 4, 3. *Defuncti bello Punico* Romani arma terra marique simul Macedoniae intulerunt. L. 22, 21. Quis, Verre praetore, non maximo se affectum beneficio putavit, quum *tribus decumis* pro una *defungeretur*? C. Verr. 3, 16. cf. Drak. ad L. 4, 58, 4. Natura fert, ut eis faveamus, qui eadem pericula, *quibus* nos *perfuncti sumus*, ingrediantur. C. Mur. 2. Sapiens et praeterita grate meminit, et *praesentibus* ita *potitur*, ut animadvertat, quanta sint ea, quamque iucunda. C. Fin. 1, 19. Orgetorix Helvetiis persuasit, persacile esse, quum virtute omnibus praestarent, totius Galliae *imperio potiri*. Caes. 1, 2. Omne, *quo vescuntur* homines, penus est. C. N. D. 2, 27. Numidae plerumque *lacte* et *ferina carne vescebantur*. Sall. J. 89. Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes *cultu quodam* et *honore dignantur*. C. Inv. 2, 53.

Natus sum ad agendum semper aliquid, *dignum viro*. C. Fam. 4, 13. Excellentium civium virtus *imitatione*, non *invidia*, *digna* est. C. Phil. 14, 6. *Indignum* est) sapientis *gravitate* atque *constantia*, quod non satis explorate perceptum sit et cognitum, id sine ulla dubitatione defendere. C. N. D. 1, 1.

Not. 1. *Utor* libro heißt: ich habe ein Buch, wenn ich es zugleich brauche. Mit einem zweiten Ablativ als Appoſition bedeutet z. B. utor te *doctore* ich brauche dich als Lehrer, oder ich habe dich zum Lehrer, ich habe an dir einen Lehrer. Hannibal *Sosilo Lacedaemonio* literarum Graecarum *usus est doctore*. N. 23, 13. Vel *imperatore* vel *milite me utimini*. Sall. C. 20. Galli *administris* ad sacrificia *Druidibus utuntur*. Caes. 6, 16. Mihi si unquam filius erit, nae ille *facili me utetur patre*. T. Heaut.

*) wenn er mit drei Zehnten ſtatt eines loosam.

a) 1, 8. Quum *Phalerica porta* neque *magna*, neque *bona* Athenienses *uterentur*, Themistoclis consilio triplex Piraeei portus constitutus est. N. 2, 6.

Not. 2. Die Alten sagten nur *potiri rerum* die höchste Gewalt erlangen oder besitzen, §. 112, 3. andre Beispiele vom Genitiv bei potiri führt Nonius 9, 6. an; auch Uti *Adverbalis potiretur*. Sall. I. 25, 10. *ducis*. Tac. 3, 73. extr. Mit dem Accusativ kommen diese Verba im goldnen Alter selten vor, z. B. Macedones milites semper habiti sunt fortissimi, qui *summam* imperii *potirentur*. N. 18, 5. Bei Cicero nur in der Participialform. Ea, *quae utenda* acceperis, maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus. C. Off. 1, 15. *Ad agrum fruendum* etiam invitat atque allectat senectus. C. Sen. 16. Oculus conturbatus non est probe affectus ad *suum munus fungendum*. C. Tusc. 5, 7. Datanes *militare munus fungens*. N. 14, 1. im ältern Latein aber gewöhnlicher: Villica *vicinas mulieres* quam minimum *utatur*. Cato R. R. 143. *rem* medici *utuntur*. Varr. R. R. 3, 16, 23. cf. Non. 7, 112. *Argentum abutor*. Plaut. Pers. 2, 3, 10. *operam abutitur*. T. Andr. prol. 6. *Frui ingenium*. T. Heaut. 2, 4, 21. *pabulum*. Cato R. R. 149. *nuptias* non *fruens*. Appul. Met. 8, 161, p. 540, Oud. *Officio fungere*. T. Heaut. 1, 1, 14. Municipes qui una *munus fungi* debent, dicti. Varr. L. L. 4, 36. ad fin. cf. Non. 9, 4. 5. *fata* novissima, bis sex *quinquennia* functus. Auson. Epigr. 70, 3. Profess. 1, 37. Hic *potitur gaudia*. T. Ad. 5, 4, 22. cf. Nonius 7, 112. 113. 9, 21. *potitus regiam*. Tac. 11, 10. *potiri administrationem* regni. Iustin. 37, 1, 4. *regnum*, 12, 7, 10. *Vescatur dapem*. Acc. ap. Non. 4, 487. *suas lautas vescar*. Tibull. 2, 5, 63. coepit *vesci singulas*. Phaedr. 1, 31, 11. ut *infirmissimos* suorum *vescerentur*. Tac. Agr. 28. qui *absinthium* vescuntur. P. 11, 37, 76. u. öfter.

Not. 3. Dignor, von dem alten digno, are, braucht Cicero nur passive, §. 74. S. 184. f. als Deponens kommt es bei Dichtern und Spätern vor, z. B. Vespasianus *gratias* agit Caio (Caligulae) apud amplissimum ordinem, quod *ab honore* coenae *dignatus esset*. Suet. Vesp. 2.

Dignus und indignus stehen mit dem Genitiv (wie ἄξιος, ἀναξίως τινος) selten, nicht bei Dichtern. Mihi quidem *dignum rei* videtur. C. Balb. 12. Suscipe curam et cogitationem *dignissimam tuae virtutis*. Balbus in C. Att. 8, 15. *dignum memoriae*. Phaedr. 4, 20, 3. *Magnorum* haud unquam *indignus avorum*. V. Aen. 12, 649.

5. Bei den Verbis opfern, als *sacrificare, immolare, libare, litare, facere* steht das, was geopfert wird, im Ablativo, eben so gewöhnlich aber auch im Accusativ.

Decemviri quinquaginta capris in foro *sacrificaverunt*. L. 45, 16. Illud ex institutis pontificum et haruspicum non mutandum est, *quibus hostiis immolandum* cuique deo. C. Leg. 2, 12. Romulum *lacte*, non *vino libasse*, indicio sunt sacra ab eo instituta. P. 14, 12. Germani Mercurium colunt, cui certis diebus *humanis* quoque *hostiis litare* fas habent. Tac. G.

9. Cum *faciam vitula* pro frugibus, ipse venito. V. Ecl. 3, 77. Genitae Manse *catulo* res divina *fit*. P. 29, 4. pr. Mehrere andre Verba, die beide Casus zu sich nehmen, s. §. 123.

Eben so sagte man: *Pluit sanguine* und sanguinem. Liv. 40, 19. poetisch *grando pluit*. V. Georg. 4, 8. *saxa pluunt*. Stat. Theb. 8, 416. Nuntiatum est, Romae in foro boario *sanguine pluisse*. L. 24, 10. so *carne*, *lacte*, *lapidibus*. Drak. ad L. 1, 31, 1. 8, 10, 6. 35, 21, 4. 37, 3, 3.

6. Die Verba unterrichten haben den Ablativus des Gegenstandes, worin jemand unterrichtet wird, bei sich, als *erudio*, *imbuo*, *instituo*, *instruo*, *informo* *). §. 131, 2.

Leges Lycurgi *laboribus erudiunt* iuventutem. C. Tusc. 2, 14. Pueri Clodii animum tenerum *bonis opinionibus imbuas*. C. ad Anton. Att. 14, 13. In pueritia *his artibus* et *disciplinis institutus esse* debebas, de diis ut ea, quae literis mandata sunt, disceres atque cognosceres. C. Verr. 1, 18. *Bonis artibus* aetas puerilis ad humanitatem *informari* solet. C. Arch. 3.

7. Bei den Verbis messen, beurtheilen, schätzen: metiri, finire, iudicare, aestimare, ponderare steht der Ablativus Obiecti auf die Frage: Wornach? und bei kaufen, verkaufen, miethen, verdingen, gelten und ähnlichen, und bei den Adjectivis *venalis*, *carus*, *vilis* zur Bezeichnung des Preises auf die Fragen: Um wie viel? wie theuer? wofür? vgl. §. 109. Not. 1, d.

Magnos homines *virtute metimur*, non *fortuna*. N. 18, 1. Galli spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium *finiunt*. Caes. 6, 18. *Descriptus erat* populus Romanus *censu*, *ordinibus*, *aetatibus*. C. Leg. 3, 19. Non potestis, *voluptate* omnia *dirigentes*, aut tueri, aut retinere virtutem. C. Fin. 2, 22. Non *numero* haec *iudicantur*, sed *pondere*. C. Off. 2, 22. Quod rectum est, nec *magnitudine aestimatur*, nec *numero*, nec *tempore*. Sen. Ep. 74. Haec *re*, non *verbis ponderantur*. C. Tusc. 5, 41. Laus eximiae bonitatis prudentium *iudicio expenditur*. C. Rab. Post. 16.

Spem *pretio* non *emo*. T. Ad. 2, 2, 11. Ii, qui ab hoste obsidentur, interdum *emere* aquae sextarium *mina* cogun-

*) erudio von rudis, eigentlich ich entrohe Jemand durch etwas; imbuo eigentlich eintauchen, folglich mit etwas benetzen, durchnässen; instituo eigentlich anstellen, einrichten durch etwas; informo durch etwas zu etwas bilden.

tur. C. Off. 2, 16. Eriphyle *auro* viri vitam *vendidit*. C. Inv. 1, 50. *Viginti talentis* unam orationem Isocrates *vendidit*. P. 7, 30. Aristidis, Thebani pictoris, unam tabulam *centum talentis* rex Attalus *licitus est*. P. 7, 38. Chrysogonus vas Corinthium *tanto pretio mercatus est*, ut, qui praetereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur. C. S. Rosc. 46. Seius in caritate *asse* modium populo *dedit*. C. Off. 2, 17. Subiiciunt se homines imperio alterius et potestati saepe *mercede conducti*. Ib. 2, 6. Quinta civium classis *undecim millibus* (assium) *censebatur*. L. 1, 43. *Sextante* sal et Romae et per totam Italiam *erat*. L. 29, 37. Iudicio damnatur Timotheus, lisque eius *aestimatur centum talentis*. N. 13, 3. Scrupulum auri *valebat sestertiis vicenis* *). P. 33, 3, 13. *Triginta millibus* Coelius *habitat*. C. Coel. 7. Vix *drachmis est opsonatum decem*. T. Andr. 2, 6, 20. *Multo sanguine et vulneribus* Poenis victoria *stetit*. L. 23, 30. cf. Drak. h. l. kam zu stehen, kostete. Milites Caesar edocet, *quanto detrimento* et quot virorum fortium *morte* necesse sit *constare* victoriam. Caes. 7, 19. Dimitte voluptates *magno luendas*. S. Ep. 27.

Clodii insula *venalis* est *decem millibus*. C. Coel. 7. Otium non *gemmis*, neque *purpura venale*, nec *auro*. H. Od. 2, 16, 17. Quod non opus est, *asse carum* est. S. Ep. 94. Istuc verbum *vile* est viginti *minis*. Plaut. Most. 1, 3, 139.

Not. 1. Bei den Verbis schätzen, beurtheilen wird nach deutlicher durch *ex* ausgedrückt.

Ex eo, quantum cuique satis est, *metiuntur* homines divitiarum modum. C. Par. 6, 1. Vulgus *ex veritate* pauca, *ex opinione* multa *aestimat*. C. Q. Rosc. 10. Aquitania et regionum latitudine et multitudine hominum *ex tertia parte* Galliae *est aestimanda*. Caes. 3, 20. *Ex fortuna* fides non *est ponderanda*. C. Paet. 34.

Not. 2. Hierher gehören die Ablativi neutrius generis *magno*, *tanto*, *quanto*, *nimio*, *parvo*, *plurimo*, *minimo*, *vili*, *paululo*, *dimidio*, *duplo* etc. Dafür steht auch tanti etc. §. 109. Not. 1, d.

Venditori expedit, rem venire quam *plurimo*. C. Fam. 7, 2. Coelius conduxit in Palatio, non *magno*, domum. C. Coel. 7. Purpuras nonnulli mercantur *immenso*. P. 9, 39.

Not. 3. Statt dieser Casus werden auch Adverbia gebraucht, z. B. *bene* emere wohlfeil kaufen, *bene*, *pulcre*, *recte* vendere

---

*) Dafür auch: Denarii *denos* aeris *valebant*, Quinarii *quinos*. — *Libram* pondo as *valebat* et erat ex argento parva. Varr. L. L. 4, 36. ad fin.

theuer verkaufen; *male* emere theuer, *male* vendere wohlfeil. So *care*, *carius*, *carissime*, *vilius*, *vilissime*.

Venditorem oportet velle quam *optime vendere*. C. Off. 3, 12. Placet ea, quae *male empta sunt*, reddi. C. Att. 2, 4.

8. a. Bei den Participiis *natus*, *prognatus*, *genitus*, *satus*, *editus*, *ortus* stehen *loco*, *genere*, *stirpe*, *familia*, *parentibus* mit einem Adjectiv als Ablativi Qualitatis; seltner der Ablativus Modi und dafür gewöhnlicher *ex* und *a*.

Archias *natus* est *loco nobili*. C. Arch. 3. *summo loco natus*. C. Fam. 11, 22. Caes. 5, 25. Non idem mihi licet, quod iis, qui *nobili genere nati* sunt. C. Verr. 5, 70. Litavicus atque eius fratres erant *amplissima familia nati* adolescentes. Caes. 7, 37. P. Africanus fidem fecit, non *sanguine humano*, sed *stirpe divina satum* se esse. L. 38, 58. Me *equestri ordum loco* consulem videtis. C. Agr. 1, 9. cf. C. Planc. 6. 7. Sabinae *honesto ortae loco* virgines Romam ludorum gratia venerunt. C. Rep. 2, 7. Quidam *parentibus nati* sunt *humilibus*. C. Lael. 19.

Qualis tibi ille videtur, *Tantalo prognatus*, *Pelope natus*? C. Tusc. 3, 12. Hunc (Latinum regem) *Fauno et nympha genitum Laurente Marica* accipimus. V. Aen. 7, 47. Victores ostentat equos *satus Hercule* pulchro pulcher Aventinus. Ib. 7, 656. Numae Pompilii regis nepos, *filia ortus*, Ancus Marcius erat. L. 1, 32. cf. Drak. ad L. 2, 6, 2. Mercurius *Jove natus et Maia*; *ex quo et Penelopa* Pana *natum* ferunt. C. N. D. 3, 22. Caesar reperiebat, plerosque Belgas esse *ortos ab Germanis*. Caes. 2, 4.

Aehnlich ist *manu mittere* servum einen Sklaven frei lassen.

b. Die Verba composita mit *a*, *de*, *ex* haben den Ablativus in örtlicher Beziehung bei sich, die sie durch die Präposition erhalten.

A: Tu *ea me abesse urbe* miraris, in qua summum sit odium hominum? C. Fam. 5, 15. Augur potest decernere, ut *magistratu* se *abdicent* consules. C. Leg. 2, 12. Metellus maxima iniuria me consulem effecit, atque *abeuntem magistratu* concionis habendae potestate privavit. C. Fam. 5, 2. Latae sunt leges, quae regni *suspicione* consulem Valerium *absolverent*. L. 2, 8. Atticus quum biduum *cibo* se *abstinuisset*, levior morbus esse coepit. N. 25, 22. Teneros animos aliena opprobria saepe *absterrent vitiis*. H. S. 1, 4, 128. Philippo

Digitized by Google

regi ab Heraclea nuntius venit, ut *oppugnatione absisteret.* L. 36, 25. so Cicero ofte.

De: Decedere provincia praetor iussus est. L. 39, 3. Fustuarium meretur miles, qui *praesidio decedit.* L. 5, 6. Timoleon incredibili felicitate Dionysium *tota Sicilia depulit.* N. 20, 2. Caesar magnam in spem veniebat, fore, ut Ariovistus *pertinacia desisteret.* Caes. 1, 42. *oppugnatione*, ib. 7, 12. *consilio*, 7, 26. Virtus nunquam tuta *a* labefactari potest, nunquam *demoveri loco.* C. Phil. 4, 5.

Ex: Vivit animus: quod multo magis faciet post mortem, quum omnino *corpore excesserit.* C. Div. 1, 30. Ad eos, qui *vita excesserunt*, revertamur. C. Brut. 75. Hispanorum milites si premerentur, pedem referre et *loco excedere* non turpe existimabant. Caes. C. 1, 44. Vulpecula *evasit puteo.* Phaedr. 4, 8, 14. Amicitia *nullo loco excluditur.* C. Lael. 6. Scyrum Dolopes incolebant, quos Cimon *urbe insulaque siecit.* N. 6, 2. cf. C. Mil. 32, 87. Galli praeceptabant scutum *manu emittere* et nudo corpore pugnare. Caes. 1, 25. Ubios quum Suevi *finibus expellere* non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt. ib. 4, 3. Miserum est, *exturbari fortunis omnibus.* C. Quint. 31. Verres pupillum unicum *fortunis patriis evertit.* C. Verr. 1, 51. Gallus se *eripuit flamma.* C. Brut. 23. Socrates, quum triginta tyranni essent, pedem *porta* non *exsulit.* C. Att. 8, 2.

Not. Die Localbezeichnung dieser Verba wird durch Wiederholung derselben Präposition unterstützt und deutlicher oder stärker bezeichnet; eine andre Präposition gibt ihr auch eine andre Bedeutung. Daher: Sic teneros animos aliena opprobria saepe *absterrent vitiis.* H. S. 1, 4, 108. und deutlicher: Neminem *a congressu meo* ianitor meus *absterruit.* C. Planc. 27. Abstinere se *re*, auch: *Honoribus et administratione* rei publicae *abstineant.* L. 2, 54. Dagegen nur aliquem *a re*, *manu a re*, z. B. Recens accepta clades Latinos ne *ab* lagatli quidem *violandis abstinuit.* L. 2, 22, 6. Decedere *provincia*, C. Lig. 2, 2. und *de provincia*, C. Verr. 2, 20, 48. sagte man von Magistratspersonen, in so fern sie von einer Provinz und deren Verwaltung abgingen, (*de foro*, N. 25, 10.) *provincia*, C. Planc. 26. extr. aus in so fern sie aus der Provinz heraus gingen, bloß in örtlicher Beziehung; gewöhnlicher aber *de officio*, *de iure*, *de sententia*, als ohne die Präposition; ferner excedere *vita* und *e vita*, *proelio* und *e proelio*; detrahere *de facultate*, *de Pompeio*, und in verschiedenem Sinn: *ex summa*, *ex studio*, C. Brut. 67, 236. elabi *omni suspicione*, *e memoria*, *e manibus* und *de manibus*. Bei manchen kommt noch ein Dativus hinzu s. 122. z. B. abesse *alicui*, verschieden von *aliqua re* und *a re*; *Duobus*, *Aeneae Antenoriique* omne ius belli Achivos *abstinuisse* L. 10, 27. gegen Aeneas, dem Aeneas zum Nachtheil, haben mehrere Handschriften statt *Aenea Antenoreque*, welches letztere

fast eben so ungewöhnlich ist, *eripere* aliquem *flammae* (der Flamme), *flamma, e flamma, e manibus* und *de manibus*; extorquere rem alicui, arma *e manibus*, ferrum *de manibus* etc. Bei andern Compositis dieser Art ist nur die Präposition gebräuchlich, z. B. egredi *ex urbe* (navigant Caes. 4, 21. 22.); Abalienare homines *suis rebus*. N. 17, 2. cfr. Dativus und Genetivus.

143 IV. Der Ablativus Causae bezeichnet die Ursache, Veranlassung, Absicht oder den Beweggrund zu der im Prädicat ausgedrückten Wirkung oder Handlung. Der Deutsche braucht hier meist wegen oder aus.

a. Darius, Hystaspis filius, *senectute* diem obiit supremum. N. 21, 1. Regale civitatis genus, non tam regni, quam regis *vitiis* repudiatum est. C. Leg. 3, 7. Reus in iudicium adductus est C. Verres, homo *vita atque factis*, omnium iam opinione, damnatus, pecuniae *magnitudine*, sua spe ac praedicatione, absolutus. C. Verr. A. 1, 1. Gubernatoris ars *utilitate*, non *arte* laudatur. C. Fin. 1, 13. Multis in rebus *negligentia* plectimur. C. Lael. 22. Si *fructibus* et *emolumentis* amicitias colemus, demum est, quin fundos et insulas amicis anteponamus. Ib. 2, 26. Summa difficultate rei frumentariae afficiebatur Caesaris exercitus, *tenuitate* Bolorum, *indiligentia* Aeduorum, *incendiis* aedificiorum. Caes. 7, 17. In culpa sunt, qui officia deserunt *mollitia* animi. C. Fin. 1, 10. Peto a te, ne me putes *oblivione* tui tardius ad te scribere, quam solebam, sed aut *gravitate* valetudinis, aut quod absim ab urbe. C. Fam. 6, 2. Phoebidas Lacedaemonius arcem Thebarum occupavit, *impulsu* Leontiadarum Thebanorum, qui Laconum rebus studebant. N. 16, 1.

b. Non *segetibus* solum, et *pratis*, et *vineis*, et *arbustis* res rustica *laetior* sunt, sed etiam *hortis* et *pomariis*, tum pecudum *pastu*, apium *examinibus*, florum omnium *varietate*. C. Sen. 15. Minturnenses C. Marium, *fessum inedia fluctibusque*, recrearunt. C. Plan. 10. Dii in Gallos, qui *caeci avaritia*, in pondere auri foedus ac fidem fefellerunt, verterunt terrorem fugamque et caedem. L. 5, 51. Non tulit ullos Romana civitas aut *gloria clariores*, aut *auctoritate graviores*, aut *humanitate politiores*, P. Africano, C. Laelio. C. Or. 2, 37. Miltiades *neger* erat *viribus*, quae in oppugnando oppido Pari acceperat. N. 1, 7. M. Antonius, vir *natura peracutus* et *prudens*, disertos sit se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. C. Or. 5.

c. Besonders gehören hierher die Ablativi *causa*, *gratia*, *ergo*, *nomine*, wegen §. 196. Not. 3. ferner *hac mente*, *hoc consilio* in der Absicht, die Affectswörter *amore*, *ira*, *odio*,

laetitia und ähnliche, die einen Beweggrund ausdrücken, wobei aber gewöhnlicher ein passendes Participium steht, wie ductus, adductus, commotus, impulsus, incitatus, incensus, inflammatus, lacessitus, captus, delinitus, victus, coactus, impeditus, prohibitus etc., wo der Deutsche nur eine Präposition braucht, z. B. inopia adductus aus Mangel, ira incensus aus Rache, captus misericordia aus Mitleiden.

Classem Dolabella *ea mente* comparavit, ut Italiam peteret. C. Fam. 12, 14. Explicavi sententiam meam, et *eo* quidem *consilio*, tuum judicium ut cognoscerem. C. Fin. 1, 21. Flumen subito accrevit, et *ea re* hostiae traduci non potuerunt. C. Div. 2, 34. cf. 1, 29, 28. 19, 33, 19, 58. Q. Hortensio praetore de pecuniis repetundis lis aestimata est *eo nomine*, quod ille ob rem judicandam pecuniam accepisset. C. Verr. A. 1, 13. cf. C. Caecil. 5, 19. Vereor, ne *amore* videar plura, quam fuerint in Pisone, dicere. C. Brut. 78. Plebs novarum rerum *studio* Catilinae incepta probabat. Sall. C. 37. Inducirum quoddam genus *misericordia* factum est. Caes. C. 2, 14. Cura incesserat Patres, ne *metu* quaestionum plebs, *iraque* tribunos militum ex plebe crearet. L. 4, 59. *Nimio gaudio* paene despiebam. C. Fam. 2, 9. Noli putare, *pigritia* me facere, quod non mea manu scribam. C. Att. 16, 15.

Lacedaemonii pertimuerunt, ne Alcibiades *caritate* patriae *ductus*, aliquando ab ipsis descisceret et cum suis in gratiam rediret. N. 7, 5. Homines *novis affinitatibus adducti* veteres inimicitias saepe deponunt. C. Cluent. 67. Apud Helvetios Orgetorix, regni *cupiditate inductus*, coniurationem nobilitatis fecit. Caes. 1, 2. Summae est amentiae, *dubia spe impulsum*, certum in periculum se committere. C. Inv. 2, 6. Albici, *spe* libertatis *excitati*, sub oculis domini suam probare operam studebant. Caes. C. 1, 57. Iustitia eas res spernit et neglegit, ad quas plerique *inflammati aviditate* rapiuntur. C. Off. 2, 11. Lacedaemonii decemviralem potestatem a Lysandro constitutam sustulerunt: *quo dolore incensus* inii consilia, reges Lacedaemoniorum tollere. N. 6, 3. Appii Claudii collega in censura ob invidiosam senatus lectionem *verecundia victus* magistratu se abdicavit. L. 9, 29. Illis promissis standum non esse, quis non videt, quae *coactus* quis *metu* promiserit? C. Off. 1, 10. Lollius *aetate* et *morbo impeditus*, ad testimonium dicendum venire non potuit. C. Verr. 3, 25.

V. Der Ablativus Convenientiae bestimmt einen Zustand 144
durch einen andern als begleitenden oder Nebenumstand und erfordert daher neben einem Substantivo ein Participium, Adiecti-

vum oder ein die Stelle desselben vertretendes Appositionsnomen. Ueber die Participia (Ablativi absoluti) s. §. 171.

tatem sine imperio, exercitum sine duce, vis aliqua externa adoriretur. L. 1, 17. Quum Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes *erant* Aedui, alterius Sequani. Caes. 6, 12. *Erat* in celeritate omne positum certamen, utri prius angustias montesque occuparent: sed exercitum Caesaris viarum difficultates *tardabant*; Afranii copias equitatus Caesaris insequens *morabatur*. — Confecit prior iter Caesar, atque, ex magnis rupibus nactus planitiem, in hac contra hostem aciem instruit. Caes. C. 1, 70. Cimon celeriter ad principatum pervenit. *Habebat* enim satis eloquentiae, summam liberalitatem, magnam prudentiam. N. 5, 2. Atticus saepe suis opibus inopiam Atheniensium publicam levavit, ita ut neque usuram unquam ab iis acceperit, neque longius, quam dictum esset, debere passus sit. Quod utrumque *erat* iis salutare. Nam neque indulgendo inveterascere eorum aes alienum *patiebatur*, neque multiplicandis usuris crescere. N. 25, 2. Cum Placentiam consul venit, iam ex stativis moverat Hannibal. — Iam prope in conspectu *erant* exercitus, convenerantque duces, imbutus uterque quadam admiratione alterius. Nam Hannibalis et apud Romanos iam ante Sagunti excidium celeberrimum nomen *erat*: et Scipionem Hannibal eo ipso, quod adversus se dux potissimum lectus esset, praestantem virum *credebat*. — Occupavit tamen Scipio Padum traiicere. L. 21, 39.

c. Missus Hannibal in Hispaniam primo statim adventu omnem exercitum in se convertit — neque milites alio duce plus confidere aut audere. Plurimum audaciae ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula *erat*. Nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci *poterat*. L. 21, 4. Appius Claudius, i, inquit, lictor, submove turbam, et da viam domino ad prehendendum mancipium. Quum haec intonuisset plenus irae, multitudo ipsa se sua sponte dimovit, desertaque praeda iniuriae puella *stabat* *). L. 3, 48. Caesar Alesiam circumvallare instituit. *Erat* oppidum in colle summo, cuius collis radices duo duabus ex partibus flumina *subluebant*. Ante id oppidum planities *patebat*; reliquis ex omnibus partibus colles oppidum *cingebant*. Caes. 7, 69. Illo tempore Segestanis haec ipsa Diana, de qua dicimus, redditur. *Erat* admodum amplum et excelsum signum cum stola: verum tamen *in-*

---

lehrung des Lesers, um ihn in Stand zu setzen, selbst zu urtheilen, cf. Caes. 6, 34. C. 1, 45. 79.

*) *puella* sc. Virginia. *Stabat* malt hier, wie L. 2, 5. Tac. 14, 30. H. 4, 72. med. V. Aen. 9, 581. Iuvenal. 8, 100. circumstabant. L. 9, 6, init.

Digitized by Google

erat in illa magnitudine aetas atque habitus virginalis. sagittae *pendebant* ab humero: sinistra manu *retinebat* arcum: dextra ardentem facem *praeferebat*. C. Verr. 4, 34.

d. Laelius sapiens negat eum bene coenare, qui omnia ponat in voluptate. *Veniebat* enim ad coenam, ut animo quieto satiaret desideria naturae. C. Fin. 2, 8. *Dicebam* †), Medicare tuos desiste capillos; tinguere quam possis, iam tibi nulla coma est. O. Am. 1, 14, 1. Etsi Solon et Pisistratus Servio Tullio regnante viguerunt, tamen multo diutius Athenae iam *erant*, quam est Roma ad hodiernum diem. C. Brut. 10. Aristidis acquitate factum est, ut summa imperii maritimi ab Lacedaemoniis transferretur ad Athenienses; namque ante id tempus et mari et terra duces *erant* Lacedaemonii. N. 3, 2. Ego, quamdiu respublica per eos *gerebatur*, quibus se ipsa commiserat, omnes meas curas cogitationesque in eam *conferebam*. Cum autem dominatu unius omnia tenerentur, nec me angoribus dedidi, nec rursum indignis homine docto voluptatibus. C. Off. 2, 1. Aequi se in oppida receperunt, murisque se *tenebant*. L. 2, 48.

3. Das *Futurum simplex* wird von Zuständen gebraucht, die schlechthin als künftig oder bevorstehend gedacht werden.

Nostra ad diem dictum *fient*. C. Fam. 16, 10. Intuemini horum deinceps annorum vel secundas res, vel adversas, *invenietis* omnia prospere evenisse sequentibus deos, adversa spernentibus. L. 5, 51. Ut *voles* me esse, ita *ero*. Plaut. Pseud. 1, 3, 11. Profecto tunc *erimus* beati, quum, corporibus relictis, cupiditatum *erimus* expertes. C. Tusc. 1, 19.

II. Tempora relativa.

4. Das *Perfectum* bezieht einen Zustand der Vergangenheit auf die Gegenwart des Redenden, in deren Hinsicht er als vorübergegangen, als jetzt vorbei *) betrachtet werden soll. Da nun der Zeitraum der Gegenwart rückwärts willkürlich verlängert werden kann (1, 1.), so können auch längst vergangene Begebenheiten in diesem Tempus erzählend eingeführt werden.

*) Ex eodem praesenti nascitur etiam perfectum. Si enim ad finem perveniat praesens incoeptum, statim utimur praeterito perfecto: continuo enim scripto ad finem versu, dico *scripsi versum*. Prisc. VIII, 10, 53. Romani praeterito perfecto non solum in re modo completa utuntur, sed etiam pro ἀορίστου accipitur, quod tempus apud Grae-

†) ich sagte immer.

cos tam modo perfectam rem, quam multo ante, significare potest. — Euander apud Virgilium in octavo (VIII, 340.) de matre sua dicit: *Cecinit quae prima futuros Aeneadas magnos et nobile Pallanteum.* Cecinit dixit pro cecinerat. Multo enim ante illam cecinisse intelligit. Ibid. 54. Priscianus will damit bloß sagen, daß das Perfectum auch von früher vergangenen Begebenheiten gebraucht werde, wo in andrer Beziehung (vgl. 5.) auch das Plusquamperfectum stehen könne.

Et *adspexit* *) me illis quidem oculis, quibus tum solebat, quum omnibus omnia mirabatur. C. Mil. 12. Filium unicum adolescentulum habeo. ah! quid *dixi*, habere me? imo *habui*, Chreme: nunc habeam, nec ne, incertum est. T. Heaut. 1, 1, 41. *Fuimus* Troes; *fuit* Ilium et ingens gloria Teucrorum. Ferus omnia Iuppiter Argos *transtulit*. Incensa Danai dominantur in urbe. V. Aen. 2, 325. Homerus *fuit* et Hesiodus ante Romam conditam. Livius fabulam *dedit* anno ante natum Ennium. C. Tusc. 1, 1. Iuno Regina, transvecta a Veiis, nuper in Aventino *dedicata est*. L. 5, 52. *Dixi* dudum, materiam aliam esse ioci, aliam severitatis. C. Or. 2, 65. Lepidus ad me heri vesperi literas *misit* Antio. C. Att. 13, 47. Eas leges, quas Caesar, nobis inspectantibus, *recitavit*, *pronuntiavit*, *tulit*, nos evertendas putabimus? C. Phil. 1, 10. Viriathum Lusitanum Laelius praetor *fregit* et *comminuit*, ferocitatemque eius ita *repressit*, ut facile bellum reliquis traderet. C. Off. 2, 11. Themistoclis ad nostram memoriam monumenta *manserunt* duo: sepulcrum prope oppidum, in quo *est sepultus*; statuae in foro Magnesiae. N. 2, 10. Me *recondidi* et fores *clausi*, ut prodesse pluribus possim. S. Ep. 8. Hannibal quotiescunque cum Romanis *congressus est* in Italia, semper *discessit* superior. N. 23, 1. Cato, quoad *vixit*, virtutum laude *crevit*. N. 24, 2. Medici, toto corpore curando, minimae etiam parti, si *condoluit*, medentur. C. Tusc. 3, 34.

Wenn der Redende nicht beschreiben oder sein Urtheil abgeben, sondern nur referiren will, so läßt er auch das Gleichzeitige der Zustände unberücksichtigt, und betrachtet jeden so, als ob er mit einem andern außer allem Zusammenhang stände, als isolirt.

Plebeii, via Nomentana, cui tum Ficulensi nomen *fuit*, profecti castra in monte sacro locavere. L. 3, 52. Paullus Aemilius omni Macedonum gaza, quae *fuit* maxima, potitus

*) jetzt eben, in dem Augenblicke, wo Cicero dieses sagte, hatte ihn Sextus Clodius angesehen, so daß Cicero auch eben so gut adspicit hätte sagen können, cf. Garat. h. l. p. 109.

est. C. Off. 2, 22. Caesar Allobrŏges oppida vicosque, quos incenderant, restituere iussit. Id ea maxime ratione *fecit*, quod *noluit* eum locum, unde Helvetii decesserant, vacare. Caes. 1, 28. cf. Nep. 1, 3, 2. Verres tum se in conspectum nautis paulisper *dedit*. *Stetit* soleatus praetor populi Romani cum pallio purpureo tunicaque talari. Hoc ipso istum vestitu Siculi saepe viderunt. C. Verr. 5, 33.

5. Das *Plusquamperfectum* bezeichnet Zustände, die vor dem Anfange eines andern vergangenen völlig vorbei waren, daher es immer in der Nähe eines andern Präteriti steht, worauf es bezogen ist.

Pausanias eodem loco sepultus est, ubi vitam *posuerat*. N. 4, 5. Cum esset Demosthenes, multi oratores magni et clari fuerunt, et antea *fuerant*, nec postea defecerunt. C. Or. 2. Naevius iussit bona proscribi eius, quicum familiaritas *fuerat*, societas erat. C. Quint. 6. *Irruerant* Danai, et tectum omne tenebant. V. Aen. 2, 757.

6. Das *Futurum exactum* sagt aus, daß ein künftiger Zustand vollendet seyn werde, wenn ein andrer folge. Es kann daher auch nur in Verbindung mit einem andern Futurum, mit einem Imperativ, oder mit einem Verbum, in welchem der Begriff der Zukunft liegt, vorkommen.

De Karthagine vereri non ante desinam, quam illam excisam esse *cognovero*. C. Sen. 6. Si in omnibus innocens *fuero*, quid mihi inimicitiae nocebunt? C. Verr. 3, 69. Ut sementem *feceris*, ita metes. C. Or. 2, 65. Morati melius erimus, quum *didicerimus*, quae natura desideret. C. Fin. 1, 19. Respondeto ad ea, quae de te ipso *rogaro*. C. Vatin. 4. Ego de venditione villae meae nihil cogito, nisi quid, quod magis me delectet, *invenero*. C. Att. 14, 13.

Nota. Nach diesen Gesetzen richtet sich auch die Coniugatio periphrastica. §. 58. — Wenn *sum* durch alle Tempora flectirt den Zustand eines Subjects im Allgemeinen angibt, und ein Participium diesen Zustand genauer bestimmt, so ist diese Verbindung von dem Verbo finito der Bedeutung nach wesentlich verschieden, indem hier Existenz der Hauptbegriff ist, die nur ihrer Art nach im Participio unterschieden wird; durch das Verbum finitum hingegen die wirkliche Aeußerung des Zustandes, der Act desselben, als wesentlicher Begriff ausgedrückt ist. Wenn also auch z. B. sum agens aliquid ich bin mit der Betreibung einer Sache beschäftigt, den Ausdruck: ago aliquid ich betreibe Etwas, mit einschließt und daher diese Composition manchen fehlenden Temporibus zum Ersatz dienen kann, so würde doch umgekehrt ein Tempus finitum keineswegs die Stelle einer solchen Composition vertreten können; welches auch daraus erhellet, daß diese letztere mehrere Bestimmungen gibt, die nicht einmal durch ein Tempus finitum bezeichnet werden können, z. B.

Digitized by Google

scribens fui ich bin ein Schreibender gewesen, amaturus sum, welches etwas ganz Anderes ist, als scripsi und amabo.

a. Das Participium Praesentis mit *sum* sagt aus, daß ein Subject zu einer gewissen Zeit sich mitten in einem activen Zustande befinde. §. 58, 1.

Est apud Platonem Socrates *dicens* Critoni, suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum. C. Div. 1, 25. Senectus *est* operosa et semper *agens* aliquid et *moliens*. C. Sen. 8. *Est* quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis *loquens* Socrates. C. Or. 13. In Antonio gestus *erat* non verba *exprimens*, sed cum sententiis *congruens*. C. Brut. 38. Alcibiades *erat* temporibus callidissime *inserviens*. N. 7, 1. Lanea aridulis haerebant morsa labellis, quae prius in levi *fuerant exstantia* filo. Catull. 64, 317. Iugurtha iussis vestris *obediens erit*. Sall. I. 31. Quispiam Samius athleta, cum antea non *loquens fuisset*, dicitur loqui coepisse. Gell. 5, 9. Te cautum *esse* volo et insidias *vitantem*. C. Fam. 11, 20. Epaminondam *fuisse patientem*, suorumque iniurias *ferentem* civium, multa sunt testimonia. N. 15, 7.

b. Das Participium Futuri Activi mit *sum* sagt aus, daß ein Subject zu einer gewissen Zeit sich im Beginnen eines activen Zustandes befunden habe. §. 58, 2.

Mihi defuncti voluntas (vereor, quam in partem iurisconsulti, quod *sum dicturus* *), accipiant,) antiquior iure est. P. Ep. 5, 7. Tibi de nostris rebus nihil *sum* ante *mandaturus* **) per literas, quam desperaro, coram me tecum agere posse. C. Fam. 3, 5. Quid timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam *futurus sum* ***)? C. Sen. 19. Decem dies sunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompeius *facturus est* †). C. Verr. A. 1, 10. Cum examen apum *exiturum est*, solent praeire signa. Cum iam *evolaturae sunt*, aut etiam inceperunt, consonant vehementer. Varr. 3, 16. Dii semper fuerunt; nati nunquam sunt, si quidem aeterni *sunt futuri* ††). C. N. D. 1, 32. Deiotarus rex cum ex itinere quodam proposito revertisset, conclave illud, ubi *erat mansurus*, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. C. Div. 1, 15. In urbis incremento semper, quantum moenia *processura erant*, tantum termini consecrati proferebantur. L. 1, 44. Nunc iam, quod *crediturus* tibi *fui*, omne

---

*) was ich jetzt eben sagen will; jetzt bin ich in dem Zustande, wo ich Etwas sagen will, — das Futurum in Praesente; dagegen dicam ich werde Etwas sagen, ist das Praesens in Futuro.

**) deutlich von mandabo und mandare volo unterschieden.

***) So: Si (filii) mei similes *erunt*, idem hic agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: sin dissimiles *sunt futuri*, nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam. N. 19, 1. erunt, wenn sie dereinst seyn werden, sunt futuri, wenn sie jetzt schon im Begriff sind, mir unähnlich zu werden.

†) die P. anzustellen im Begriff ist, zu welchen er also schon Anstalten trifft; faciet würde bloß behaupten, daß er solche Spiele anstellen werde.

††) wenn sie nämlich (jetzt) solche sind, die ewig seyn werden; erunt sie werden (dereinst wirklich) ewig seyn, würde in diesem Zusammenhange gar nicht stehen können.

Digitized by Google

credidi. Plaut. Most. 2, 2, 6. Romani depoposcerunt Poenos, qui Saguntum obpugnassent: deditos ultimis cruciatibus *adfecturi fuerunt*. L. 21, 44. In me quidem iam pridem effectum est, quod *futurum fuit* *). C. Or. 31. Aemilius Paullus Delphis inchoatas in vestibulo columnas, quibus *imposituri* statuas regis Persei *fuerant*, suis statuis victor destinavit. L. 45, 27. Teneat oportet orator eorum, apud quos aget aut *erit actutus*, mentes, sensusque degustet. C. Or. 1, 52. Attentos faciemus auditores, si demonstrabimus, ea, quae *dicturi erimus*, magna, nova, incredibilia esse. C. Inv. 1, 16.

Ut scribas quam saepissime, ut et quid tu agas, et quid agatur, scire possim, et etiam quid *acturus sis*, valde te rogo. C. Fam. 12, 18. Ne literas quidem ullas accepi, quae me docerent, quid ageres, aut ubi te *visurus essem*. Ib. 3, 6. Nonnulli non intelligunt necesse fuisse, cum Demosthenes *dicturus esset*, ut concursus audiendi causa ex tota Graecia fierent. C. Brut. 84. C. Livius neminem fidelius dare posse consilium dixit, quam eum, qui id alteri suaderet, quod ipse, si in eodem loco esset, *facturus fuerit* **). L. 37, 14. Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones; nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte *posituri* bellum *fuerint*. Tac. H. 2, 38. Aut non fato interiit Flaminii exercitus: aut, si fato, etiamsi obtemperasset auspiciis, idem *eventurum fuisset* ***). C. Div. 2, 8. Atticus potius, quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alii *laudaturi forent* †). N. 25, 10. cf. 10, 8, 2. Plebs querebatur, consules bellicosos ambo creatos, qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem *forent passuri*. L. 26, 26. Sulla Boccho regi dicit, se missum a consule venisse quaesitum ab eo, pacem an bellum *agitaturus foret*. Sall. I. 109.

C. Sulpicius tribunus militum, pronuntiavit, nocte proxima ab hora secunda usque ad quartam horam noctis lunam *defecturam esse*. L. 44, 37. Dixit Cassinius, P. Clodium illo die in Albano *mansurum fuisse*, sed subito ei esse nuntiatum, Cyrum architectum esse mortuum, itaque repente Romam constituisse proficisci. C. Mil. 17. Sanguinem pluisse senatui nuntiatum est, deorum etiam sudasse simulacra; num censes his nuntiis Thalen, aut Anaxagoram *crediturum fuisse*. C. Div. 2, 27. An tu censes ullam anum tam deliram *futuram fuisse*, ut sommis crederet, nisi ista casu nonnunquam concurrerent? Ib. 2, 68. Senatus censebat, merito id, si quando unquam alias, Deum immortalium causa *facturos fore* ††) ut ludi maximi fierent. L. 6, 42.

c. Das Participium Praeteriti Passivi mit *sum* sagt aus, daß ein Subject in einen gewissen Zustand versetzt worden, dessen Dauer sich

*) was aus mir hat werden sollen, cf. C. Cat. 4, 8. fin.

**) was er selbst gethan haben würde, wenn er an der Stelle gewesen wäre. Denn behauptend würde es heißen: in eodem loco *eram*; itaque *facturus fui*.

***) würde dasselbe erfolgt seyn; fuisset hier als Tempus conditionale.

†) loben würden; forent von bedingter Zukunft.

††) Bei Cicero ist diese Infinitivform wenigstens sehr zweifelhaft.

Digitized by Google

bis auf die durch eum bezeichnete Zeit erſtrecke. Beim Deponens wird dieſe Bedeutung activ. §. 58, 3.

Ianus bis post Numae regnum *clausus fuit* *). L. 1, 19. Marcellus ovans multam et praedam in urbem intulit, et multa nobilia signa, quibus Syracusae *ornatae fuerant*. L. 26, 21. Vos aequum est, quo quisque loco *positus erit*, quod imperabitur, impigre praestare. L. 59, 16. cf. C. Verr. 3, 91, 220. Tibi sic persuadeas velim, si mihi tua sententia *tributus* honos *fuerit*, me sic existimaturum, cum auctoritate tua, tum benevolentia erga me, mihi, quod maxime cupierim, contigisse. C. Fam. 15, 4. Romanus quidam, Sabino bello, ait, se militantem, quia villa *incensa fuerit*, aes alienum fecisse. L. 2, 23. Sat patriae Priamoque datum. Si Pergama dextra defendi possent, etiam hac *defensa fuissent*. V. Aen. 2, 291. Quaerere libet, quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro *foret bellatum*, futurus fuerit. L. 9, 17. Decemviri, inspectis fatalibus libris, retulerunt Patribus, quod Punici belli causa *votum* Marti *foret* **), id non rite factum. L. 22, 9. In triumpho Quinctii dictatoris epulae *instructae* dicuntur *fuisse* ante omnium domos. L. 3, 29. Aristoteles ait se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset, brevi tempore philosophiam plane *absolutum fore* ***). C. Tusc. 3, 28.

Iam pridem equidem istuc scivi, et *miratus fui* †) neminem venire. Plaut. Poen. 5, 6, 10. Tasgetio Caesar, quod in omnibus bellis singulari eius opera *fuerat usus* ††), maiorum locum restituerat. Caes. 5, 25. Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otii *nactus ero*. C. Fam. 3, 7. cf. 11, 5. 29. extr. Nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi *erit* omnium rerum magnarum atque artium scientiam *consecutus*. C. Or. 1, 6. Cum iter *ingressus ero*, longum praesertim, nullasne insidias censetis pertimescendas? C. Phil. 12, 19. Hoc possum dicere, me, qui e summis eripuerim periculis vitam omnium civium, satis *adeptum fore*, si ex hoc tanto beneficio nullum in me periculum redundarit. C. Sull. 9.

d. Das Participium Futuri Passivi mit *sum* ſagt aus, daß ein Subject zu einer gewiſſen Zeit in einen leidenden Zuſtand übergehen ſolle. §. 58, 4.

Regulo non *fuit* Iupiter *metuendus*, ne iratus noceret; qui neque irasci solet, nec nocere. C. Off. 3, 29. Quid? hominum gratiosorum splendidorumque libertis *fuit* Asia *tradenda*? C. Flacc. 35. Lysimachia *tenenda erat*, ne Chersonesum intrare-

*) iſt verſchloſſen geweſen, verſchieden von clausus est er iſt verſchloſſen, aber auch: er iſt verſchloſſen worden. So: Quid *fuit* istic antea *scriptum*? C. Verr. 2, 42, 104. nämlich, wo jetzt radirt iſt.

**) nicht esset; denn es war nach dem Urtheile der Decemvirn nicht rite votum; foret alſo hier: ſeyn ſollte, oder hätte ſeyn ſollen, vgl. §. 164, 8. *)

***) ſie werde vollendet ſeyn? verſchieden von fore ut absolveretur ſie werde vollendet werden. §. 53. Not.

†) so opinatus fui. Plaut. Amph. 1, 1, 31.

††) weil er an ihm einen ausgezeichnet thätigen Bundesgenoſſen gehabt hatte.

Digitized by Google

mus. L. 37, 36. Philopoemen, oratione habita, qualis *habenda* ab Alexameno *fuerat* *) societati Achaeorum Lacedaemonios adiunxit. L. 35, 37. Hi tibi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hospites *erunt recipiendi*. C. Off. 3, 33. Hi sciunt, hoc a me ita vehementer esse petitum, ut aut causa mihi *suscipienda fuerit*, aut officium necessitudinis *repudiandum*. C. Caecil. 4. Deiotărus rex, nisi ex itinere revertisset, in eo conclavi ei *cubandum fuisset*, quod proxima nocte corruit. C. Div. 2, 8. Himilco ab Hasdrubale edidicit, quemadmodum *tractandum* bellum in Hispania *foret*. L. 23, 28. cf. Tac. H. 3, 20. 4, 55. Frigidus agricolam si quando continet imber, multa, *forent* quae mox coelo *properanda* sereno, maturare datur. V. Georg. 1, 260. Quasi divinabam, *fore* mihi aliquando *expetendam* studium tuum. C. Fam. 3, 13. Scipio consul deliberavit, quid sibi faciendum esset, si Antiochus pugnandi copiam non faceret. Instare hiemem, aut sub pellibus *habendos* milites *fore*, aut, si concedere in hiberna vellent, differendum esse in aestatem bellum. L. 37, 39.

Besonderer Gebrauch der Temporum.

164 1. In Briefen ordnet der Römer die Tempora nicht, wie der Deutsche, nach der Zeit, die ihm als Schreibenden, sondern nach derjenigen, die dem Empfangenden Gegenwart ist. Was daher zur Zeit des Empfangs noch so fortdauert, wie es dem Schreibenden gegenwärtig war, kommt ins Praesens zu stehen; was aber alsdann bereits vorbei ist, wird durch Praeterita ausgedrückt.

Ego hic *cogito* commorari, quoad me reficiam. C. Fam. 7, 26. Hanc epistolam cur non scindi *velim*, causa nulla *est*. Ib. 6, 15. Tryphonem tibi ita *commendo*, ut homines grati et memores bene meritos de se commendare *debent*. Ib. 13, 60. Pridie Idus haec *scripsi* **) ante lucem. eo die apud Pomponium in eius nuptiis *eram coenaturus*. C. Q. Fr. 2, 3. Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Castrinio Paeto: secundum ei, qui has literas tibi *dedit*. Ib. 8, 2. Exemplum *misi* ad te Caesaris literarum. C. Att. 10, 3. Habes totum reipublicae statum, qui quidem tum *erat*, cum has literas *dabam* ***). C. ad Brut. 1, 10. Res, cum haec *scribebam*, *erat* in extremum adducta discrimen. C. Fam. 12, 6. Rem te valde bene gessisse rumor *erat*. *Exspectabantur* literae tuae, de

*) Alexamenus war jetzt todt.

**) Im Deutschen: dieses schreibe ich vor Tagesanbruch; heute werde ich speisen.

***) wie er wenigstens jetzt ist, indem ich diesen Brief abgebe. Das Datum unterzeichnete man mit Data sc. epistola, kürzer D., oder setzte nur den Tag hinzu, z. B. *Data* Idibus Iun. Cypro, a Crommyu-acride. C. Fam. 12, 13. *D.* prid. Nonas Novemb. Brundisio. Ib. 14, 12.

Digitized by Google

quibus *eramus* iam cum Pompeio *locuti* †). Ib. 1, 8. Ego, si me navigatio non morabitur, quae *incurrebat* ††) in ipsos Etesias, propediem te, ut spero, videbo. C. Fam. 15, 11. Nihil *habebam*, quod *scriberem*, neque enim novi quidquam *audieram* et ad tuas omnes *rescripseram pridie* †††). C. Att. 9, 10.

Nota. Ausnahmen hiervon macht Cicero nur, wenn er lebhafter spricht, oder wenn er dem Leser etwas vergegenwärtigen will: Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? Sed tamen, ut scires, eum a me non diligi solum, verum etiam amari, ob eam rem tibi haec *scribo*. C. Fam. 13, 47. Sed *flagitat* tabellarius. Valebis igitur. Ib. 15, 18. Senatus hodie fuerat futurus, id est, Kalendis Octobribus, iam enim *luciscit*. C. Att. 4, 16.

2. Das Praesens wird gebraucht

a. als Praesens historicum statt des Perfecti in lebhafterer Erzählung, wenn der Erzähler plötzlich eintretende Vorfälle, besonders Handlungen, die mit Entschlossenheit, Kraft, Raschheit ausgeführt wurden, vergegenwärtigen will; daher gewöhnlich in kurzen auf einander folgenden Hauptsätzen. Cäsar erzählt in diesem Tempus gewöhnlich seine eignen Thaten.

Dimisso senatu, decemviri *prodeunt* in concionem, *abdicant*que se magistratu, ingenti hominum laetitia. *Nuntiantur* haec plebi: legatos, quidquid in urbe hominum supererat, *prosequitur*. Huic multitudini laeta alia turba ex castris *occurrit*; *congratulantur* libertatem concordiamque civitati restitutam. L. 3, 54. Erat in luctu senatus: squalebat civitas, publico consilio mutata veste: cum subito *edicunt* consules, ut ad suum vestitum senatores redirent. C. Sext. 14. Post Orgetorigis mortem nihilo minus Helvetii id, quod constituerant, facere *conantur*, ut e finibus suis exeant. Ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia, vicos, reliqua privata aedificia *incendunt*; trium mensium molita cibaria sibi quemque domo efferre *iubent*. Caes. 1, 5. Tali consilio probato, excepit has partes ipse Callicrates, et se *armat* *) imprudentia

†) Es geht das Gerücht —. Man erwartet deine Briefe, von welchen ich bereits mit P. gesprochen habe.

††) Cicero war damals noch nicht abgeschifft, aber seine Abreise war festgesetzt. Der Brief kam von Cilicien aus erst nach den Etesien nach Rom.

†††) habe ich gestern geantwortet. Daher auch: *Postridie eius diei, qui erat tum futurus, cum haec scribebam ante lucem*, apud Catonem erat divinatio in Gabinium futura inter Memmium et Ti. Neronem. C. Q. Fr. 3, 2. statt *cras*, was sonst Cicero auch braucht.

*) *excepit — armat*. So kommt auch anderwärts das Perfectum mitten unter dem Praes. hist. vor, wenn Handlungen mehr als

Digitized by Google

Dionis; ad cum interficiendum socios *conquirit*; adversarios eius *convenit*, coniurationem *confirmat*. N. 10, 8. Roma interim *crescit* Albae ruinis. *duplicatur* civium numerus. Coelius *additur* urbi mons, et, quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullius regiae *capit*, ibique habitavit. L. 1, 30. cf. C. Verr. 1, 26.

b. Der Infinitivus Praesentis bei einem Präteritum bezeichnet einen zu jener Zeit gegenwärtigen, der Infinit. Praeteriti einen damals bereits vergangenen Zustand. Daher wird bei *memini* ich erinnere mich, d. i. ich habe ins Gedächtniß aufgenommen und erinnere mich noch, und ähnlichen Ausdrücken, und bei *vidi*, *audivi*, der Infinitivus Praesentis von Dingen gebraucht, die man damals wirklich sah und hörte; der Inf. Praeteriti hingegen theils von solchen, die damals vorbei waren, theils zur Vermeidung eines Mißverstandes von solchen, die für jetzt als vergangen betrachtet werden sollen.

Ad me *adire* quosdam *memini* *), qui dicerent, nimis magnos sumtus legatis decerni. C. Fam. 3, 10. Ego illam vidi: virginem forma bona *memini videre*. T. Andr. 2, 5, 18. Recordare tua. nonne *meministi clamare* **) te, omnia periisse, si ille funere elatus esset? C. Att. 14, 14. cf. C. Rep. 1, 15. Ego L. Metellum *memini* puer ita bonis *esse* viribus extremo tempore aetatis, ut adolescentiam non requireret. C. Sen. 9. Me Athenis *audire* ex Phaedro meo *memini*, Gellium Athenis philosophos in unum locum convocasse. C. Leg. 1, 20. *Meministis* tum, iudices, corporibus civium Tiberim *compleri*, cloacas *referciri*, e foro spongiis *effingi* sanguinem. C. Sext. 35. Ego Q. Scaevolam augurem *memoria teneo*, bello Marsico, cum esset summa senectute, quotidie *facere* omnibus conveniendi sui potestatem. C. Phil. 8, 10. Ego idem, qui in illo sermone nostro, qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, *recordor* longe omnibus unum *anteferre* Demosthenem, qui vim accommodavit ad eloquentiam. C. Or. 7. Ad Caesa-

---

vorübergehende angedeutet, oder nur referirend angeführt, nicht gerade vergegenwärtigt werden sollen, z. B. Caes. C. 1, 14. sub extr.

*) Eben so wie vidi te scribere und vidi te scripsisse. Das Imperf. dicerent hängt nicht von adire ab, denn einen Inf. Imperfecti kann es gar nicht geben, sondern von memini. Im Deutschen aber muß dieser Infinitivus in das Imperfectum übersetzt werden: Ich erinnere mich, daß einige zu mir kamen, daß ich sah u. s. w. So sagte auch der Althochdeutsche: Ih man für nicht sowohl: ich gedenke jetzt, als vielmehr: ich habe in Gedanken behalten. Grimm deutsche Gramm. S. 559.

**) der Unterschied zwischen dem Inf. Praes. und Praeteriti ist hier in clamare und periisse deutlich.

Digitized by Google

rem quam misi epistolam, eius exemplum *fugit* me tum tibi *mittere*. C. Att. 13, 51. *Audisti*, Q. Minucium Rufum *dicere*, domi suae deversatum esse Antiochum regem Syracusis. C. Verr. 4, 31. cf. C. Mur. 28, 58.

Peto, ut *memineris*, te omnia, quae tua fides pateretur, mihi cumulate *recepisse* *). C. Fam. 13, 72. Philippus rex iratus erat Aetōlis, quod solos *obtrectasse* gloriae suae, quum liberaret Graeciam, *meminerat*. L. 36, 34. Cum abessem atque in magnis periculis essem; et me absentem, et meos praesentes a te *cultos* et *defensos esse memini*. Ib 11, 29. *Memoria tenetis*, Cotta et Torquato consulibus, complures in Capitolio res de coelo *esse percussas*; tactus est etiam ille Romulus, quem inauratum in Capitolio, paęvum atque lactentem *fuisse meministis*. C. Cat. 3, 8. cf. C. Or. 2, 73, 296. Rep. 1, 14. *Memineram*, C. Mariūm, cum vim armorum profugisset, primo senile corpus paludibus *occultasse* demersum, deinde ad infimorum hominum Minturnis misericordiam *confugisse*; inde navigio perpārvo in oras Africae *pervenisse* **). C. Sext. 22.

c. Das Praesens ſteht ſtatt des Futuri, theils von künftigen Zuſtänden, die der Gegenwart mit angehören, theils bei ſolchen, deren Erfolg in der Zukunft ſo gewiß iſt, als wenn ſie jetzt geſchähen.

Perficietur bellum, si non *urgemus* obsessos; si non ante *abscedimus*, quam spei nostrae finem captis Veiis imposuerimus. L. 5, 4. cf. 5, 44. fin. Si diem *proferimus* et hesternae eruptionis fāma contemni desierimus, periculum est, ne omnes duces, omnes copiae conveniant. L. 25, 38. Pompeius, Tuemini, inquit, castra et defendite diligenter, si quid durius acciderit: ego reliquas portas *circumeo* et castrorum praesidia *confirmo*. Caes. C. 3, 94. Si *vincimus*, omnia nobis tuta, commeatus abunde, coloniae atque municipia patebunt. Sall. C. 58, 9. Antequam de incommodis Siciliae *dico*, pauca mihi videntur esse de provinciae dignitate, vetustate, utilitate dicenda. C. Verr. 2, 1. Cato affirmat, se vivo Pontinium non *triumphare*. C. Att. 4, 16. Nervii, quae imperarentur, *facere* dixerunt. Caes. 2, 32.

So auch ſtatt des Perfecti, wenn die Vergangenheit mit zu der Gegenwart gezogen wird: Karthagini bellum multo ante *denuntio*. C. Sen. 6.

---

*) was Servilius verſprochen hatte, war bereits erwähnt worden. Daher mußte hier recepisse ſtehn, cf. C. Verr. 1, 11. pr.

**) Lauter Umſtände, bei denen weder Cicero, noch ſeine Zuhörer zugegen geweſen waren.

Digitized by Google

3. Das Imperfectum ſteht auch, ſtatt des Präſens, wenn der Redende den Angeredeten mit ſeiner Einbildungskraft in die Zeit der vorliegenden Begebenheit ſelbſt verſetzt, wodurch ſein Urtheil das Anſehn eines gemeinſchaftlichen erhält.

Senatus te voluit mihi nummos dare: me tibi frumentum metiri. tu eos nummos, quos mihi senatus dari voluit, ipse habebis: a me, cui singulos denarios dari oportuit, binos aufers? — Haec *deerat* *) iniuria, et haec calamitas aratoribus, te praetore, qua reliquis fortunis omnibus everterentur. C. Verr. 3, 85. Chaldaei oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quae ratione atque animo videre *debebant*. C. Div. 2, 53. ſt. debent. His alias *poteram* et plures subnectere causas: sed iumenta vocant, et sol inclinat? eundum est. Iuvenal. 3, 315. ſt. possum. Hic tamen hanc mecum *poteras* requiescere noctem. V. Ecl. 1, 79. ſt. potes oder poteris, cf. Burm. ad O. Met. 1, 679.

4. Das Futurum simplex braucht der Römer mit einer gewiſſen Urbanität bei Lehren, Ermahnungen, Aufforderungen und Befehlen (ſtatt des Imperativs), wenn er, um nicht anmaßend zu ſcheinen, etwas mehr dem Willen des Angeredeten anheim ſtellen, oder zuverſichtliche Hoffnung zu erkennen geben will.

Tu pro tua sapientia *debebis* optare optima, cogitare difficillima, ferre quaecunque erunt. C. Fam. 9, 17 ſt. debes. Adolescentes cum relaxare animos et dare se iucunditati *volent*, caveant intemperantiam, memineriut verecundiae. C. Off. 1, 34. Sermo et familiaris et quotidianus non constabit, si verba inter nos *aucupabimur*. C. Caecin. 18.

Ibis tandem aliquando. C. Cat. 1, 10. ſtatt i. Haec tibi *erunt* curae, quemadmodum ostendis: meque totum et mea et meos commendatos *habebis*. C. Fam. 3, 9. Omnia *relinques*, si me amabis, quum tua opera Fabius uti volet. Ibid. 2, 14. In Italiam euntibus omnibus ad me literas *dabis*. Ib. 16, 6. Quod superest, etiam puerum Ciceronem *curabis* et *amabis*, ut facis. C. Att. 4, 7. Tu, si me audies, quem soles, has paternas possessiones *tenebis*. — Sed *valebis*, meaque negotia *videbis*, meque diis iuvantibus ante brumam *exspectabis*. C. Fam. 7, 20. Ubi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti *transibitis*. L. 7, 35. Tu nihil invita *dices faciesve* Minerva. H. A. P. 388.

Not. Auch kommt dieſes Futurum vor, wo man den Conjunctivus erwarten ſollte.

*) An der Kränkung fehlte es noch! auf die Zeit der Prätur des Verres bezogen; cf. Senec. Phoenias. 369. Med. 992. Garat. ad C. Verr. 5, 2.

Digitized by Google

In Aventinum ite, unde profecti estis. Ibi felici loco, ubi prima initia inchoastis libertatis vestrae, tribunos plebis *creabitis* †). L. 3, 54. Sed alias *iocabimur*. C. Fam. 7, 13.

5. Das Perfectum wird, wie der griechische Aoristus, gebraucht

a. bei Zuständen, die so eben vorüber, oder auch so gut als vorüber sind, im Affect; und mit Urbanität, wenn man Handlungen, die eben jetzt geschehen, so angesehen wissen will, als wären sie schon vorüber. Außerdem im Infinitivo bei Befehlen, und wenn die aus dem genannten Zustande entstehende Folge dabei gedacht ist.

I ergo intro et compone, quae tecum simul ferantur. *Dixi* ††). T. Hec. 4, 3, 5. *Respiravi*; liberatus sum. C. Mil. 18. — Nullus sum! — Qui dum? — *Perii!* nescio quod magnum malum profecto, Parmeno, me celas. *Interii!* Ib. 3, 1, 39. *Actum est!* ilicet! *peristi!* T. Eun. 1, 1, 9. Brutus si conservatus erit, *vicimus* *). C. Fam. 12, 6. — De Quinto fratre nihil ego te *accusavi*: sed vos, quum praesertim tam pauci sitis, *volui* **) esse quam coniunctissimos. Ibid. 14, 1. — Non, erit melius, nisi de quo consulimus, vocem *misisse*. L. 3, 41. Placuit edici, ne quis, qui Bacchis initiatus esset, *coisse* aut *convenisse* causa sacrorum velit, neu quid talis rei divinae *fecisse*. L. 39, 14. Habemus senatus consultum, quo ex senatus consulto confestim *interfectum* te *esse*, Catilina, convenit. C. Cat. 1, 2. Non satis est *reprehendisse* peccantem, si non doceas recti viam. Colum. 11, 1, 9. cf. Liv. 2, 24, 5. O. Met. 2, 608. Ueberhaupt häufig bei Dichtern.

*) In diesem Sinne wird das Perfectum Coniunctivi mit einer gewissen Urbanität statt des deutschen Präsens gebraucht, nämlich mit hinzugedachter Möglichkeit, Etwas könne bereits geschehen seyn, oder mit dem Wunsch, es möge bereits geschehen seyn, z. B. *dixerit aliquis* es möchte, könnte Jemand sagen, §. 159. Not. 5, a. vix *crediderim* kaum möchte ich glauben, ne *feceris* mögest du das nicht thun

†) im Deutschen: dort möget ihr wählen; im lateinischen Futurum aber ist nicht bloß Verzichtleistung, sondern mehr noch zuversichtliche Erwartung ausgedrückt. *Laudabunt* alii claram Rhodon. H. Carm. 1, 7, 1.

††) Streng befehlend. So öfter bei Dichtern, z. B. Hoc *vetui*. O. Art. 2, 593. st. veto. Salvere *iussi* Libanum libertum. Plaut. Asin. 2, 4, 4. f. iubeo; wie ἐκλαυσα. Eurip. Suppl. 1193. ἐπῄνεσ' αἰδῶ. Troad. 735 (713). ἐγέλασα, ὦ Ἀητοῖ. Lucian. Deor. Dial. 16, 3.

*) Ausdruck der zuversichtlichen Erwartung, cf. Liv. 21, 44, 9.

**) Schonend: ich will dir keine Vorwürfe machen; — ich wünsche, ihr möchtet —.

Digitized by Google

(so in der zweiten Person gewöhnlich mit einer Negation); daher auch *ausim*, §. 62, 5, e.

Excellentibus ingeniis citius *defuerit* ars, qua civem regant, quam qua hostes superent. L. 2, 43. Hanc modestiam aequitatemque et altitudinem animi ubi nunc in uno *inveneris*, quae tum populi universi fuit? L. 4, 6. Tu Platonem nec nimis valde unquam, nec nimis saepe *laudaveris*. C. Leg. 3, 1. Forsitan quispiam *dixerit*: Nonne sapiens, si fame ipse conficiatur, *abstulerit* cibum alteri, homini ad nullam rem utili? Minime vero. C. Off. 3, 6. Quis generosum *dixerit* hunc, qui indignus sapere et praeclaro nomine tantum insignis? Iuvenal. 8, 30. Nil ego *contulerim* iucundo sanus amico. H. S. 1, 5, 44. — Hoc sine ulla dubitatione *confirmaverim*. C. Brut. 7. Ego *audierim* libentius, si quid attuleris, quam te *reprehenderim*. C. Fin. 2, 3. Bruti ego iudicium, pace tua, *dixerim*, longe antepono tuo. C. Tusc. 5, 5. Omnibus in rebus, et maxime in physicis, quid non sit, citius quam, quid sit, *dixerim*. C. N. D. 1, 21. *impetrarim*. C. Tusc. 5, 29. pr. Equidem haud *abnuerim*, Clusium Gallos ab Arunte, seu quo alio Clusino adductos. L. 7, 26. L. Cornelium consulem bellum cum Antiatibus gessisse, certum affirmare non *ausim*. L. 3, 23. (dafür *ausus sim*. C. Brut. 5, 18.) Hoc ne facito; hoc ne *feceris*. C. Div. 2, 61. Stoici mihi videntur fines officiorum paulo longius, quam natura vellet, protulisse. Nihil *ignoveris*. — Imo aliquid, non omnia. — Misericordia *commotus* ne *sis*. — Sed tamen est laus aliqua humanitatis. C. Mur. 31. Nullam aciem, nullum proelium *timueris*. L. 2, 12. Si me audietis, adolescentes, solem alterum ne *metueritis*. C. Rep. 1, 20. Admitimini mecum et capessite rem publicam: neque quemquam ex calamitate aliorum metus *ceperit*. Sall. I. 85, 47. Nemo annales nostros cum scriptura eorum *contenderit*, qui veteres populi Romani res composuere. Tac. 4, 32.

b. von Handlungen, die gewöhnlich geschehen, wenn aus der Vergangenheit, die hier vorzüglich in Betrachtung kommt, sich zugleich die Gegenwart und Zukunft als Folge ergibt. Der Deutsche braucht hier oft pflegen im Präsens.

Succumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre, miserum est; ob eamque debilitatem animi, plerique se ipsos penitus *perdiderunt*. C. Fin. 1, 15. Qui studet optatam cursu contingere metam, multa *tulit fecit*que puer, *sudavit* et *alsit*. H. A. P. 412. Omne *tulit* punctum, qui *miscuit* utile dulci. Ib. 343. Felix, qui *potuit* rerum cognoscere causas. V. Georg. 2, 490. (Apibus) rege incolumi mens omnibus una est: amisso, *rupere* fidem, constructaque mella *diripuere* ipsae

Digitized by Google

et crates *solvere* favorum. Ib. 4, 212. Sicut Acarnanes *subierunt* proelia furto: sic canis illa suos taciturna supervenit hostes. Grat. Fal. 184. *Fugerunt* trepidi sera ac manifesta canentem Stoicidae. Iuvenal. 2, 64.

c. Bisweilen steht das Perfectum statt des Plusquamperfecti in Nebensätzen, die ohne Beziehung auf den Hauptsatz bloß historisch beigefügt sind, oder auch bei schnellen Uebergängen zu einer andern Betrachtung.

Bello confecto, ab iis Caesar haec dicta cognovit, qui sermoni *interfuerunt* *). Caes. C. 3, 18. Literae, quas Iulia patri Augusto cum insectatione Tiberii *scripsit*, a Graccho compositae credebantur. Tac. 1, 53. Libertas, ut laetior esset, proximi regis superbia fecerat. Nam priores ita *regnarunt*, ut haud immerito omnes deinceps conditores partium certe urbis numerentur. L. 2, 1.

6. Das Plusquamperfectum steht

a. statt des Imperfecti, wenn ein früheres Vollendetseyn eines Zustandes und dessen Fortdauer angedeutet werden soll.

Postea quam honoribus inservire coepi, neque totum rei publicae tradidi, tantum erat philosophiae loci, quantum *superfuerat* amicorum et rei publicae temporibus. C. Off. 2, 1. Menenius Agrippa narrasse fertur: Tempore, quo in homine non, ut nunc, omnia in unum consentiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo *fuerat*, indignatas reliquas partes, suo labore ac ministerio ventri omnia quaeri. L. 2, 32. Hi (centuriones) seu vere, quam *habuerant*, opinionem ad eum (Varum) perferunt, sive etiam auribus Vari serviunt, confirmant, totius exercitus animos alienos esse a Curione. Caes. C. 2, 27. Primus sollicitos fecisti, Romule, ludos, quum iuvit viduos rapta Sabina viros. Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro, nec *fuerant* liquido pulpita rubra croco. O. Art. 1, 101. Quaeris, cur veniam tibi tardior? aurea Phoebo porticus a magno Caesare aperta fuit. — Atque aream circum *steterant* armenta Myronis, quattuor artifices, vivida signa, boves. Propert. 2, 23 (3, 27), 7. nach εἱστήκεισαν, wie: Omne in praecipiti vitium *stetit*. Iuvenal. 1, 149. für ἕστηκε, es steht.

b. ebenfalls statt des Imperfecti, wenn über eine frühere Begebenheit ein Urtheil nicht sowohl als Meinung des Schriftstellers, als vielmehr durch die damals schon vorhanden gewesenen Umstände bestimmt scheinen soll.

*) st. interfuerant.

Digitized by Google

Senatus ita, uti par *fuerat*, decrevit, suo atque populi iniussu nullum potuisse foedus fieri. Sall. I, 39. Caesar in ore semper Graecos versus de Phoenissis habebat: Nam si violandum est ius, regnandi gratia violandum est. Capitalis Eteocles, qui id unum, quod omnium sceleratissimum *fuerat*, exceperit. C. Off. 3, 21. cf. Heusing. h. l. Nullum video finem mali; hoc *fuerat* extremum! C. Att. 9, 18. cf. Iuvenal. 5, 76. Vix tanti *fuerat*, civilia bella movere. Lucan. 2, 62. cf. C. Lael. 4, 15. O. Met. 2, 659. Catilina erupit e senatu, triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire *non oportuerat*. C. Mur. 25. cf. Liv. 45, 40, 8. Lucullus quum victor a Mithridatico bello revertisset, triennio tardius, quam *debuerat*, triumphavit. C. Acad. 2, 1. cf. C. Tusc. 3, 22. fin.

c) statt des Perfecti, wenn in Beziehung auf Etwas bereits vergangenes, wenn auch nicht ausdrücklich angegebenes, das frühere Daseyn eines Zustandes angedeutet werden soll.

Existimaram pro mutuo inter nos animo et pro reconciliata gratia, nec absentem ludibrio lacsum iri, nec Metellum fratrem per te oppugnatum iri. C. Fam. 5, 1. A Socrate philosophia, non illa de natura, quae *fuerat* antiquior, sed haec, in qua de hominum vita et moribus disputatur, inventa dicitur. C. Brut. 8. Illud ingenii magni est, praecipere cogitatione futura, nec committere, ut aliquando dicendum sit: non *putaram*. C. Off. 1, 23. cf. Ellendt ad C. Brut. 2, 7. Belgas, quam tertiam esse partem Galliae *dixeramus*. Caes. 2, 1. cf. 2, 24. 28. 4, 27.

7. Das Futurum exactum wird für das Deutsche Futurum simpler (eben so wie das Perfectum Coniunctivi für das deutsche Präsens, oben 5, a *) mit Urbanität gebraucht, wenn durch die Vorstellung des in der Zukunft schon Vollendeten die Versicherung als gewisser, der Wunsch als schon erfüllt, die zugemuthete Beschwerde als vorübergehend erscheint und zugleich auf die daraus entstehenden Folgen, auf die dadurch bestimmte Lage und Umstände hingedeutet wird. Steht es so neben dem regelmäßig gebrauchten eines Conditionalsatzes, so deutet es an, daß die durch jenes herbeigeführte Folge mit ihm zugleich als in der Zukunft erreicht gedacht werden solle.

Aquilifer: Desilite, inquit, commilitones, nisi vultis aquilam hostibus prodere: ego certe meum reipublicae atque imperatori officium *praestitero*. Caes. 4, 25. Ah, si pergis, *abiero*. T. Ad. 1, 2, 47. Ego vero, inquam, si *potuero* †),

†) wenn ich erst gesehen habe, ob ichs kann; — Mißtrauen in seine Kräfte; (was auch potero ausgedrückt hätte,) aber größere

faciam vobis satis. C. Brut. 5. Quid inveritum sit, paulo post *videro* *). C. Acad. 2, 24. Amicitiam meam experiri licet; quoad vives, nunquam redditam gratiam *putaveris*. Sall. Ep. 10. Multo citius meam salutem pro te *abiecero* quam Cn. Plancii salutem *tradidero* contentioni tuae. C. Planc. 33. Praeclare *vixero*, si quid mihi acciderit prius, quam hoc tantum mali videro. C. Mil. 36. Improbos si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit, non breve nescio quod tempus, sed multa saecula *propagarit* **) reipublicae. C. Cat. 4, 3. Hoc praestantius mihi *fuerit* et ad laetitiam animi et ad memoriae dignitatem, si in tua scripta pervenero, quam si in ceterorum. C. Fam. 5, 12. Pergratum mihi *feceris*, si dederis operam, ut Hegesareti intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Ib. 13, 25. cf. C. Or. 3, 14, 55. Ita ut Hisponem meum per me *ornaris*, et societatem mihi coniunctiorem *feceris*, tuque ipse ex huius observantia, et ex sociorum gratia maximum fructum capies, et me summo beneficio *affeceris* †). C. Fam. 13, 65. *Desperaro*, si te videro. C. Att. 2, 24. cf. C. Rep. 1, 46. extr. Phil. 12, 12, 28. N. D. 2, 21, 57. Satis te mature *videro*, si plane confirmatum videro. C. Fam. 16, 3. Magnam iacturam causae *fecero*, si ullam esse convenientiam naturae cum extis concesserol. C. Div. 2, 15. Adiuva nos tua sententia: quod quum feceris, ex magna parte communi commodo *inservieris*. C. Fam. 11, 4. cf. C. Ligar. 12, 36. Rep. 1, 21. extr. Qui Antonium oppresserit, is hoc bellum terrimum *confecerit*. Ib. 16, 19. cf. C. Fam. 11, 12.

8. Die angegebenen Tempora werden auch so im Coniunctivo gebraucht; besondere Rücksichten finden nur in Hinsicht der Bedingungssätze und des Futuri Statt.

Bereitwilligkeit zu erkennen gebend, mit schon versuchter Kraft das Gewünschte zu leisten. cf. C. Rep. 1, 43. pr. Or. 2, 29, 85. Ellendt ad C. Brut. 5, 21.

*) das werde ich bald wohl sehen; so der Deutsche, statt: gesehen haben, cf. C. Rep. 2, 9. Or. 2, 8, 33. 3, 10, 37. Flacc. 23, 56. Verr. 4, 16, 36.

**) dann dürfte es wohl die Dauer unseres Freistaates auf viele Jahrhunderte verlängern.

†) was Cicero für sich vom Silius erwartet, drückt er durch das Fut. exact. aus; was Silius selbst zu hoffen habe, durch das zuversichtliche capies. So: Quod si erit factum: et rem publicam divino beneficio *affeceris*, et ipse aeternam gloriam *consequere*. C. Fam. 10, 14. denn das Letztere dauert fort, cf. C. Fam. 1, 9, 69. 3, 6, 15.

Digitized by Google

Wird von dem Redenden ein Zustand unter andern Umständen, als die wirklichen sind, als möglich vorausgesetzt, so beurtheilt er diesen von dem Punkte seiner Gegenwart aus und setzt ihn, da er ihn weder als jetzt vollendend, noch als vollendet betrachten, mithin nur in der dem Jetzt vorhergehenden Zeit sich denken kann, in das Imperfectum, und auf gleiche Weise den Zustand, den er für die Vergangenheit als angenommenen Fall voraussetzt, in das Plusquamperfectum Coniunctivi. Da nun Zukunft auch nur von dem Punkte der Gegenwart aus denkbar ist, so kann der Redende einen für diese als möglichen Fall vorausgesetzten Zustand ebenfalls nicht anders angeben, z. B. *si eras scriberem*, si eras *scripsissem*. Bei Participiis wird das Seyn durch *essem* und *fuissem*, das Werden für beide Fälle durch *forem* ausgedrückt, welchen die Infinitive *esse*, *fuisse* und *fore* entsprechen. §. 163. Not.

*) Wie *esse* seyn, ein bestehendes Seyn in der Gegenwart, *fore* werden, seyn werden, §. 72, VIII. ein im Werden begriffenes, noch bevorstehendes Seyn bedeutet, so setzt auch im bedingten Ausdruck *essem* ich wäre, *fuissem* ich wäre gewesen, ein wirkliches Seyn voraus, *forem* ich würde, würde seyn, auch für das Plusquamperfectum gebraucht, ein noch zu erwartendes, mithin durch Umstände bedingtes Seyn.

Horteusium quidem ego confido omnibus laudibus excellentem *fore*. Et Crassus, *Fore* dicis, inquit; ego vero *esse* iam indico. C. Or. 3, 61. cf. C. Fam. 3, 5, 4. 7, 8. pr. 13, 28. sub fin. 13, 68. Hic (Cacus), ne certa *forent* manifesta signa rapinae, aversos cauda traxit in antra boves. Propert. 4 (5), 9, 11. entstünden, erst würden, wie V. Aen, 8, 209. Pacti, qui Samnitium *forent*, ut cum singulis vestimentis emitterentur. L. 9, 42. bei welchen es sich ergeben würde, daß sie den Samnitern angehörten. At si saecla *forent* antiquis grata puellis, *essem* ego, quod nunc tu; tempore vincor ego. Propert. 2, 19, 47. (3, 18, 35). Iugurtha interdum secum ipse reputabat, quam gravis casus in servitium ex regno *foret*. Sall. I. 62. Hiempsal dextera Adherbalem assedit, ne medius ex tribus Iugurtha *foret*. Ib. 11. daß er nicht der Mittlere würde. Ego quidem vellem, haec, quae antea in senatu questus sum, vana *forent* potius, quam miseria mea verbis fidem faceret. Ib. 24. Nondum, quae morae causa *foret*, pervenerat ad duces. L. 24, 31. Quidam filium ab A. Postumio victorem securi percussum tradunt. Nec libet credere; et argumento est, quod imperia Manliana, non Postumiana appellata sint: quum, qui prior auctor tam saevi exempli *foret*, occupaturus insignem titulum cru-

Digitized by Google

delitatis fuerit. L. 4, 29. gewesen seyn würde. — Eben so in Compositionen: Tulit Romana regia sceleris tragici exemplum, ut ultimum regnum *esset*, quod scelere *partum foret*. L. 1, 46. hier als zukünftig, von der Vergangenheit aus (tulit) beurtheilt.

De M. Livio, praefecto arcis Tarentinae, haud minore certamine actum est, aliis senatusconsulto abstantibus praefectum, quod eius socordia Tarentum *proditum* hosti *esset*; aliis praemia decernentibus, quod per quinquennium arcem *tutatus esset*, maximeque unius eius opera *receptum* Tarentum *foret*; mediis ad censores, non ad senatum, notionem de eo pertinere dicentibus. Cuius sententiae et Fabius fuit. Illi cui tamen, fatera se, opera Livii Tarentum receptum; neque enim recipiendum fuisse, nisi *amissum foret*. L. 27, 25. nämlich *receptum foret* und *amissum foret* hier bedingt, von Handlungen, deren Gewißheit erst noch ausgemittelt werden sollte. Sed bona magnaque pars servabat foedera casti; aut genus humanum iam tum *foret* omne *peremtum*. Lucret. 5, 1024. Scurra, notus urbano sale, habere dixit se genus spectaculi, quod in theatro nunquam *prolatum foret*. Phaedr. 5, 5, 8. bedingt: was wohl noch nicht auf das Theater gebracht worden seyn würde; nicht sollte, gebracht worden wäre. Aehnliche Stellen sind N. 6, 3, 5. 18, 12, 1. L. 2, 56, 14. 15. 22, 3m, 6. 41, 3. 24, 18, 14, 25, 23, 4. 28, 9, 10. Etwas anders steht diese Form in folgendem Beispiel: Antenor, Persei praefectus, quum aliquas alto praeferri onerarias naves ex speculis *significatum foret*, parte lemborum ipse insequens, parte per Cycladas disposita, omnes aut supprimebat, aut spoliabat naves. L. 44, 29. aber auch hier ist die Handlung bedingt ausgesprochen: angezeigt worden seyn mochte, wo also die Bestätigung des Angezeigten noch zu erwarten war, wie Phaedr. 3. Prol. 28. 3, 10, 13.

a. Me vehementer vitae meae *poeniteret*, si in mea familiaritate locus *esset* nemini, nisi litigioso aut nocenti. C. Planc. 33. Quae vita *fuisset* Priamo, si ab adolescentia *scisset*, quos eventus senectutis esset habiturus? C. Div. 2, 9. Civilis si maioribus copiis *instruxisset* aciem, circumiri a tam paucis cohortibus *nequisset*. Tac. H. 4, 34. Siehe unten Conditionalsätze.

b. Si Siciliam tantum ac Sardiniam nostra virtute *recuperaturi essemus*, satis tamen ampla praemia essent. L. 21, 43. im Begriff wären zu erobern, würden erobern wollen; recuperaremus wenn wir wirklich eroberten. Si tibi nemo *responsurus esset*, tamen ipsam causam demonstrare non posses. C. Caecil. 13. Si singuli singulos *aggressuri essetis*, tamen acrius

Digitized by Google

crederem vos pro libertate, quam illos pro dominatione, *certaturos*. L. 6, 18. Caesar respondit, se fore aequissimum Pharnaci, si, quae polliceretur, *repraesentaturus esset*. Hirt. b. Alex. 79. Mihi quidem Cn. Pompeius hoc tribuit, ut diceret, frustra se triumphum tertium *deportaturum fuisse*, nisi meo in rem publicam beneficio, ubi triumpharet, *esset habiturus*. C. Off. 1, 22. Recepti in provinciam non sumus. Quid, si essetis? Caesarine eam *traduri fuissetis*, an contra Caesarem *retenturi*? C. Ligar. 7. — *eventurum fuisse* s. §. 163. Not. b. Titurius clamitabat, Caesarem (se) arbitrari profectum in Italiam: neque aliter Carnutes interficiundi Tasgetii consilium *fuisse captaros*, neque Eburones, si ille adesset, tanto cum contemtione nostri ad castra *venturos esse*. Caes. 5, 29. Fuit apertum, si ille (Conon) non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus Regi *futurae ereptarum*. N. 9, 2. cf. 17, 6, 1. L. 26, 44, 4. er würde entrissen haben. — Quid futurum erat temporibus illis, quae sine exemplo fuerunt, si homines nihil nisi quod iam cognovissent, faciendum sibi aut cogitandum putassent? Nempe nihil *fuisset inventum*. Q. 10, 2, 4. es würde nichts erfunden gewesen (worden) seyn.

c. Velut si urbem extemplo *aggressurus* Scipio *foret*, ita ad arma est conclamatum. L. 29, 28. Alexander subinde iussit Indos clamore terrere, quasi flumen *transnaturus foret*. Curt. 8, 13, 18. cf. L. 35, 13, 9. Peregrinus philosophus virum sapientem non peccaturum esse dicebat, etiamsi peccasse eum dii atque homines *ignoraturi forent*. Gell. 12, 11. — Ni virtus fidesque vestra *spectata* mihi *forent*, nequidquam opportunae res accidissent. Sall. C. 20, 2. *Detectus* exercitus *foret*, ni fugientes silvae texissent. L. 3, 22. Catilina dissimulandi causa, atque sui expurgandi, sicuti largio *lacessitus foret*, in Senatum venit. Sall. C. 31, 5. Alexander dixit, Clitum, si diutius *locutus foret*, exprobraturum sibi fuisse vitam a semet ipso datam. Curt. 8, 1, 39. Consul ita mota omnia accepit, ut alii in armis essent, alii obsidione ad defectionem cogerentur: nec, nisi in tempore *subventum foret*, ultra sustentaturi fuerint. L. 34, 18. cf. 10, 35, 7. Nobiles pollui consulatum credebant, si eum, quamvis egregius, homo novus *adeptus foret*. Sall. C. 23, 6. Fremebant, occupandum eum tumulum esse, ne, si *occupatos* ab Hannibale *foret*, velut in cervicibus haberent hostem. L. 27, 26. Marcellus transfugas colloquiis tentare hominum animos iussit, et fidem dare, si *traditae forent* Syracusae, liberos eos ac suis legibus victuros esse. L. 25, 23. Quod videret nomine pacis bellum *involutum fore*. Cic. ap. Non. 4, 252. — Philippus, ut, seu terra, seu mari ob-

Digitized by Google

viam *eundum* hosti *foret*, paratus ad omnes conatus esset. De metriadem ad mare descendit. L. 28, 5. Scipio Nasica dixit quod ex bonis redigi non possit, ex corpore et tergo L. Scipionis petituros inimicos, ut in carcerem includatur et in tenebris exspiret. Non id Corneliae magis familiae, quam urbi Romanae *fore erubescendum*. L. 38, 59.

9. Da die Futura keine Tempusform für einen Conjunctivus haben, so ist zu bemerken:

a. Der Coniunctivus periphrasticus Futuri wird nur in solchen Sätzen gebraucht, deren Tempus nicht von dem eines andern Satzes abhängig ist; in untergeordneten hingegen, wo das Futurum schon in dem nebenstehenden Hauptsatz ausgedrückt ist, steht dafür der Coniunctivus Praesentis, wenn von Gegenwart, und der Coni. Imperfecti, wenn von Vergangenheit die Rede ist. Vergl. 10.

His de rebus quid *acturus sis*, rescribas mihi velim. C. Fam. 5, 12. Et quisquam dubitabit, quid virtute *perfecturus sit*, qui tantum auctoritate perfecerit? C. Manil. 15. Tribunus plebis vetat intercedere, quum intercessio stultitiam intercessoris *significatura sit*. C. Agr. 2, 12. Bonum virum fingimus, qui *celaturus* Rhodios non *sit*, si id turpe iudicet. C. Off. 3, 12. Non debes dubitare, quin, aliqua re publica, *sis futurus*, qui esse debes. C. Fam. 6, 1. Mihi deliberatum et constitutum est, ita gerere consulatum, ut rem nullam, quae a tribuno plebis impediri possit, *appetiturus sim*. C. Agr. 1, 8.

Non committam, ut tum res *iudicetur*, quum haec frequentia totius Italiae Roma discesserit. C. Verr. A. 1, 18. Tunum dixisse ferunt, nullam breviorem esse cognitionem, quam inter patrem et filium, paucisque transigi verbis posse: ni *pareat* patri, habiturum infortunium esse. L. 1, 50. (dafür nisi *quieverint*. L. 4, 49, 11.) Tu si quid forte ad me scripseris, perficiam, ne te frustra scripsisse *arbitrere*. C. Fam. 5, 17. — Quum Veientes bello fessi legatos ad senatum misissent, tum ex his quidam dixisse dicitur: in fatis scriptum Veientes habere, fore, ut brevi a Gallis Roma *caperetur*. C. Div. 1, 44. Metellus Marium quasi per amicitiam monet: *caveret*, id petere a populo Romano, quod illi iure *negaretur*. Sall. I. 64, 2. (monet, §. 2, a.) Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus *ferret*. L. 9, 2. Hülfe leisten würde; wo diese Bedeutung des Zukünftigen durch den Zusammenhang angedeutet ist.

Im Passivo vertritt nur der Coniunctivus Praes. den des Futuri: Mirifice sum sollicitus, quidnam de provinciis *decernatur*. C. Fam. 2, 11.

Digitized by Google

b. An der Stelle des Coniunctivi Futuri exacti ſteht, wenn das dazu gehörige Futurum von einem Präſens abhängt, der Coniunctivus Perfecti; hängt es aber von einem Präterito ab, der des Plusquamperfecti. Cf. Held ad Caes. C. 1, 15.

Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi *adiunxerint*, res publica nos inter nos conciliatura coniuncturaque sit. C. Fam. 5, 7. Haec profecto vides, quanto illustriora futura sint, quum aliquantum ex provincia atque ex imperio laudis *accesserit*. Ibid. 1, 7, 22. Quis hoc non perspicit, praeclare nobiscum actum iri, si populus Romanus istius unius supplicio *contentus fuerit*? C. Verr. 1, 4. Caesar Caninium Rebilum Legatum mittit ad Libonem colloquii causa: ut ipse cum Pompeio colloqueretur postulat: magnopere sese confidere demonstrat, si eius rei *sit* potestas *facta*, fore, ut aequis conditionibus ab armis discedatur. Caes. C. 1, 26. Hoc, si ipsi *tacuerint*, vos scituros, quum testis orationis meae totus exercitus sit, non credunt? L. 38, 49.

Datames se iussit omnes confestim sequi. Quod si animo strenuo *fecissent*, futurum, ut adversarii non possent resistere. N. 14, 6. De Rosciorum audacia tum me dicturum pollicitus sum, quum Erucii crimina *diluissem*. C. S. Rosc. 28. fin. Ad Caesarem Morinorum legati venerunt, qui se ea, quae *imperasset*, facturos pullicerentur. Caes. 4, 22.

10. Wenn in einem Haupt- und untergeordneten Satze, der die Rede, Gedanken und Vorſtellungen eines Andern ausdrückt, von gleichzeitigen Dingen die Rede iſt, ſo folgt auf das *Praesens* und *Futurum* des Hauptſatzes in dem untergeordneten nach *ut*, *ne*, *quo*, *qui* das *Praesens*, und auf ein *Praeteritum* (Imperf. Perf. oder Plusquamperf.) das *Imperfectum Coniunctivi*; gehört hingegen der im untergeordneten Satze angegebene Zuſtand einer andern, als der im Hauptſatze angedeuteten Zeit an, ſo folgt das dieſer entſprechende Tempus.

Beiſpiele hierüber in dem folgenden Abſchnitte von verbundenen Sätzen.

IV. Modi. §. 49.

A. *Indicativus.*

165 Durch den *Indicativus* ſpricht der Redende das Daſeyn eines Zuſtandes unbedingt behauptend aus, und braucht daher dieſen Modus

1. in Haupt- und Nebenſätzen, wenn er bloß angibt, daß Etwas wirklich Statt finde, Statt gefunden habe, oder Statt finden werde. So auch beim Ausruf.

Digitized by Google

Omne animal sensus *habet*. C. N. D. 3, 13. Ecce *bibit* arcus; *pluet*, *credo*, hodie. Plaut. Curc. 1, 2, 43. Ut agri non omnes frugiferi *sunt*, qui *coluntur*; sic animi non omnes culti fructum *ferunt*. C. Tusc. 2, 5. Ut saepe summa ingenia in occulto *latent*! Plaut. Capt. 1, 2, 63. Quam non *est* facilis virtus! C. Att. 7, 1.

2. in directen Fragen, das iſt ſolchen, die geradezu eine Antwort verlangen.

Unde *deiectus est* Cinna? ex urbe. Unde deiecti Galli? a Capitolio. C. Caecin. 30. Quis potione uti, aut cibo dulci diutius *potest*? C. Or. 3, 25. Quis Aristidem non mortuum *diligit*? C. Fin. 5, 22.

Not. 1. Die Prädicate *possum*, *licet*, *debeo*, *decet*, *oportet*, *necesse est*; *longum*, *aequum*, *par*, *consentaneum*, *satis*, *satius*, *melius*, *optimum est*, *erat*, *fuit*, *fuerat* und ähnliche, auch die Coniugatio periphrastica mit — *dus*, §. 58, 2. ſtehen im Indicativo Praesentis oder eines Praeteriti, wenn das Können, Dürfen, Sollen, Müſſen u. ſ. w. in der Gegenwart oder Vergangenheit als wirklich Statt findend bezeichnet wird, obgleich die in dem nebenſtehenden Infinitiv angegebene Handlung als nicht zu Stande kommend gedacht werden muß. Der Deutſche braucht in dieſem Falle wohl auch den Indicativ, gewöhnlicher aber den Conjunctiv eines bedingten Folgeſatzes: Ich könnte, ſollte, es wäre billig geweſen.

Possum *) persequi multa oblectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa, quae dixi, fuisse sentio longiora. C. Sen. 16. *Longum est* **) mulorum persequi utilitates et asinorum, quae certe ad hominum usum paratae sunt C. N. D. 2, 64. Mehercule mallem, id quod *erat aequius*, de tuis rebus ex tuis literis quam saepissime cognoscere. C. Fam. 7, 14. Caesos Romanos adeo Pyrrhus miratus est, ut diceret: O quam *facile erat* ***) orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis! Flor. 1, 18. Perturbationes animorum *poteram* ego morbos appellare; sed non conveniret ad omnia. C. Fin. 3, 10. Omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco colere *debebas* †). C. Phil. 2, 38. Haec tecum coram *malueram*; sed quia longius *fiebat* ††), volui per literas eadem, ut haberes, quod diceres, si quando in vituperatores meos incidisses. C. Fam. 7, 3. Oh, regem me esse *oportuit* †††)! T. Phorm. 1, 2, 20. Iecit fundamenta rei publicae, serius omnino, quam *decuit*. C. Phil. 5, 11. Liberos tuos instituere atque erudire ad maiorum instituta atque civitatis disciplinam, non ad tua flagitia *debuisti*.

*) So: Enumerare possum. C. N. D. 2, 47.
**) es würde zu weitläufig ſeyn. So: longa mora est, enumerare. O. Met. 1, 214.
***) wie leicht würde es ſeyn. So: minus aegre, quam *dignum erat*. Liv. 1, 14.
†) du hätteſt ehren ſollen.
††) weil es zu lange gedauert haben würde.
†††) ich hätte ein König ſeyn ſollen. Cf. C. Acad. 2, 4, 10.

Digitized by Google

C. Verr. 3, 69. Hoc quidem praeceptum ad tollendam amicitiam valet. Illud potius *praecipiendum fuit* *), ut diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis. C. Lael. 16. Optimum quidem *fuerat* **), eam patribus nostris mentem datam ab diis esse, ut et vos Italiae, et nos Africae imperio contenti essemus. L. 30, 30. cf. C. Off. 3, 25. init. Lael. 4, 15. T. Hec. 3, 1, 4. Non Asiae nomen *obiiciendum* Murenae *fuit*, ex qua laus familiae constituta est. C. Mur. 5. cf. C. Phil. 12, 7, 17.

Not. 2. Die verallgemeinernden Relativa, wie *utut*, *quisquis*, *quicunque*, §. 87, I. und die Adverbia *paene*, *prope*, drücken an sich schon mit dem Indicativo das Unbestimmte aus, was der Deutsche hier durch den Conjunctiv anzudeuten pflegt. Dahin gehört auch *sive — sive*. Der Conjunctivus steht nur unter den §. 166. angegebenen Bedingungen dabei.

Quisquis est ***), qui moderatione et constantia quietus animo est, sibique ipse placatus, is est sapiens. C. Tusc. 4, 17. Expugnata est navis falsi Neronis, et interfectus *quisquis* ille *erat*. Tac. H. 2, 9. *Quidquid erit*, non modo magnum, sed etiam parvum, scribes. C. Att. 14, 1. P. Lentulus, *quidquid habuit*, *quantumcunque fuit*, illud totum habuit ex disciplina. C. Brut. 77. *Quidquid* id *est*, timeo Danaos et dona ferentes. V. Aen. 2, 49. *Quoquo modo* res se *habet* †), peto a te, ut tantum Hippiae commodes, quantum tua fides dignitasque patietur. C. Fam. 13, 37. *Utut erat*, mansum tamen oportuit. T. Heaut. 1, 2, 26. cf. Phorm. 3, 2, 46. Hoc anno (*quoscunque* consules *habuit*) rei ad populum Furius et Manlius circumeunt sordidati. L. 2, 54. Omnino qui reipublicae praesunt, utilitatem civium sic tueantur, ut, *quaecunque agunt*, ad eam referant, obliti commodorum suorum. C. Off. 1, 25. Homines benevolos, *qualescunque sunt* ††), grave est insequi contumelia. C. Att. 14, 14. Regis Deiotari voluntatem et copias, *quantaecunque sunt*, nostras esse duco. C. Fam. 15, 1. extr. cf. C. Brut 93, 321. Or. 2, 28, 122. Hoc ultimum, *utcunque* initum finitumque *est* †††), ante deditionem Capuae proelium fuit. L. 26, 6. Gratissimum mihi feceris, si huic commendationi meae tantum tribueris, *quantum cui tribuisti* *) plurimum. C. Fam. 13, 22.

Brutum non minus amo, quam tu; *paene dixi*, quam te. C. Att. 5, 20. Nunc illud, quod *paene praeterii*, non omnino relinquendum videtur. C. Verr. 3, 35. pr. *Prope oblitus sum*, quod maxime fuit scribendum. C. Fam. 8, 14. Carebis praedae parte, miles, ex eo hoste, cui *prope* praedae fuisti. L. 3, 29. cf. 2, 17, 3. Tu tamen, *sive habes* aliquam spem de re publica, *sive desperas*, ea para, meditare, cogita, quae esse in

---

*) das hätte man zur Regel machen sollen.
**) es wäre das Beste gewesen. Phil. 7, 1, 3.
***) wer es auch seyn mag.
†) damit mag es seyn, wie es will, cf. C. Ligar. 7, 23. Auch C. Fam. 1, 5, 2. haben 6 Mss. und ältere Ausgaben bei Benedict quoquo modo res se *habet*. So: *Utcunque* se *habet* res. L. 7, 13.
††) wie sie immer beschaffen seyn mögen, cf. C. Brut. 52, 193.
†††) wie sie immer begonnen und geendet haben mag.
*) so viel, als du nur je Einem zugestanden haben magst.

Digitized by Google

eo civi ac viro debent, qui sit rem publicam in veterem dignitatem ac libertatem vindicaturus. C. Fam. 2, 5. extr. cf. C. Or. 1, 23, 109. — Anders ists in folgendem Beispiel: Nostris honoribus agri, *prope dicam*, ipsi montesque faverunt. C. Planc. 8. cf. C. Quint. 13, 44.

B. *Coniunctivus.*

Durch den *Coniunctivus* spricht der Redende das Daseyn eines Zustandes bedingt behauptend aus, indem er es so darstellt, wie er sich es als von andern Zuständen abhängig und durch diese möglich denkt. Da nun das Mögliche nur vor und hinter dem Punkte des Wirklichen denkbar ist, so unterscheidet sich hiernach der Coniunctivus als Modus potentialis und conditionalis. 166

*) Das Wirkliche in der That und mit Ausschließung jedes Bedingten ist dem Redenden nur in dem Momente der Gegenwart vorhanden §. 163, 1. *). Ein hinter oder vor diesem liegender Zustand kann zwar auch als wirklich vorhanden angenommen, aber als solcher von ihm nur gedacht werden. In diesen drei Fällen braucht er den Indicativus. Als Gegensatz des Wirklichen in der Gegenwart, Vergangenheit und Zukunft ist nun das Mögliche, als der Gegenwart des Redenden abwesend, entweder als vor demselben liegend denkbar, und dieses ist das Seyn sollende als Gegenstand des Begehrungsvermögens, verschieden vom Imperativus, der die Realisirung eines Zustandes unbedingt fordert, und vom Gerundium, welches ein in dem Zustande selbst begründetes Sollen bezeichnet; oder als hinter demselben liegend, das, was unter andern Umständen, als die wirklichen sind, seyn, oder gewesen seyn würde, das Mögliche im engern Sinn als Gegenstand des Vorstellungsvermögens, welches daher nur im Imperfecto und Plusquamperfecto ausgedrückt werden kann, weil in dem Momente, wo es hätte verwirklicht werden können, das Eintreten des Wirklichen gedacht werden muß. Vgl. die Note *) zu §. 193, 2.

1. Als *Modus potentialis* braucht der Redende den Coniunctivus, wenn er einen Zustand als möglich darstellt, von dessen Wirklichkeit jedoch die Bestätigung erst noch zu erwarten sey, theils in isolirten, theils in Erklärungs-, Causal- und Zeit bestimmenden Sätzen, und in Oratione obliqua. Modificationen desselben sind der *Modus concessivus* oder *permissivus*, wenn der Redende, Verzicht leistend, seine Nichttheilnahme an der Verwirklichung eines Zustandes zu erkennen gibt, sie zugibt oder einräumt; und der *Modus optativus*, wenn er diese Verwirklichung wünscht.

A. Hic *quaerat* [1]) quispiam, cuiusnam causa tanta rerum molitio facta sit. C. N. D. 2, 53. Mirum fortasse hoc vobis, aut incredibile *videatur*, in tantis oratorum incommodis

1) Hier kann, könnte mancher fragen. Dieses mögliche, von Umständen abhängige Können, wobei es unentschieden bleibt, ob Einer wirklich fragt, ist von *posse*, dem wirklichen Können oder im Stande seyn, zu unterscheiden.

Digitized by Google

Leontinos expertes incommodorum atque iniuriarum fuisse. C. Verr. 3, 46. Id arbitror apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis. Ita facillime sine invidia laudem *invenias* **) et amicos pares. T. Andr. 1, 1, 39. Qui post factum iniuriam se *expurget*, parum mihi *prosit*. T. Hec. 5, 1, 16. Quid faciam? — *Invenias* ***) argentum. T. Phorm. 3, 3, 7. Quum sese sociorum sanguine implerint decemviri, *incidant* nervos populi Romani, *adhibeant* manus vectigalibus vestris, *irrumpant* in aerarium. C. Agr. 2, 18. *Noris* †) nos, inquit, docti sumus. II. Serm. 1, 9, 7. Dictum ac factum *invenerit* ††) aliquam causam, quamobrem eiiciat oppido mulierem. T. Andr. 2, 3, 7. Armatus sit oportet, quem *oderim* †††). Curt. 4, 11, 17. Hierher gehört auch die Formel *dixerit* aliquis, *ausim* etc. §. 164, 5, a. *). Eam quomodo victoriam *appellem* [1]), quae victoribus plus calamitatis, quam boni dederit? Ad Herenn. 4, 26. Quid *videatur* [2]) ei magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo? C. Tusc. 4, 17. *Miremur* [3]), si plus in tam longo plurium saeculorum spatio, quam in aetate tredecim annorum, fortuna variaverit? L. 9, 18. *Faveas* tu hosti? bonorum spem virtutemque *debilites*? et te consularem, aut senatorem, aut denique civem *putes* [4])? C. Phil. 7, 20. Si quid est, quod inveneris, consume sane. silvam vero tu Scantiam *vendas* nobis consulibus atque hoc senatu? tu ullum vectigal *attingas* [5])? C Agr. 1, 1.

B. Si sine pace tua atque invito numine Troes Italiam petiere; *luant* peccata; neque illos *iuveris* auxilio. — *Concessivus* est modus iste, secundum Probum: namque in Artibus non invenitur. Fit autem, quotiens taedio contentionis quasi videmur concedere, quod tamen nolumus fieri: nam id agit Venus hoc loco, ut Iupiter magis praestet auxilium. Serv. ad V. Aen. 10, 32. Im Deutschen: Mag Etwas seyn.

Fratrem meum et te si habebo, per me ista pedibus *trahantur* [6]). C. Att. 4, 16. *Chremes.* At tamen *dicat* sine.

**) So magst, kannst du, oder: So mag, kann man, §. 161, 3.

***) Du mußt Geld auftreiben. So drückt sich der Deutsche aus, wenn er urtheilt, daß zu der Möglichkeit eines Zustandes alle Bedingungen vorhanden seyen. †) Du mußt mich kennen. ††) muß einen Vorwand (haben) finden lassen; das Fut. exactum statt inveniet, wird einen Vorwand auffinden lassen; eiiciat sc. pater. †††) Den ich hassen soll. 1) Wie kann ich das einen Sieg nennen? 2) Was könnte wohl scheinen? 3) Dürfen, können wir uns wundern? 4) Du kannst begünstigen — schwächen? und dennoch für einen Bürger halten? 5) Du solltest verkaufen — antasten dürfen? 6) mag man das Andre meinetwegen bei den Füßen fortschleppen; sprichwörtlich statt: mag Alles drunter und drüber gehen; cf. C. Fam. 7, 32. med.

Digitized by Google

Simo. Age *dicat* [7]: sino. T. Andr. 5, 3, 24. *Valeant*, qui inter nos discidium volunt. Ib. 4, 2, 13. Geometrae *prodeant* [8]), qui omnia vobis, quae describunt, probant. C. Acad. 2, 36. Ars oratoria quam sit facilis, tu ipse *videris*, qui eam facilem esse dicis. C. Or. 1, 58. cf. §. 164, 5, a. *) u. §. 164, 7. Cuiuscunquemodi animal *constitueris:* necesse est esse in animo quaedam similia eorum, quae sunt in corpore. C. Fin. 4, 11. Malus civis Cn. Carbo fuit. *Fuerit* [9]) aliis: tibi quando esse coepit? C. Verr. 1, 14. Is est eloquens, qui et humilia subtiliter, et magna graviter, et mediocria temperate potest dicere. Nemo is, inquies, unquam fuit. Ne *fuerit.* ego enim, quid desiderem, non, quid viderim, disputo. C. Or. 29. cf. L. 32, 21, 21—25.

C. Im *Optativo* spricht der Redende theils seinen Wunsch, für seine Person allein und mit Andern gemeinschaftlich, aus; theils den Wunsch eines Andern, den er, oder ein Dritter erfüllen soll:

a. Für seine Person allein braucht er diesen Modus bei Wünschen, Betheurungen, Schwüren; auch bei Bitten, Ermahnungen, Forderungen, und mildernd bei Befehlen, statt des Imperativus, in welchem Fall wohl noch *velim*, oder suadeo, censeo beigefügt wird, im Deutschen: Möge Etwas seyn! in der dritten Person aber, wenn er selbst oder durch den Angeredeten einem Abwesenden seinen Willen kund thut. Im ersten Fall steht hier im Deutschen ebenfalls der Conjunctivus; im zweiten Sollen.

Filiam despondi ego. Dii bene *vertant* †)! Plaut. Aul. 2, 3, 5. Quod bonum faustum, felixque *sit* populo Romano, vobisque, Albani; populum omnem Albanum Romam traducere in animo est. L. 1, 28. *Valeant* cives mei, *valeant: sint* incolumes, *sint* florentes, *sint* beati; *stet* haec urbs praeclara, mihique patria carissima! C. Mil. 34. Dii *prohibeant* a nobis impias mentes, et profecto prohibent. Curt. 9, 3, 5. Modo audivi, quartanam a te discessisse. *Moriar* ††), si magis gauderem, si id mihi accidisset. C. Att. 8, 6. Sollicitat, ita *vivam* †††), me tua, mi Tiro, valetudo. C. Fam. 16, 20. *Ne sim* salvus *), si aliter scribo, ac sentio. C. Att. 16, 13.

Velim mihi *ignoscas*, si minus videbor meminisse constantiae tuae. C. Fam. 13, 75. Quidquid veniet in mentem, *scribas velim.* Ib. 9, 19. cf. 5, 2, 11. 13. Dionysium *nolim* ad me profectum. C. Att. 10, 2. Essedum aliquod suadeo *ca-*

7) scil. filius; nun so mag er reden. 8) Da mögen die Meßverständigen zusehen. 9) Mag er es Andern gewesen seyn. †) Mögen es die Götter zum Besten wenden! ††) Ich will des Todes seyn! †††) So wahr ich lebe! wie C. Fam. 2, 13, 7. *) Ich will nicht gesund seyn!

Digitized by Google

pias et ad nos quam primum *recurras*. C. Fam. 7, 7. Treviros *vites* censeo; audio capitales esse. Ib. 7, 13. Ego non, privato publicone consilio Saguntum oppugnatum sit, quaerendum *censeam* **), sed utrum iure, an iniuria. L. 21, 18. Ego quidem tibi non *sim* auctor, si Pompeius Italiam reliquit, te quoque profugere. C. Att. 9, 10. — Quum te bene confirmaris, ad nos *venias* ***). C. Fam. 16, 13. Tua quod nihil refert, *ne cures* [1]). Plaut. Stich. 2, 1, 48. Quod boni datur, *fruare*, dum licet. T. Heaut. 2, 3, 104. Iniurias fortunae, quas ferre nequeas, defugiendo *relinquas*. C. Tusc. 5, 41. Amicus populo Romano *sis*, et, si me virum bonum credis esse, *scias*, multos nostri similes in civitate Romana esse. L. 26, 50. Si certum est facere, *facias:* verum *ne* post culpam *conferas* in me. T. Eun. 2, 3, 97. Hoc ne facito; hoc *ne feceris* [2]). C. Div. 2, 61. Stoici mihi videntur fines officiorum paulo longius, quam natura vellet, protulisse. Nihil *ignoveris*. — Imo aliquid, non omnia. — Misericordia *commotus ne sis*. — Sed tamen est laus aliqua humanitatis. C. Mur. 31.

Patrium est, potius consuefacere filium sua sponte recte facere, quam alieno metu. Hoc qui nequit, *fateatur* nescire imperare liberis. T. Ad. 1, 1, 52. Fetialis, Audi, Iupiter, inquit, *audiat* Fas. Ego sum publicus nuntius populi Romani, verbisque meis fides *sit*. L. 1, 32. Catilinarios hoc moneo: *desinant* furere. C. Cat. 2, 9. Amicus dulcis, ut aequum est, cum mea *compenset* vitiis bona: pluribus hisce, si modo plura mihi bona sunt, *inclinet*. H. Serm. 1, 3, 69. Orator *videat* inprimis, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem *adhibeat;* si iocosis, lepōrem. C. Off. 1, 37. Status, incessus, sessio, vultus, oculi, manuum motus *teneant* decōrum. C. Off. 1, 35. Donis impii *ne* placare *audeant* deos. C. Leg. 2, 16. — *Syrus*. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos propere. — *Dromo*. Quam ob rem? — *Syrus*. Ne quaeras: *efferant* [3]), quae secum huc attulerunt. T. Heaut. 4, 4, 22. Te, Iuno Regina, precor, ut nos victores in nostram urbem sequare, ubi te dignum amplitudine tua templum *accipiat*. L. 5, 21.

b. Den mit Andern gemeinſchaftlichen Wunſch bei Aufmunterungen und Fragen drückt der Redende in der erſten Perſon des Pluralis aus; im Deutſchen durch Wollen.

Nunc aegritudinem, si possumus, *depellamus*. C. Tusc. 3,

) Ich möchte nicht dafür ſtimmen. *) mildernd ſtatt veni.
1) Bekümmere dich nicht um Dinge, die dich nichts angehen.
2) Der Coniunctivus Perfecti wird in der zweiten und dritten Perſon Sing. und Plur. auch vom Zukünftigen gebraucht und ſpielt ſo in das Futurum exactum hinüber, mit welchem er auch die Form gemein hat. 3) Sie ſollen das herausbringen.

Digitized by Google

11. *Imitemur* nostros Brutos, Camillos, Decios; *amemus* patriam, *pareamus* senatui, *consulamus* bonis; id esse optimum *putemus*, quod erit rectissimum. C. Sext. 68. Quoniam omnia commoda nostra legibus obtinemus, a legibus non *recedamus*. C. Cluent. 57. *Meminerimus*, etiam adversus infimos iustitiam esse servandam. C. Off. 1, 13. Unus furiosus gladiator contra patriam gerit bellum. Huic *cedamus?* cum hoc pacem fieri posse *credamus?* C. Phil. 13, 7.

c. Den Willen eines Andern spricht der Redende, wenn er ihn selbst erfüllen soll, in der ersten Person fragend aus; soll ihn der Angeredete oder ein Dritter erfüllen, in der zweiten und dritten Person; in beiden Fällen braucht er im Deutschen Sollen.

*) Dieses Sollen der Willensäußerung ist von dem wirklichen Sollen, welches in den Umständen selbst begründet ist, *debeo* mit dem Infinitivo, und dem unbedingten Müssen, *oportet* und *necesse est* zu unterscheiden. Bei diesen letztern braucht der Redende den Modus potentialis, wenn er verlangt, daß ein Subject sich durch dieses Müssen, durch die Nothwendigkeit bestimmen lasse.

Me penitus nosse *debes*. C. Fam. 2, 16. Philosophiae *servias oportet*, ut tibi contingat vera libertas. S. Ep. 8. cf. §. 133. Not. Hoc arator assequi, certe fructu suo, non potuit: *vendiderit* instrumentum *necesse est*. C. Verr. 3, 87. cf. §. 182. Not. 1.

Quid *enumerem* [4]) artium multitudinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? C. Off. 2, 4. Quid *faciam? roger*, anne *rogem* [5])? quid deinde rogabo? O. Met. 3, 465. Quid *facerem* [6])? V. Ecl. 1, 40.

In te omnis haeret culpa sola, Sostrăta. Quae hic erant, *curares* [7]). T. Hec. 2, 1, 32. *Miretur* [8]), qui sciat, quomodo aut nos ad patiendum sufficiamus, aut illos, qui faciunt, nondum tantarum iniuriarum satietas ceperit. L. 29, 17. Pater Cliniae fortasse aliquanto iniquior erat. *Pateretur*. nam quem *ferret*, si parentem non ferret suum? T. Heaut. 1, 2, 27. Valerius quotidie cantabat; erat enim scenicus. Quid *faceret* aliud? C. Or. 3, 23. Caesar in eam spem venerat, se sine pugna rem conficere posse. Cur fortunam *periclitaretur?* Caes. C. 1, 72. Solent reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere, his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: Haec civitas mulieri redimiculum *praebeat*, haec in collum, haec in

4) Was soll ich anführen? So drückt sich der Redende im Deutschen aus, wenn zwar alle Bedingungen der Möglichkeit eines Zustandes vorhanden sind, er aber noch ansteht, oder es für unnöthig hält, sich dadurch bestimmen zu lassen, vgl. C. Cat. 4, 8, 16. Görenz ad C. Fin. 5, 22, 63. 5) Soll ich mich fragen lassen, oder selbst fragen? 6) Was sollte ich thun? die Frage des Verlegenen in der Vergangenheit, wodurch er die Willensmeinung eines Andern verlangt. 7) Das solltest du besorgen. Der Redende spricht hier selbst die Forderung der Pflicht und Schuldigkeit an die Angeredete aus. 8) Wer es wissen sollte, der sollte sich wundern. Die Umstände verlangen es, daß er sich wundere.

Digitized by Google

crines. C. Verr. 3, 33. Egregie, Caesar, quod lacrimas parentum vectigales esse non pateris. Bona filii pater sine deminutione *possideat*. P. Pan. 38.

2. Als *Modus conditionalis* bezeichnet der Conjunctivus einen Zustand als mögliche Folge anders gedachter Umstände, oder als einen, der in dem Zeitpunkte hätte wirklich werden können, in welchen ein andrer wirklich geworden ist. Er kommt daher nur im Imperfecto und Plusquamperfecto in der Bedeutung: Etwas würde seyn oder gewesen seyn in Conditionalsätzen vor; außerdem als bedingter Folgesatz, wenn der dazu gehörige Vordersatz im Zusammenhange liegt, auch als Wunsch ausgesprochen. Vgl. §. 164, 7. §. 193.

Ego fateor, in ista ipsa consulatus potestate inesse quiddam mali: sed bonum, quod est quaesitum in ea, sine isto malo non *haberemus* [9]). C. Leg. 3, 10. Romani iniussu signa referunt, moestique (*crederes* victos) redeunt in castra. L. 2, 43. cf. §. 161, 3. *Diceres* magnum aliquem ducem ad exercitus ire. P. Pan. 20. Duorum bello solum id *scires*, deteriorem fore, qui vicisset. Tac. H. 1, 50. In provincia aequitate et continentia ea sum consecutus, quae nullis legionibus consequi *potuissem*. C. Fam. 15, 4. — *Vellem* †) adesse *posset* Panaetius. C. Tusc 1, 33. Habes epistolam verbosiorem fortasse, quam *velles*. C. Fam. 7, 3. *Mallem* Cerberum *metueres*, quam ista tam inconsiderate *diceres*. C. Tusc. 1, 6. Quaevis *mallem fuisset* causa, quam ista, quam dicis. C. Or. 2, 4. *Nollem accidisset* tempus, in quo perspicere posses, quanti Pompeium, quanti Brutum facerem. C. Fam. 3, 10. *Cuperem* vultum videre tuum, quum haec *legeres* ††). C. Att. 4, 16. Utinam, ut culpam, sic etiam suspicionem vitare *potuissem!* C. Phil. 1, 13. Unum mihi restabat illud, quod forsitan non nemo vir fortis dixerit: *restitisses*, mortem pugnans *oppetisses* †††). C. Sext. 20. O vitae philosophia dux! quid vita hominum sine te esse *potuisset?* C. Tusc. 5, 2.

Not. 1. *Ne* steht bei dem Modus optativus nur im verbietenden Sinn; *non* im verneinenden und als Gegensatz des positiven Ausdrucks. §. 173. Not. 1.

O utinam hibernae *duplicentur* tempora brumae — atque ego *non videam* tales subsidere ventos, quum tibi provectas aufe-

9) sine isto malo, i. e. si istud malum non esset. bonum non *haberemus*, würden wir nicht haben. †) scil. si fieri posset, wodurch sich dieser hypothetisch, d. i. unter Voraussetzung andrer Umstände, als die wirklichen sind, ausgesprochene Optativus von dem geradezu ausgesprochenen *velim* unterscheidet, vgl C. Sen. 2, 5, 6, 19. ††) Ich möchte dein Gesicht sehen, wenn du dieses läsest Auch künftige Zustände, als Gegenstand des Wunsches oder durch Umstände bedingt gedacht, gehören der Gegenwart an, weil ich mir das wirklich Künftige doch nur jetzt denke. †††) Du hättest widerstehen, den Tod kämpfend suchen sollen; wünschend.

Digitized by Google

ret unda rates. Propert. 1, 8, 9. Causaque *non desit*, desit tibi copia mortis. O. Ibid. 123. I demens, i, carpe fugam, *non hostica* tela excipias tergo, superos precor, integer, oro. Sil. 10, 62.

Not. 2. Bei den Schwurformeln mit *ita*, *sic* wird dem zweiten Satze, welcher den Gegenstand der Betheurung enthält, auch *ut* vorgesetzt, gewöhnlich mit dem Indicativ; mit dem Conjunctiv, wenn dieser Satz selbst wieder als Wunsch ausgedrückt ist. Im Deutschen wird dieses *ut* übergangen.

Ita vivam, *ut* †) maximos sumtus facio. C. Att. 5, 15. *Ita* me *dii ament*, *ut* ego nunc non tam meapte causa laetor, quam illius. T. Heaut. 4, 3, 8. *Ita* deos mihi *velim* propitios, *ut*, quum illius temporis mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. C. Caecil. 13. cf. C. Verr. 5, 14, 35. 37. Cat. 4, 6, 11. *Sic* has deus aequoris artes *adiuvet*, *ut* nemo iam dudum litore in isto constitit. O. Met. 8, 866. Tecum esse, *ita* mihi omnia, quae opto, *contingant*, *ut* vehementer *velim*. C. Fam. 5, 21.

Statt des Coniunctivi Praesentis steht auch das Futurum: *Sic* me di *amabunt*, ut me tuarum miseritum est, Menedeme, fortunarum. T. Heaut. 3, 1, 54. *Ita* me *amabit* Iuppiter, neque te derisum veni, neque dignum puto. Plaut. Trin. 2, 4, 46.

C. *Imperativus.*

Durch den Modus *imperativus* spricht der Redende die Nothwendigkeit der Realisirung eines Zustandes aus, entweder befehlend, oder mit vorgesetztem *ne* verbietend ††). Dieses geschieht 167.

1. unmittelbar durch die erste oder befehlende Imperativform (Iussivus), wenn er selbst dem Angeredeten etwas befiehlt oder verbietet, es sey im strengern oder mildern Tone.

Adventante dea, Procul o, procul *este* †††), profani, conclamat vates, totoque *absistite* luco. V. Aen. 6, 265. O Iuppiter! *serva*, obsecro, haec nobis bona. T. Eun. 5, 9, 19. Patres conscripti, per maiestatem populi Romani *subvenite* misero; *ite* obviam iniuriae. Sall. I. 14. Magna vis est in virtutibus: eas *excita*, si forte dormiunt. C. Tusc. 3, 17. Iustitiam *cole* et pietatem. C. Somn. 3. Tu ne *viola* Cererem. O. Fast. 4, 931. Nimium ne *crede* colori. V. Ecl. 2, 17. Quae-

†) so wahr ich lebe (leben will), ich mache sehr großen Aufwand.

††) Mit dem Imperativ spricht der Redende die Absicht aus, die er jetzt hat; die Zeit der Ausführung der Handlung kann hier, wo es bloß auf das Wollen ankommt, nicht in Betrachtung kommen. Daher die vom Präsens entlehnte Form. Für den griechischen Imperativus Aoristi und Perfecti brauchte der Lateiner lieber den Conjunctivus Perfecti.

†††) entfernt euch, Ungeweihte; eine auch beim Opfer gewöhnliche Form.

Digitized by Google

so, animum ne *desponde*. Plaut. Merc. 3, 4, 29. [*Dubitate* *) etiam nunc, iudices, si potestis, a quo sit S. Roscius occisus. C. S. Rosc. 28.

2. mittelbar durch die zweite oder gebietende Imperativform, wenn der Gebietende, unbedingten Gehorsam fordernd, den Willen einer höhern Macht verkündet, entweder selbst als Repräsentant derselben, z. B. als Machthaber, Gesetzgeber, Erblasser; oder als Bevollmächtigter; daher auch Bitten, Rathschläge, Forderungen, gleichsam als Pflichtgebot und ohne zu beleidigen, in dieser Form vorgetragen werden können.

Semelae Deus, Elige, ait: nullam patiere repulsam. Quoque magis credas, Stygii quoque conscia *sunto* numina torrentis. O. Met. 3, 289. (Aeneas) celso medius stans aggere fatur: Ne qua meis *esto* dictis mora. Iuppiter hac stat. Neve quis ob inceptum subitum mihi segnior *ito*. V. Aen. 12, 564. Aeneas sic deinde locutus: — Tres praemia accipient. Primus equum phaleris insignem victor *habeto*. Ib. 5, 308. Ex legatorum sententia foedus in haec verba fere cum Antiocho conscriptum est: Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus *esto*: — *Excedito* urbibus, agris, vicis, castellis cis Taurum montem usque ad Tanaim amnem. L. 38, 38. Divis omnibus pontifices, singulis flamines *sunto*: virginesque Vestales in urbe *custodiunto* ignem foci publici sempiternum. — Impius ne *audeto* placare donis iram deorum. C. Leg. 2, 8. 9. Heres meus uxori meae dare damnas *esto* argenti, quod elegerit, pondo centum. Q. 7, 9, 9.

Fabius pictor legatus a Delphis Romam rediit, responsumque ex scripto recitavit: Pythio Apollini, republica vestra bene gesta servataque, donum *mittitote*, lasciviam a vobis *prohibetote*. L. 23, 11. Pater mihi nunc ait: periculum ex aliis *facito* **), tibi quod ex usu sit. T. Heaut. 2, 1, 9. Hannibal Antiocho: Quum de bello cogitabis, inquit, inter primos amicos Hannibalem *habeto*: si qua res te ad pacem compellet, in id consilium alium, cum quo deliberes, *quaerito*. L. 35, 19. Non satis est pulcra esse poemata: dulcia *sunto* ***), et quocunque volunt, animum auditoris *agunto*. H. Art. P. 99. Coele-

*) jetzt zweifelt noch! ironisch, denn der eigentliche Sinn ist: unter solchen Umständen könnt ihr nicht länger zweifeln, vgl. C. Verr. 2, 44, 109. 3, 38, 86. Aehnlich ist: Exspectate. Ib. 3, 55. pr. negate. C. Cluent. 24, 65. imitamini. Liv. 3, 21, 6.

**) du mußt dir an Andern ein Beispiel nehmen. Hier nicht als Befehl, sondern als Pflicht einschärfend.

***) sie müssen angenehm seyn. Die Sache selbst macht dieses zum Pflichtgebot.

Digitized by Google

stia semper *spectato*, illa humana *contemnito*. C. Somn. 6. Ut huius oculos in oculis habeas tuis; quoquo hic spectabit, eo tu *spectato* simul: si quo hic gradietur, pariter *progrediminor*. Plaut. Pseud. 3, 2, 68. cf. Mil. 4, 6, 1. Tantum *habeto* *), civem egregium esse Pompeium, et ad omnia, quae providenda sunt in republica, et animo et consilio paratum. C. Fam. 2, 8.

Ubi nos laverimus, si voles, *lavato*. T. Eun. 3, 5, 48. Cum valetudinis rationem habueris, *habeto* etiam navigationis. C. Fam. 16, 6. Haec si vobis, hominibus eruditis, non probabuntur, vestram iniquitatem *accusatote*, qui ex me ea quaesieritis, quae ego nescirem; meam facilitatem *laudatote*, quum vobis non gravate respondero. C. Or. 1, 48. Vince, virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum: tum auctoritatem censorum *amplexato*. C. Cluent. 44. Nisi intellexeritis, iudices, nullum esse officium, quod non Capitonis scelus atque perfidia violarit; virum optimum esse eum *iudicatote*. C. S. Rosc. 38. Ad Rubiconem flumen Caesar, Eatur, inquit, quo deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea *esto* **). Suet. Caes. 32.

Not. 1. Die erste Imperativform wird durch *cura ut*, *fac*, *fac ut* mit dem Conjunctiv umschrieben, wenn man etwas dringend empfehlen, und durch *velim*, *velim ut* mit dem Conjunctiv, wenn man einen Befehl mildert, mehr als Wunsch ausdrücken will. So auch negativ: *fac ne*, *cave*, *nolim* mit dem Conjunctiv, und *noli* mit dem Infinitiv.

Cura, *ut* valeas. C. Fam. 7, 5. *Cura*, *ut* quam primum venias. Ib. 4, 10. Si quod constitutum cum podagra habes, *fac ut* in alium diem differas. Ib. 7, 4. Magnum *fac* animum habeas et spem bonam. C. Q. Fr. 1, 2, 5. Tu vide quid suscipias, neque quam diu vixerit Caesar, sed quam non diu regnarit, *fac* cogites. C. Fam. 11, 3. Me tibi amicissimum et fuisse semper existimes *velim* et futurum esse confidas. Ib. 5, 16. cf. §. 165, 2, a.

Fac, *ne* quid aliud cures, nisi ut quam commodissime convalescas. C. Fam. 16, 11. *Cave*, si me amas, existimes, me, quod iocosius scribam, abiecisse curam reipublicae. Ib. 9, 24. *Cave* facias. C. Att. 13, 33. Hoc *nolim* me iocari putes. C. Fam. 9, 15. *Noli* te oblivisci Ciceronem esse, et eum, qui aliis consueris praecipere et dare consilium. Ib. 4, 5. *Nolite* ad vestras leges atque instituta exigere ea, quae Lacedaemone fiunt. L. 34, 31. *Nolite* id velle, quod fieri non potest. C. Phil. 7, 9. cf. C. Mur. 22, 50.

Außerdem umschreiben die Dichter den Imperativus mit *memento*, *facias velim*, *ne parce*, und den negativen durch *mitte*, *omitte*, *absiste*, *parce*, *veta*, *fuge* mit folgendem Infinitiv.

*) so viel mußt du wissen.
**) der Wurf sey gewagt!

Digitized by Google

Vos timere *absistite*. Phaedr. 3, 2, 18. Vatis amorem corde exire *veta*. Stat. Silv. 4, 4, 102. *Fuge* tangere manes. Stat. Theb. 9, 139.

Not. 2. Mildernd wird ferner ſtatt des Imperativus das Futurum simplex gebraucht, wenn man das Zutrauen zu erkennen geben will, das Gewünſchte werde erfüllt werden, §. 164, 4. und als Wunſch das Praesens und Perfectum Coniunctivi, §. 166, 2. Not. 1, a. §. 164, 3, a.

Tu non *cessabis*, et ea, quae habes instituta, *perpolies*, nosque *diliges*. C. Fam. 5, 12. Si quid acciderit novi, *facies*, ut sciam. Ib. 14, 8. Si quam opinionem veritas extorquebit, ne *repugnetis*, eamque animis vestris *remittatis*. C. Cluent. 2. Me posthac ne *commendaveris* Caesari tuo. C. ad Brut. 16. Ne tu mihi plus, quam unius legionis principes hastatosque, *dederis*. L. 7, 34.

IV. Infinitivus.

168 Der Infinitivus als reiner Zuſtandsbegriff ohne weitere Beziehung *), aber fähig, die nämlichen Beſtimmungen durch Caſus und Adverbia, wie ſein Verbum, anzunehmen, kommt jedesmal in Verbindung mit einem Verbo finito, mit welchem er nur Einen Satz ausmacht, entweder wie ein Nominativus, oder wie ein Accusativus vor. In beiden Fällen wird ihm das Nomen, an deſſen Begriff ſich der genannte Zuſtand offenbart, als Object des Prädicats im Accusativo beigefügt (Accusativus Subiecti) vgl. §. 132, 4. 5.; dann aber umſchreibt ihn der Deutſche durch einen beſondern Satz mit daß.

1. Der Infinitivus ſteht, ſtatt eines Substantivi neutrius generis, als *Nominativus* bei intranſitiven Prädicaten; als *Accusativus* bei tranſitiven und Hülfsverbis, als: volo, possum, queo, debeo, soleo, coepi, pergo, desino, cogo, etc. **) ſelten bei einer Präpoſition.

---

*) Significat infinitum ipsam rem, quam continet verbum. Prisc. XVIII, 4, 43. Der Infinitivus bezeichnet alſo das bloße Seyn eines Zuſtandes und kann daher nur ſtehen, wenn man von einem beſtimmten Seyn etwas behauptet.

**) Infinitivus coniungitur frequentius *voluntativis verbis*, quae Graeci προαιρετικὰ vocant, ut volo legere, cupio discere, desidero videre. Prisc. XVIII, 4, 40. Nec omne ἀπαρέμφατον (i. e. Infinitivus) cuicunque verbo iunctum sensum exprimit, sed illis tantum, quae nullam rem per se dicta significant, quae ab illis προαιρετικὰ, ab his *arbitraria* non absurde vocari possunt; quia per ipsa significatur, dispositionem seu amorem vel arbitrium subesse nobis rei adhuc incertae, sed per adiunctionem verbi alterius exprimendae. Nam *lego* cum *sedere* iunctum, aut *scribo* cum *caedere*, nullam efficit sensus perfectionem; quia et *lego* rem significat et *sedere*, et *scribo* similiter et *caedere*. Si vero dixero *volo* aut *opto*, aut *soleo*,

Digitized by Google

a. *Invidere* *) non cadit in sapientem. C. Tusc. 3, 10. Me, cum huc veni, hoc ipsum nihil *agere* et plane *cessare* delectat. C. Or. 2, 6. Docto homini et erudito *vivere* est *cogitare*. C. Tusc. 5, 38. Bene *sentire* recteque *facere* satis est ad bene beateque vivendum. C. Fam. 6, 1. Ingenuas *didicisse* fideliter artes, emollit mores, nec sinit esse feros. O. Pont. 2, 9, 48. Dulce et decorum est, pro patria *mori*. H. Carm. 3, 2, 13. Ipsum quidem illud quam sit bellum, *cavere* malum, scire possumus. C. Or. 1, 58. Libet semper *discere*. C. Or. 3, 23. Clientibus nefas more Gallorum est, etiam in extrema fortuna *deserere* patronos. Caes. 7, 40. Illud *videre* est, in animis hominum regale si imperium sit, unius fore dominatum, consilii scilicet. C. Rep. 1, 38. Est *videre* †) apud Germanos argentea vasa non in alia vilitate, quam quae humo finguntur. Tac. G. 5. Nulli necesse est, felicitatem cursu *sequi*; est aliquid, etiamsi non *repugnare*, *subsistere* et *instare* fortunae ferenti. S. Ep. 22. Erranti viam non *monstrare* ††), hoc Athenis exsecrationibus publicis sanctum est. C. Off. 3, 13. Nobis stet illud, una *vivere* in studiis nostris. C. Fam. 9, 2. Nihil est aliud, bene et beate *vivere*, nisi honeste et recte *vivere*. C. Par. 1, 4. Quid est aliud, gigantum more *bellare* cum diis, nisi naturae *repugnare*? C. Sen. 2. Quid est aliud, *tollere* e vita vitae societatem, quam *tollere* amicorum colloquia absentium? C. Phil. 2, 4. Antonius nihil Mucianum veritus est; quod exitiosius erat, quam Vespasianum *sprevisse*. Tac. H. 3, 49. Apud Persas summa laus est fortiter *venari*. N. 7, 11. Est operae pretium, diligentiam maiorum *recordari*. C. Agr. 2, 27. Romanis mos erat, in adversis vultum secundae fortunae *gerere*, *moderari* animos in secundis. L. 42, 62. Nimirum haec est illa praestans et divina sapientia, nihil *admirari*, quum acciderit. C. Tusc. 3, 14. Ea potestas per senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum *parare*, bellum *gerere*. Sall. C. 29. Quae virtus et quanta, boni, sit *vi-*

---

aut *incipio* et similia, nullam rem ex huiusmodi verbi pronuntiatione significo. Et haec sunt vel talia, quae bene a paremphatico implicantur, ut ex uno arbitrium, ex altero res notetur: *volo currere*, *opto invenire*, *dispono proficisci*, *soleo scribere*. Macrob. de differ. et societate graeci latinique verbi. p. 741. edit. Zeun.

*) Beneiden findet bei den Weisen nicht Statt.

†) man kann sehen, wie ἔστι, ἔξεστι, cf. T. Ad. 5, 1, 42. H. Ep. 1, 1, 32. Stat. Silv. 3, 1, 15. Cort. ad Sall. I. 110, 3. Garat. ad C. Sext. 12. p. 54.

††) Umschreibung und Erklärung des folgenden hoc.

Digitized by Google

vere parvo, discite. H. Serm. 2, 2, 1. Caesa ficus statim stagnis mergitur: hoc est eius *siccari* *). P. 13, 7.

b. Perverse *dicere* homines perverse dicendo facillime *consequuntur*. C. Or. 1, 33. Isti, qui ad nos causas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent, ut non *desideres* planius *dici*. Ib. 3, 13. *Ferre* laborem consuetudo *docet*. C. Tusc. 2, 16. Epaminondas *cantare* ad chordarum sonum *doctus est* a Dionysio. N. 15, 2. A Graecis Galli urbes moenibus *cingere didicerunt*. I. 43, 4. *Vincere scis*, Hannibal, victoria *uti nescis*. L. 22, 51. Stoici omnino *irasci nesciunt*. C. Or. 3, 18. Omnes trahimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem, in qua *excellere* pulcrum *putamus; labi* autem, *errare*, *nescire*, *decipi* et malum et turpe *ducimus*. C. Off. 1, 6. *Mori* nemo sapiens miserum *dixerit*. C. Fam. 6, 3. Habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem, neque illud *fugerim dicere* **), ut Caelius, Qua tempestate Poenus in Italiam venit. C. Or. 3, 38. *Oderunt peccare* boni virtutis amore. H. Ep. 1, 16, 52. Multum interest *inter dare* et *accipere*. S. Benef. 5, 10. Quod crimen dicis, *praeter amasse*, meum? O. Her. 7, 164.

Solent diu *cogitare* omnes, qui magna negotia *volunt agere*. ad Her. 4, 11. Ars demonstrat, ubi sit illud, quod *studeas invenire*. C. Or. 2, 35. Sallustius *statuit* res gestas populi Romani *perscribere*. Sall. C. 4. Nemo alteri *concedere in animum inducebat* ***). L. 1, 17. Pelopidas non *dubitavit*, simul ac conspexit hostem, *confligere*. N. 16, 5. Ex solduriis nemo repertus est, qui, eo interfecto, cuius se amicitiae devovisset, *mori recusaret* †). Caes. 3, 22. Suos quisque *debet tueri*. C. ad Capit. in C. Att. 16, 16. Amicos neque armis *cogere*, neque auro *parare queas*; officio et fide pariuntur. Sall. I. 10. *Intueri* solem adversum *nequimus*. C. Somn. 5. Gallinas *saginare* Deliaci *coepere*. P. 10, 50. Tum bella *gerere* Romani duces *incipiunt*, quum auspicia posuerunt. C. N. D. 2, 3. Caesar *maturat* ab urbe *proficisci*. Caes. 1, 7. Scipiones Ibērum transgrediuntur, nec ullo viso hoste Saguntum *pergunt ire*. L. 22, 22. Lacedaemonii omnia ad oracula *re-*

*) das iſt ihr eigen (§. 102, 3.), daß ſie (im Waſſer) trocken wird.
**) So: turpiter *facere* cum periculo *fugiamus*. C. Att. 10, 8. cf. C. Mur. 5, 11.
***) In animum inducere kommt nur mit dem Inf. oder Acc. c. Inf. vor, cf. Drak. ad L. 1, 17, 4.
†) So auch bei Spätern öfter. Statt mori haben jedoch einige gute Handſchriften *mortem*.

Digitized by Google

ferre consueverant. N. 6, 7. Luna plena aestus maximos in oceano *efficere consuevit.* Caes. 4, 29. Venae et arteriae *micare* non *desinunt.* C. N. D. 2, 9. Pompeium et *hortari* et *orare*, et *monere*, ut magnam infamiam fugiat, non *desistimus.* C. Fam. 1, 1. Rex Cononi *permisit*, quem vellet, *eligere* ad dispensandam pecuniam. N. 9, 4. *Cupio* te consulem *videre.* C. Fam. 15, 13. fin. Caesar C. Silio *ire* †) in Cattos *imperat.* Tac. 2, 25. Reipublicae dignitas, quae me ad sese rapit, haec minora *relinquere hortatur.* C. Sext. 3. Miltiades insulas, quae barbaros adiuverant, plerasque ad officium *redire coegit.* N. 1, 7. Peccant, qui peregrinos urbibus *uti prohibent*, eosque exterminant. C. Off. 3, 11. Belgae Teutonos Cimbrosque intra fines suos *ingredi prohibuerunt.* Caes. 2, 4. Quid est, quod me *impediat*, ea, quae mihi probabilia videantur, *sequi?* C. Off. 2, 2.

2. Als *Nominativus* steht der *Accusativus cum Infinitivo* wie ein Satz, von welchem Etwas behauptet wird, gewöhnlich bei imperſonellen Prädicaten auf die Frage: Was? Was iſt das? z. B. Was iſt recht, Sitte? Vergl. §. 102, 3. §. 113. Not. 1. §. 114, 3. §. 133.

Necesse est *legem haberi* ††) in rebus optimis. C. Leg. 2, 5. Si spes est exspectatio boni, mali *exspectationem esse* necesse est *metum.* C. Tusc. 4, 37. Naves Antiatium incensae sunt, rostrisque earum *suggestum* in foro *exstructum adornari placuit* †††). L. 8, 14. In collegio augurum non modo *amicitiam violari* apud maiores fas non erat, sed ne *cooptari* quidem *sacerdotem* licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. C. Fam. 3, 10. Omnibus bonis expedit *salvam esse rempublicam.* C. Phil. 13, 8. Tres convenit res *habere narrationem* *), ut brevis, ut dilucida, ut verisimilis sit. ad Herenn. 1, 9. Alexandrum, Epiri *regem*, in Italiam classem *adpulisse* constat. L. 8, 3. Non est rectum, minori *parere maiorem.* C. Univ. 6. *Metiri se quemque* suo modulo ac pede verum est **). H. Ep. 1, 7, 98. Par est *omnes* omnia *experiri*, qui res magnas et magno opere expetendas concupiverunt. C. Or. 1.

---

†) als unbedingter Befehl ausgedrückt.

††) man muß das Geſetz unter die beſten Güter rechnen. Der Deutſche braucht ſtatt des lateiniſchen Inf. Passivi gewöhnlich den Inf. Activi, wie unten vinciri civem, einen Bürger zu feſſeln iſt Schandthat.

†††) man beſchloß zu ſchmücken.

*) So gewöhnlich bei convenit; cf. C. Inv. 1, 17, 23. 36, 65. 38, 69.

**) es iſt billig und recht, daß jeder. cf. C. Fam. 2, 17, 5. Quint. 15, 48. Drak. ad L. 2, 48, 2.

Digitized by Google

Omnibus *vestram misericordiam* aequum est *patere*. L. 7, 30. Verisimile est, cum optimus quisque maxime posteritati serviat, *esse aliquid*, cuius is post mortem sensum sit habiturus. C. Tusc. 1, 15. Vetus est, multo facilius *divitem*, quam *patrem* familias *fieri posse*. C. Quint. 17. Aliud est *iracundum esse*, aliud *iratum*. C. Tusc. 4, 12. Facinus est, *vinciri civem Romanum*; scelus, *verberari*; prope parricidium, *necari*. C. Verr. 5, 66. Signo sublato ex praetoria nave, *dispersam classem* in unum *colligi* mos erat. L. 37, 24. Tempus est, *nos* de illa perpetua iam, non de hac exigua vita *cogitare*. C. Att. 10, 8. Quae haec est arrogantia, *eos*, qui mihi amicum eripuerunt, efficere *conari*, ne, quos velim, diligam? C. Fam. 11, 28. *Contentum* suis rebus *esse*, maximae sunt certissimaeque divitiae. C. Par. 6, 3.

3. Als *Accusativus* ſteht der *Infinitivus* mit einem Subjectsaccuſativ

a. als Gegenſtand einer Willensäußerung bei den Verbis *Voluntatis* wollen, begehren, beſchließen, geſtatten, befehlen, zwingen, verbieten, abhalten, auf die Frage: Wen oder Was?

Pontifices propter sacrificiorum multitudinem *tres viros epulones esse voluerunt*. C. Or. 3, 19. Illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, *corpora* iuvenum *firmari labore voluerunt*. C. Tusc. 2, 15. *Malo* non *intelligi orationem meam*, quam *reprehendi*. C. Or. 2, 6. Utrum corporis, an tibi *malles vires* ingenii *dari*? C. Sen. 10. Tibi favemus, *te* tua *frui* virtute *cupimus*. C. Brut. 97. Pompeius totum se a Caesaris amicitia averterat, *rem*que ad arma *deduci studebat*. Caes. C. 1, 4. Tantum quisque *se* in republica *posse postulat*, quantum habet virium. C. ad Brut. 10. *Postulabimus* nobis *illud*, quod dubium sit, *concedi*. C. Inv. 1, 32. *Iubet nos* Pythius Apollo *noscere* nosmet ipsos. C. Fin. 5, 16. In lautumias Syracusanas, si qui publice custodiendi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliae *deduci imperantur*. C. Verr. 5, 27. cf. N. 23, 10, 4. Pro Serapionis libro tibi *praesentem pecuniam solvi imperavi*. C. Att. 2, 4. Alcibiades *Athenas victas* Lacedaemoniis *servire* non poterat *pati*. N. 7, 9. Agesilaus neque *pictam*, neque *fictam imaginem suam passus est esse*. C. Fam. 5, 12. cf. C. Mil. 37. extr. Germani *vinum* ad se omnino *importari* non *sinunt*. Caes. 4, 2. Domitianus *statuas* sibi in Capitolio nonnisi *aureas* et *argenteas poni permisit*. Suet. Dom. 13. Mos est hominum, ut *nolint eundem* pluribus rebus *excellere*. C. Brut. 21. Aristoteles *versum* in oratione *vetat esse*, numerum iubet. C. Or. 51.

Digitized by Google

b. als Gegenſtand einer Wahrnehmung oder Empfindung bei den Verbis *Sensuum* et *Affectuum*, als: ſehen, hören, fühlen, empfinden, verſtehen, denken, wiſſen, glauben, hoffen und ähnlichen Redensarten; und bei ſich freuen, ſich betrüben, ſich wundern, ſich ſchämen, ſich ängſtigen.

Volucres videmus procreationis atque utilitatis suae causa *fingere* et *construere* nidos. C. Or. 2, 6. *Pompeios*, celebrem Campaniae urbem, *desedisse* terrae motu *audivimus*. S. N. Q. 6, 1. *Habeo auctores*, vulgo olim *Romanos pueros*, sicut nunc Graecis, ita Etruscis literis *erudiri solitos*. L. 9, 37. *Sentimus calere ignem*, *nivem esse albam*, *dulce mel*. C. Fin. 1, 9. *Platonem* Tarentum *venisse* L. Camillo, Appio Claudio consulibus, *reperio*. C. Sen. 12. Suscipe paulisper meas partes, et *eum te esse finge* *), qui sum ego. C. Fam. 3, 12. *Fac animos* non *remanere* post mortem; *vides*, *nos*, si ita sit, *privari* spe beatioris vitae. C. Tusc. 1, 33. An *nesciebam* vitae *brevem esse cursum*, gloriae *sempiternum*? C. Sext. 21. *Conscius* mihi *eram*, *nihil* a me *commissum esse*, quod boni cuiusquam offenderet animum. C. Fam. 11, 28. Galli *Mercurium* ad mercaturas *habere* vim maximam *arbitrantur*. Caes. 6, 17. Ego *illum periisse duco*, cui periit pudor. Plaut. Bacch. 3, 3, 81. *Spero nostram amicitiam* non *egere* testibus. C. Fam. 2, 2. Plerique amicos eos potissimum diligunt, ex quibus *sperant se* maximum fructum *esse capturos* **). C. Lael. 21. cf. Liv. 2, 12, 1.

Gaudeo id *te* mihi *suadere*, quod ego mea sponte feceram. C. Att. 15, 27. Egone *me audivisse* aliquid et *didicisse* non *gaudeam*? C. Par. 6, 1. De urbanis quidem rebus equidem *doleo*, non *me* tuis literis *certiorem fieri*. C. Att. 6, 3. Ma-

*) denke dir, ſtelle dir vor, du wäreſt der nämliche. Dafür: *Fac*, qui ego sum, *esse* etc. C. Fam. 7, 23. geſetzt.

**) Hat der Infinitivus mit dem Hauptverbo einerlei Subject, ſo muß auch dieſes jedesmal durch ein Perſonalpronomen wiederholt werden. Der Deutſche aber, der hier meiſt ebenfalls den Infinitivus brauchen kann, läßt dieſes weg; z. B. ich glaube zu ſehen, ich hoffe genug gethan zu haben. Nur dann fällt *se* weg, wenn es zweideutig werden würde, z. B. Magnitudine poenae reliquos *deterrere sperans*. Caes. C. 3, 8. wie: qui polliceantur obsides *daturos*. Caes. 4, 21, 6, 9. extr. wo *se* heißen könnte, ſich wollten ſie zu Geißeln geben; vgl. unten Not. 10. Bei *sperare* bezeichnet der Inf. Praes. Etwas, das ſo eben geſchehen ſoll, cf. Caes. 2, 30. extr. oder doch Zuverſicht, das Gewünſchte erfüllt zu ſehen, wie: Haec ad te in praesenti scripsi, ut *speres*, te *assequi* id, quod optasses. C. Fam. 2, 10. Quum *in spem venero*, de compositione aliquid me *conficere*, statim vos certiores faciam. Caesar in C. Att. 9, 13.

Digitized by Google

cedones *Eumenem* sibi aliquando *anteponi indigne ferebant.* N. 18, 1. Minime *miramur, te* tuis praeclaris operibus *laetari.* C. Fam. 1, 7. *Erubescunt* pudici etiam impudica *loqui.* C. Leg. 1, 19. Equidem *angor animo*, non consilii, non ingenii, non auctoritatis armis *egere rem publicam.* C. Brut. 2.

c. als Gegenstand der Darstellung bei den Verbis *declarandi* und Redensarten, die eine Anzeige, Nachricht oder Behauptung ausdrücken, daß Etwas sey, gewesen sey oder seyn werde, als sagen, schreiben, berichten, vorgeben, bekennen, läugnen, versprechen, beweisen, überzeugen u. s. w. Daher auch nach facere lassen, darstellen, und efficere beweisen.

Allobröges Caesari *demonstrant*, sibi praeter agri solum *nihil esse* reliqui. Caes. 1, 11. *Orpheum poetam docet* Aristoteles nunquam fuisse. C. N. D. 1, 38. Thales Milesius *aquam dixit esse initium* rerum. Ib. 1, 10. *Habitari ait* Xenophanes in luna, *eamque esse terram* multarum urbium et montium. C. Acad. 2, 39. Dianae Ephesiae *fanum* communiter a civitatibus Asiae *factum* *) *fama ferebat.* L. 1, 45. Herodotus *scribit* Croesi *filium*, cum esset infans, *locutum.* C. Div. 1, 53. Solon, quo et tutior vita eius esset, et plus aliquando reipublicae prodesset, *furere se simulavit.* C. Off. 1, 30. *Confiteor*, fieri *nihil posse* dementius, quam scientem in eum locum venire, ubi libertatem sis perditurus. C. Rab. P. 9. Britanni ad Caesarem legatos miserunt: obsides *daturos*, quaeque imperasset, *sese facturos polliciti sunt.* Caes. 3, 27. *Magnum esse solem*, philosophus *probabit;* quantus sit, mathematicus. S. Ep. 88. *Isocratem* Plato admirabiliter in Phaedro *laudari fecit* a Socrate. C. Opt. Gen. 6, 17. Actio *tales oratores videri* facit, quales ipsi se videri volunt. C. Brut. 38. cf. C. N. D. 1, 8, 19. Dicaearchus vult *efficere*, *animos esse mortales.* C. Tusc. 1, 31.

4. Als Appositition steht endlich der Infinitivus mit und ohne Subjectsaccusativ theils bei Substantivis, §. 96, 4, e; theils bei Pronominibus demonstrativis und Adiectivis.

Revertor ad *illud*, quod mihi in hac omni est oratione propositum, omnibus malis illo anno, scelere consulum, *rem publicam esse confectam.* C. Sext. 24. pr. *Illud* soleo mirari, non *me* toties *accipere* tuas literas, quoties a Quinto mihi fratre afferantur. C. Fam. 7, 7. Sequitur *illud*, quod a Milonis inimicis saepissime dicitur, caedem, in qua P. Clodius occisus est,

*) sc. *esse*, welches bei den Participiis gewöhnlich wegbleibt, wofern das seyn nicht angegeben werden muß.

Digitized by Google

senatum iudicasse, contra rem publicam esse factam. C. Mil. 5. Siculi *hoc* statuerunt, aut Verris iniurias per vos *ulcisci* et persequi, aut urbes ac sedes suas relinquere. C. Verr. 2, 3. *Id* iniustissimum ipsum est, iustitiae mercedem *quaerere*. C. Leg. 1, 18. extr. Ad *id*, quod instituisti, oratorum genera *distinguere* aetatibus, istam diligentiam esse accommodatam puto. C. Brut. 19. *Haec* benignitas etiam rei publicae est utilis, *redimi* e servitute *captos*, *locupletari tenuiores*. C. Off. 2, 18. *Nihil* me magis sollicitabat, quam in his molestiis non *me*, si qua ridenda essent, *ridere* tecum. C. Fam. 2, 12. Nos *utrumque* facere debemus, et *imitari* alios, et aliter ut faciamus, experientia *tentare* quaedam. Varr. R. R. 1, 18, 8. In cognitione et scientia *excellere*, *pulcrum* putamus. C. Off. 1, 6. Quid est *tam admirabile*, quam ex infinita multitudine hominum *existere unum*, qui id, quod omnibus natura sit datum, vel solus, vel cum paucis facere possit? C. Or. 1, 8.

Not. 1. Neben Substantivis steht der Infinitivus jedesmal als wesentlicher Theil des Satzes, als Subject oder als Object einer Behauptung; das Gerundium hingegen ist als bestimmender Genitiv nur von seinem Nomen abhängig und durch dasselbe bedingt. Statt des Gerundii kommt der Infinitivus nach griechischem Gebrauch in Prosa selten, häufiger aber bei Dichtern vor.

Erat *ars* difficilis, recte rem publicam *regere*. C. Att. 7, 25. Iam *tempus* est ad id, quod instituimus, *accedere*. C. Top. 1. *Tempus* est maiora *conari* *). L. 6, 18. Agesilao *tempus* **) erat visum, copias *extrahere* ex hibernaculis. N. 17, 3. Ad Veios quum spes maior imperatoribus Romanis in obsidione, quam in oppugnatione esset, *consilium* erat ***) hiemando *continuare* bellum. L. 5, 2. Tibi, Aquilli, erat confitendum, te *consilium* cepisse †), hominis propinqui fortunas funditus *evertere*. C. Quint. 6. Ironiam alterius, perpetuam praesertim, nulla fuit *ratio persequi* ††). C. Acad. 2, 23. Cato negat *ius* esse †††), qui miles non sit, cum hoste *pugnare*. C. Off. 1, 11. Postumio, alteri consulum, *negotium* *) dabatur, *videre*, ne

*) Eine Aufforderung, wie Ad Herenn. 3, 8. extr. Liv. 21, 43, 9. dagegen: Tempus est *cedendi* et *abeundi*. Gell. 2, 29. sub fin. die Zeit zum Weggehen ist da.

**) i. e. tempus opportunum, tempestivum est. cf. Sall. I. 89, 3. Colum. 11, 2, 27. 40. 56. 79.

***) sc. imperatoribus, i. e. imperatores statuerant.

†) i. e. statuisse, cf. Caes. 7, 26. 71. Garat. ad C. Quint. 16. extr. *iniit consilia — tollere*. N. 6, 3.

††) *persequi* als Subjectsnominativ: In der Ironie eines Andern zumal in einem fort zu sprechen, dazu war kein Grund da, wie C. Verr. A. 1, 9, 24. *materia facilis — dicere*. C. Phil. 2, 17, 42.

†††) i. e. licere. cf. Liv. 32, 22.

*) als Appositon: Es wurde ihm als Geschäft aufgetragen,

Digitized by Google

quid respublica detrimenti caperet. L. 3, 4. Fuerat *animus* *) Cheruscis, *iuvare* Cattos. Tac. 1, 56. Vetus Neroni *cura* erat, curriculo quadrigarum *insistere*, nec minus *studium*, cithara ludicrum in modum *canere* **), quum coenaret. Ib. 14, 14.

Lygdamus hic situs est; dolor et cura Neaerae, coniugis ereptae, *causa perire* ***) fuit. Tibull. 3, 2. extr. cf. Iani Art. Poet. p. 136. sqq.

Not. 2. Gewöhnlich iſt der Infinitivus noch bei *habere*, *dare*, *ministrare*, und bei *paratus*, *insuetus*, *contentus*; bei andern Adjectivis hingegen, wie dignus, utilis, mehr griechiſch und nur bei Dichtern und Spätern gebräuchlich.

De re publica nihil *habeo* ad te *scribere*. C. Att. 2, 22. His de rebus non necesse *habeo dicere* ea, quae me P. Quintius cupit commemorare. C. Quint. 3. Tantum *habeo polliceri*, me tibi cumulate satisfacturum. C. Fam. 1, 5. Homerus Ganymedem a diis raptum ait propter formam, ut Iovi *bibere ministraret*. C. Tusc. 1, 26. Gallinis meridie *bibere dato*. Cato R. R. 89. Legati Celtiberorum nihil prius petierunt a praetore, quam ut *bibere* sibi iuberet *dari*. L. 40, 47. Is est maxime docilis, qui attentissime est *paratus audire*. C. Inv. 1, 16. cf. 1, 17, 25. Praedixerat his Datames, cum quibus iter faciebat, ut *parati* essent *facere* †), quod ipsum vidissent. N. 14, 9. Moesta civitas fuit, *vinci insueta*. L. 4, 31. Consules senatusque, ut Caesar tantummodo *contentus* cum una legione titulum *retinere* provinciae, privatus in urbem veniret, decrevere. Vellei. 2, 49. Agricola fuit *peritus obsequi*, *eruditus*que utilia honestis *miscere* ††). Tac. Agr. 8. Uterque princeps optimus erat, *dignus*que alter *eligi*, alter *eligere* †††). P. Pan. 7. Tibia simplex *aspirare* et *adesse* choris erat *utilis*. Hor. A. P. 204. cf. Iani Art. Poet. p. 140. sqq.

Not. 3. Die fehlenden Tempora von *coepi* anfangen, intranſitiv, werden durch *incipio* Etwas anfangen, den Anfang mit Etwas machen, tranſitiv (ſelten intranſitiv), erſetzt. Bei dem Infinitivo Praesentis Passivi hat *coeptus sum* paſſive Bedeutung, *coepi* intranſitive. Eben ſo wird *desino* aufhören, gebraucht.

a. *Incipio queri*, me nihil habiturum. C. Verr. 4, 14. *Incipit* res melius *ire*, quam putaram. C. Att. 14, 15. Literas tuas iam *exspectare incipiebam*. C. Fam. 4, 10. Ipse *metuere incipies*, ne innocenti periculum facesseris. C. Caecil. 14. cf. ad Herenn. 1, 9, 14. Vibullius necessarium esse existimavit, de

---

dahin zu ſehen — wie *molestiam* — reddere. C. N. D. 3, 24, 63.

*) i. e. voluerant Cherusci.

**) Fahren war dem Nero von jeher ein Gegenſtand ſorgfältiger Uebung; Singen eine eben ſo wichtige Lieblingsbeſchäftigung.

***) ſt. pereundi,

†) So: paratum sese *decertare*. Caes. 1, 44. cf. 2, 3. 5, 1. C. 3, 85. extr. aber auch: paratiores *ad pericula subeunda*. Caes. 1, 5. cf. 2, 21. 8, 15. 18. C. 1, 81. und: sic animo parati, *ut* haesitantes premerent ex loco superiore. Caes. 7, 19. Andre Stellen hat noch Held angeführt zu Caes. C. 1, 7. extr.

††) ſt. obsequendi, ad miscendum.

†††) gewöhnlicher qui eligeretur, qui eligeret.

Digitized by Google

repentino adventu Caesaris Pompeium fieri certiorem, uti ad id consilium capere posset, antequam de mandatis *agi inciperet*. Caes. C. 3, 11. *Incipite* deinde *mirari*, cur pauci iam vestram suscipiant causam. L. 4, 49. — Quum manifesta res esset, *quaerere incepimus* de Carpinatio, quisnam esset is Verrutius? C. Verr. 2, 76. A narratione quum *inceperimus*, ad principii sententiam revertamur licebit. Ad Herenn. 3, 10. *Incipere oppugnationem* arduum erat et anceps. Tac. H. 3, 26.

b. Diebus decem, quibus materia *coepta erat comportari*, ponte effecto, exercitus transducitur. Caes. 4, 18. Athenis primum monumentis et literis oratio *est coepta mandari*. C. Brut. 7. Porta intus forisque pariter *refringi coepta*. L. 26, 46. Piso quum satis floruisset adolescens, minor *haberi est coeptus* postea. C. Brut. 67. Armis *disceptari coeptum est* de iure publico. C. Fam. 4, 4. *Aedificari coeptum est* in quadam parte urbis. C. Or. 1, 39. Comitia nostra *haberi coepta sunt*. C. Verr. A. 1, 9. cf. Drak. ad L. 2, 1, 4. Transitiones crebrae ab Numidis *coeptae fieri*. L. 24, 48. cf. L. 27, 42, 5. — Veteres orationes a plerisque *legi sunt desitae*. C. Brut. 32. L. Papirius Crassus primum Papisius *est vocari desitus*. C. Fam. 9, 21.

c. Pristinis orbati muneribus, haec studia *renovare coepimus*. C. Div. 2, 2. — Glebae *coepere moveri*. O. Met. 3, 106. ohne Einwirkung von außen. Ova, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator quatriduo, postquam *incubari coepit*, intelligere potest. Varr. R. R. 3, 9, 12. Tandem quum irae resedissent, senatus ordine *consuli coepit*. L. 2, 29. Tarquinio mortuo plebi iniuriae a primoribus *fieri coepere*. L. 2, 21. Maenius rebus maternis atque paternis fortiter absumtis urbanus *coepit haberi*. H. Ep. 1, 15, 26. cf. A. P. 21. Cremonenses *occidi coepere*. quod ubi enotuit, a propinquis affinibusque redemptabantur. Tac. H. 3, 34. cf. 4, 46. med. *Desiderari coepit* tibicen. Phaedr. 5, 7, 14. cf. 1, 12, 11. Bei Cicero scheint diese Construction nicht vorzukommen. — Conventus (senatorum), qui initio celebrabantur, iam diu *fieri desierunt*. C. Att. 1, 19. sub extr. Narcissinum unguentum ex flore narcisso *desiit componi*. P. 13, 1.

Not. 4. Bei *iubeo* und *veto* wird der Gegenstand des unbedingten Gebots und Verbots nur im Infinitivo mit dem Subjects-accusativ ausgedrückt, welcher bei ihnen im Passivo Subjectsnominativus wird; daher iubeo *te scribere*, nicht tibi, wie: Populus iubet *legem*. C. Balb. 17. init. und *iubeor* scribere. §. 162, 1. Bei *iubeo*, *veto*, *patior* und ähnlichen Verbis (s. oben 3, a.) steht der Infinitivus Praes. Passivi, wenn die Person, der Etwas befohlen oder gestattet wird, dabei nicht angegeben, auch nicht durch den Inhalt des Satzes angedeutet ist; ist sie hingegen aus dem Zusammenhange leicht verständlich, so steht der Infinit. Activi, wie im Deutschen.

Populus Romanus pontifici *flaminem parere iussit*. C. Phil. 11, 8. Caesar *duas acies* hostem *propulsare*, *tertiam* opus *perficere iussit*. Caes. 1, 49. Caesar ab opere *Legatos discedere vetuerat*. Caes. 2, 20. cf. C. 3, 75. *Vetat te* Volcatius mentionem mancipis *facere*. C. Verr. 3, 76. *Decemviri* libros (Sibyllinos) *adire* atque *inspicere iussi sunt* propter territos vulgo homines novis prodigiis. L. 22, 36. cf. 22, 57, 4. Senatores *vetiti*, nisi permissu, *ingredi* Aegyptum. Tac. 2, 59.

Digitized By Google

Tullum Hostilium populus *regem iussit*. L. 1, 22. cf. 1, 17, 9. sc. *fieri* s. *creari*. Senatus *dictatorem* clavi figendi causa *dici iussit*. L. 7, 3. im Deutſchen: zu ernennen. Marii *sitas reliquias* apud Anienem *dissipari iussit* Sulla victor. C. Leg. 2, 22. Valeria lex *eum*, qui provocasset, virgis *caedi* securique *necari vetuit*. L. 10, 9. Aeduorum leges *duo* ex una familia, vivo utroque, non solum *magistratus creari vetabant*, sed etiam in senatu *esse prohibebant*. Caes. 7, 33. cf. 4, 4. Clodii sicae ego *vos obiici* pro me non *sum passus*. C. Mil. 14. ich habe euch nicht Preis geben laſſen. — Hesiodus eadem mensura *reddere iubet*, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. C. Brut. 4. sc. *te*. Caesar Titurium Legatum cum sex cohortibus reliquit: castra vallo fossaque *munire iubet*. Caes. 2, 5. sc. *eum*, cf. C. 3, 65. extr. *pronuntiare iusserunt*. Caes. 5, 33. C. 2, 25. Oudend. ad Caes. 2, 5, 6. Drak. ad L. 24, 15, 5. ad Sil. 6, 413. Voss ad V. Ecl. 6, 85. Burm. ad V. Aen. 2, 3. Ern. ad Tac. H. 1, 38. extr. Desperatis etiam Hippocrates *vetat adhibere* medicinam. C. Att. 16, 15. sc. medicum.

*) Bei den oben unter 3, a. angegebenen Verbis wird durch den Infinitivus der Gegenſtand des Wollens oder Nichtwollens bloß genannt oder angezeigt; durch den Conjunctivus ohne und mit *ut* hingegen bedingt als Wunſch oder Abſicht, deren Erfüllung alſo von dem Willen des Andern abhängt, ausgedrückt. Daher wird der Infinitivus bei ſtrengen Befehlen eines Oberbefehlshabers gebraucht, die er unmittelbar an Untergebene ergehen läßt, (wie: Caesar *magnum* his *numerum* obsidum *imperat*. Caes. 4, 22.) und bei Geſetzen eines freien Volks (Mario *provinciam Numidiam* populus *iussit*. Sall. I. 84, 1.); der Conjunctivus hingegen mehr auftragsweiſe und bei Verordnungen republikaniſcher Magiſtrate an freie Bürger. In dieſem Sinne ſtehen *cupio* und *studeo* mit dem Acc. c. Inf. (ſelten mit dem Conjunct.), *operam do* nur mit dem Conjunctiv.

Iube maneat. T. Heaut. 4, 4, 15. *Ne* quis humasse *velit* Aiacem, Atrida, *vetas* cur? H. S. 2, 3, 187. Centuripinorum senatus decrevit, populusque *iussit*, *ut* statuas Verris quaestores demoliendas *locarent*. C. Verr. 2, 66. cf. 3, 35, 82. Legati Romani *Perseum regem* vel cum tribus *venire iubebant*, vel, si tantum agmen traduceret, obsides *daret*, nihil fraudis fore in colloquio. L. 42, 39. Alter consul cum Boiis *iussus* bellum *gerere*; alterum (consulem) *ut mitteret* Romam. L. 36, 1. cf. Drak. ad L. 32, 16, 9. 39, 14, 9. *Iubeo tibi*, z. B. *Britannico iussit exsurgeret*. Tac. 13, 15. 40. gehört nur dem ſpätern Zeitalter an; dem goldnen iſt es fremd, Oudend. ad Caes. 3, 98. Drak. ad L. 27, 24, 3.

Not. 5. Der Infinitivus Futuri wird mit *futurum esse ut*, *fore ut*, *fore aliquem*, *qui* mit dem Coniunctivo umſchrieben, wenn Begebenheiten gemeint ſind, die einſt einmal in einer unbeſtimmten Zukunft geſchehen werden, §. 53. Not. §. 164, 8. *); außerdem bei ſolchen Verbis, die keinen Infin. Futuri haben.

Caesar, si Helvetii per agrum Sequanorum et Aeduorum iter in Santonum fines facerent, intelligebat, magno cum Provinciae periculo *futurum*, *ut* homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos *haberet*. Caes. 1, 10. cf. N. 14, 6, 3. 4. In provinciis intellige-

Digitized by Google

bant, si is, qui esset cum imperio ac potestate, quod apud quemque esset, emere vellet, idque ei liceret: *fore, uti*, quod quisque vellet, sive esset venale, sive non esset, quanti vellet, *auferret*. C. Verr. 4, 5. nicht eum ablaturum esse; cf. C. Fam. 15, 2, 15. Clamabant Tyndaritani, *fore*, *ut* ipsi sese dii immortales *ulciscerentur*: hominem interea perire innocentem non oportere. C. Verr. 4, 40. extr. cf. C. Verr. A. 1, 14, 41. Legati ad Caesarem principes Aeduorum veniunt, oratum, ut civitati subveniat. Quod si diutius alatur controversia, *fore*, *ut* pars cum parte civitatis *confligat*; id ne accidat, positum in eius diligentia atque auctoritate. Caes. 7, 32. Hoc per aliquot dies fecerunt regii, sperantes *fore*, ut Romani equites abeuntium agmen *aggrederentur*; inde certamine orto, quum longius a castris eos elicuissent, facile, ubiubi essent, *se*, qui equitatu et levi armatura plus possent, *conversuros* aciem. L. 42, 57. — Pompeius dixerat, priusquam concurrerent acies, *fore*, *uti* exercitus Caesaris *pelleretur*. Caes. C. 3, 86. nicht exercitum — pulsum iri, welches mehr Gewißheit des Ereignisses andeuten würde. Illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia gesseris, *fore*, *ut* absens a multis, quum redieris, ab omnibus collaudere. C. Fam. 1, 7, 12. cf. 1, 6. init. Verr. 2, 39, 97. Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod hominibus tam exiguam vitam dedisset: quorum si aetas potuisset esse longinquior, *futurum fuisse*, *ut*, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita *erudiretur*. C. Tusc. 3, 28. (Interim ad L. Vitellium servus Verginii Capitonis perfugit, pollicitus, si praesidium acciperet, vacuam arcem *tradi futurum*. Tac. H. 3, 77. iſt zwar durch die Florentiniſche und andre Handſchriften geſichert, aber doch ganz ungewöhnlich. Andre Mss. haben furtim traditurum.)

Excepta vox est (Antonii in balneis), quum teporem incusaret, statim *futurum*, *ut incalesceret*. Tac. H. 3, 32. Eram in spe magna, *fore*, *ut* in Italia *possemus* concordiam restituere. C. Att. 8, 11. Datames omnes confestim sequi se iussit: quod si animo strenuo fecissent, *futurum*, *ut* adversarii non *possent* resistere. N. 14, 16. Video te velle in coelum migrare, et spero *fore*, *ut contingat* id nobis. C. Tusc. 1, 34. Ego non despero, *fore aliquem* aliquando, *qui exsistat* talis orator, qualem quaerimus. C. Or. 1, 21.

Not. 6. Nach Hülfsverbis (ſ. oben 1.) ſteht das Prädicatsnomen bei dem Infinitivo eines Appoſitionsverbi mit dem Hauptſubject im *Nominativo*, wenn es eine an dieſem bereits vorhandene Eigenſchaft angibt; bei fehlenden oder vermißten Eigenſchaften hingegen folgt auf jene Verba der Infinitivus mit dem Subjects- und Prädicatsaccuſativ. §. 97. Not. 2.

Volo et *esse* et *haberi gratus*. C. Fin. 2, 22. cf. Caes. 1, 28. Aelius *Stoicus esse voluit*; *orator* autem nec *studuit* unquam, nec fuit. C. Brut. 56. *Noli* nimium populi reverentia *fretus esse*. Ad Herenn. 4, 54. Clodius *tribunus* plebis *fieri cupit*. C. Att. 2, 1. Vos *liberi esse* non *curatis*? Ad Herenn. 4, 53. Valere *malo*, quam *dives esse*. C. Off. 2, 25. *Quis* Pompeio *scientior* unquam aut fuit, aut *esse debuit*. C. Manil. 10. *Coepi* tibi *molestus esse*. S. N. Q. 4, 4. *Incipies* forsitan *iustus esse rex*. Curt. 7, 4, 17. *Desinant ii*, qui omnia verentur, nimium *esse timidi*. C. Phil. 10, 9. Fortissimus quisque *pugnator esse desi-*

Digitized by Google

erat. L. 24, 15. Ut *perseveres esse* tam *fortis*, rogo. P. Ep. 7, 23.

Atticum se Calvus noster *dici oratorem volebat.* C. Brut. 82. cf. Graev. ad C. Arch. 5, 10. Müller ad C. Or. 1, 24, 112. Caes. 1, 39. 4. 37. C. 3, 80. *Fulcem me esse*, non *doctorem volo.* C. Or. 33. Timoleon *maluit se diligi*, quam *metui.* N. 20, 3. Ego *me Phidiam esse mallem*, quam vel *optimum fabrum tignarium.* C. Brut. 73. *Cupio me esse clementem; cupio* in tantis reipublicae periculis *me* non *dissolutum videri.* C. Cat. 1, 2. Omnibus virtutibus *me affectum esse cupio.* C. Planc. 33. Magna obtrectatio intercedebat inter Caesarem atque Antonium, quum *se* uterque *principem* non solum urbis Romanae, sed orbis terrarum *esse cuperet.* N. 25, 20 Qui eget multis, *gratum se videri studet.* C. Off. 2, 20.

*) Spätere und Dichter brauchen in dieſen Conſtructionen ſtatt des Accuſativus nach griechiſcher Sitte den Nominativus. Rufus Salvidienus *parum habebat proximus* a Cn. Pompeio ipsoque Caesare ex equestri ordine *consul creatus esse.* Vell. 2, 76. Classicus e maioribus suis *hostis* populi Romani quam *socius*, *iactabat.* Tac. H. 4, 55. cf. Ern. h. l. *Additur* codicillis, tanquam de iniquitate exitii *querens*, *scripsisse.* Tac. 16, 17. ſt. *querentem* sc. Mellam. *Uxor* invicti Iovis *esse nesais.* H. C. 3, 27, 73. Summos illi *promittebant* honores *habituri* mihi. Apul. Met. 7. *). Quae dant, quaeque negant, *gaudent* tamen *esse rogatae.* O. Art. 1, 345. sc. puellae. (Androgeus) *sensit* medios *delapsus* in hostes. V. Aen. 2, 377. Phaselus ille, quem videtis, hospites, *ait fuisse* navium *celerrimus.* Catull. 4. Vir bonus et sapiens dignis *ait esse paratus.* H. Ep. 1, 7, 22. Acceptis refero versibus, *esse nocens.* O. Trist. 2, 1, 10.

Bei den Verbis ſehen, hören ſteht ſtatt des Infinitivs auch das Participium Praesentis und *ut* wie, mit dem Conjunctiv, und bei Verbis der Affecten *quod*, ebenfalls mit dem Conjunctiv. Hiervon ſiehe unten Participia und von verbundenen Sätzen.

Not. 7. Die meiſten Verba sentiendi et declarandi nehmen im Passivo das zu ihrem Infinitiv gehörige Subject im *Nominativo* zu ſich und richten ſich nach deſſen Numerus und Perſon, vgl. §. 97. Not. 2. Nur wenige kommen unperſönlich mit dem Acc. c. Inf. vor. Daher: dicor —, diceris —, Caius dicitur *esse felix*; videtur *Cicero dixisse* es ſcheint, daß Cicero geſagt habe. Videor mihi, §. 162, 1. Not. 3.

Verus patriae *diceris esse pater.* Martial. Spect. 3, 11. Facile perspicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderunt, cum apud tuos Mamertinos *inveniare* improbissima ratione *esse praedatus.* C. Verr. 4, 1. Maxime curandum est, ut eos, quibuscum sermonem conferimus, et *vereri* et *diligere videamur.* C. Off. 1, 38. Si Veios migrabimus, non *reliquisse victores*, sed

*) p. 142. ed. Pric. p. 134. ed. Altenb. In der Stelle: Hunc excipere nominatim, qui *publicus esse fateatur.* C. Agr. 2, 21. sc. ager, iſt *fateatur* passive genommen, cf. Garat. h. l. und oben §. 74. A, c. Seite 175.

Digitized by Google

amisisse victi patriam *videbimur*. L. 5, 53. In Graecia primum *humanitas*, *literae*, etiam *fruges inventae esse creduntur*. P. Ep. 8, 24. *Lectitavisse* Platonem studiose, *audivisse* etiam *Demosthenes dicitur*. C. Brut. 31. Num *negabitur* deformem Pyrrhi pacem *caecus ille Appius* dicendi viribus *diremisse*? Q. 2, 16, 7. Terentii *fabellae* propter elegantiam sermonis *putabantur* a C. Laelio *scribi*. C. Att. 7, 3. *Bibulus* nondum *audiebatur esse* in Syria. Ib. 5, 18. *Pons* in Ibero prope *effectus nuntiabatur*. Caes. C. 1, 62. cf. C. Mil. 24. extr. *Avis quaedam*, quae nominatur Platalea, *scribitur* conchis se complere *solere*. C. N. D. 2, 49. Ultra Amazŏnes *Hyperborei esse memorantur*. Mela 1, 2, 41. Signum est, per quod *ostenditur* idonea perficiendi *facultas esse quaesita*. ad Her. 2, 4. *Antonius iussus est renuntiari consul*, et quidem cum ipso Caesare. C. Phil. 2, 32. *Pericles auctor* iniuriae illius *fuisse arguebatur*. C. Verr. 1, 33. Regnante Lucio Tarquinio Superbo Sybarim et Crotonem *Pythagoras venisse reperitur*. C. Rep. 2, 15. Primum certe *liberatur Milo*, non eo consilio *profectus esse*, ut insidiaretur in via Clodio. C. Mil. 18. cf. Garat. h. l.

Eben so werden einige andre sonst impersonell gebrauchte Verba, wie *apparet*, *constat*, *indicatum est*, *praetereundum est*, *explicandum est*, einem vorhergehenden Subject angepaßt, wenn der darin angegebene Zustand mehr diesem gilt, als allgemein zu nehmen ist: Membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem vivendi *data esse appareant*. C. Fin. 3, 7. Quae si omnia ex Coruncanii scientia *acta esse constarent*, tamen in scelere religio non valeret. Pro domo 54. cf. Garat. h. l. Hoc idem dico fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo *esse beati atque aeterni intelligantur*. C. N. D. 1, 38. Superiore parte legis quemadmodum Pompeium *oppugnarent*, a me *indicati sunt*. C. Agr. 1, 2. cf. Plin. Ep. 6, 5, 6. Cort. *Haec* qua celeritate gesta sint, quanquam videtis, tamen a me in dicendo *praetereunda* non *sunt*. C. Manil. 12. Quae nobis designatis timebatis, *ea* ne accidere possent, consilio meo ac ratione *provisa sunt*. C. Agr. 2, 37. Seiunctus *orator* a philosophorum eloquentia, ab historicorum, a poetarum, *explicandus est* nobis, qualis futurus sit. C. Orat. 20.

Als Impersonalia kommen *nuntiatur*, *traditur*, *creditur* bisweilen, *intelligitur* gewöhnlich, *dicitur*, *narratur*, *fertur*, *proditur*, *memoratur*, *cernitur*, *videtur* selten, eher im Perfecto, *putatur*, *existimatur*, *perhibetur* vielleicht gar nicht vor.

Nuntiatur Afranio, *magnos comitatus*, qui iter habebant ad Caesarem, ad flumen *constitisse*. Caes. C. 1, 51. cf. Drak. ad L. 1, 31, 8. Held ad Caes. C. 1, 73. pr. Legati ab Clusinis veniunt auxilium adversus Gallos petentes. *Eam gentem traditur* fama, dulcedine frugum maximeque vini *captam* Alpes *transisse*. L. 5, 33. Vulgata opinione *creditur*, Pythagorae *auditorem fuisse Numam*. L. 40, 29. *Dicitur* *) eo tempore *matrem* Pausaniae *vixisse*. N. 4, 5. Iuxta Tenctēros Bructĕri olim occurre-

*) wie *λέγεται*. Anders ist: De Meliteusi Diodoro Verri *dicitur*, *habere eum* peribona torreumata. C. Verr. 4, 18.

Digitized by Google

bant: nunc *Chamavos* et *Angrivarios immigrasse narratur* *). Tac. G. 33. Prima luce *cernebatur* **), equitatus nostri proelio *novissimos* illorum *premi*. Caes. 1, 64. *Nuntiatum est adesse Scipionem* cum legionibus. Ib. 3, 36. cf. Duk. ad Flor. 2, 6, 45. *Eam Venerem*, quae Astarte vocatur, Adonidi *nupsisse proditam est*. C. N. D. 3, 23. *Cassium erat* hic *auditum*, *expulsum* Ancone, *eamque urbem* a nobis *teneri*. C. Att. 7, 18. *Cyrum* omnium militum *tenuisse creditum est* nomina. Q. 11, 2, 50.

Not. 8. Bei *licet* mit einem Infinitiv steht die Person im *Accusativo*, wenn das Erlaubtseyn allgemein genommen; im *Dativo*, wenn es bloß auf diese Person bezogen ist. Im letztern Fall bezeichnet ein Appositionsdativus, der hier überhaupt, auch wegen stärkerer Bedeutung, gewöhnlicher ist, eine schon vorhandene Eigenschaft; ein Appositionsaccusativus eine noch abwesende. Diese Construction wurde von Spätern und Dichtern nach griechischer Sitte auch bei andern Impersonalibus, wie *necesse est*, *datur*, *contingit*, *prodest*, *vacat*, und selbst bei persönlichen Verbis angewendet.

a. An iudices alienis peccatis concessuros putes, quo facilius *ipsos peccare liceat?* C. Verr, 3, 96. Non *licet hominem esse* saepe ita, ut vult. T. Heaut. 4, 1, 53. *Te socium* vitae *esse licebit*. Prop. 2, 25, 15. — *Peccare licet nemini*. C. Par. 3, 1. *Multis otiosis* ne in communi quidem otio *licet esse* ***). C. Coel. 1. *Licuit esse otioso Themistocli*, licuit Epaminondae. C. Tusc. 1, 15. Roscius rogat oratque, ut *sibi liceat innocenti* amicorum opibus vitam in egestate *degere*. C. S. Rosc. 49. Hannibal nihil iam maius precatur deos, quam ut *incolumi cedere* atque abire ex hostium terra *liceat*. L. 26, 41.

b. Civi Romano *licet esse Gaditanum*. C. Balb. 12. *Medios esse* iam non *licebit*. C. Att. 10, 8. cf. C. Lig. 1, 6, 18. Off. 1, 26. extr. Caes. C. 3, 1. Iuvenal. 10, 304.

c. Quid vos hanc miseram ac tenuem sectamini praedam, quibus *licet* iam *esse fortunatissimis* †)? Caes. 6, 35. In publica re mihi *negligenti* ††) *esse* non *licet*. C. Att. 1, 17. Vobis *necesse est fortibus viris esse*. L. 21, 44. Da mihi fallere †††), *da iusto sanctoque videri*. H. Ep. 1, 16, 61. Vobis *immunibus* huius *esse* mali *dabitur*. O. Met. 8, 690. Iovis *esse nepoti contigit* haud uni. Ib. 11, 219. Quo tibi *), Tulli, sumere depositum clavum, *fierique tribuno?* H. Serm. 1, 6, 24. *Infirmo* non *vacat esse* mihi. O. Trist. 5, 2, 6. Nescio, an *satius fuerit* populo Romano, Sicilia et Africa *contento fuisse*. Flor. 3, 12, 6. Procul hinc *extorribus* ire *edico*, praesente deo. Grat. Fal. 447.

Not. 9. Wenn mit dem Subjectsaccusativ beim Infinitivo noch ein von diesem regierter zusammentrifft, so muß dabei alle Zweideu-

---

*) so proditur; memoratur, videtur (Gell. 2, 4. 4, 11.) nur bei Spätern.

**) nicht ganz sichere Lesart.

***) vielen Geschäftslosen ist es nicht einmal vergönnt, es zu seyn.

†) die Zuhörer sollen sich jetzt schon als Hochbeglückte denken.

††) hier in stärkerer Bedeutung, als negligentem.

†††) i. e. latere.

*) sc. prodest. cf. O. Met. 8, 554.

Digitized by Google

tigkeit wegfallen, oder dieſe durch Verwandlung des Infin. Activi in den Inf. Passivi gehoben werden. So würde das Delphiſche Orakel, das Pyrrhus erhalten haben ſollte: Aio *te*, Aeacida, *Romanos* vincere posse. C. Div. 2, 56. durch — *a Romanis vinci* posse unzweideutig werden *).

Eorum una pars, *quam Gallos* obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano. Caes. 1, 1.

Not. 10. *Esse* fehlt häufig bei zuſammengeſetzten Infinitiven, überhaupt wo ein Prädicatsaccuſativ es verſtändlich macht, z. B. Lycurgus *auctorem* legum Apollinem Delphicum fingit. I. 3, 3. Eben ſo oft fehlen auch die Subjectsaccuſative, *me*, *te*, *se*, *eum*, *eos*, wenn ſie nicht betont ſind, oder wegen der Nähe eines ſtark accentirten Worts, gewöhnlich des Infinitivs, alle Bedeutung verlieren und ſich aus dem Zuſammenhange leicht ergänzen laſſen, beſonders a. wenn ihr Hauptwort oder ein daſſelbe enthaltendes unmittelbar vorhergegangen iſt, b. wenn ſie unmittelbar hinter einander ſtehen würden, wie bei Verbis reciprocis, c. wenn ſie in einem Participio oder Appoſitionswort liegen; außerdem auch d. wenn ſie Zweideutigkeit oder doch Undeutlichkeit verurſachen würden, und e. bei dem allgemeinen Subject Man. Cf. Drak. ad L. 1, 23, 5. 40, 42, 2. Ruhnken. ad Rutil. p. 41. Huschke ad Tibull. 1, 3, 27. Garat. ad C. Verr. A, 1, 8. Held ad Caes. C. 1, 2, 50.

a. Certe omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, pervenire *posse*. C. Fam. 4, 13. sc. *me*, welches in putabo liegt. Ea, quae dicam, non de memetipso, sed de oratore *dicere* putetis. C. Or. 3, 20. sc. *me*, in dicam und memetipso enthalten. Negato sane, si voles, pecuniam *accepisse*. C. Verr. 2, 33. sc. *te*, cf. C. S. Rosc. 22, 61. Mihi significabant tuae literae, *subdubitare*, qua essem erga Appium voluntate. C. Fam. 2, 13. sc. *te*, in tuae enthalten. Artes ingenuae non reprehenduntur in iis, qui *abfuisse* ab istis studiis confitentur. C. Planc. 25. sc. *se*, wegen qui. P. Decius dixit, sibi in somnis visum esse, cum in mediis hostibus versaretur, *occidere* cum maxima gloria. C. Div. 1, 24. sc. *se*. Subduc cibum unum diem athletae: ferre non *posse* clamabit. C. Tusc. 2, 17. sc. *se*. Hoc te ratio docebit, ut immortalitate vincimur a divina natura, sic animi praestantia *vinci*. C. N. D. 1, 34. sc. *nos*, in vincimur enthalten. Nonne perspicuum est, ex prima admiratione hominum, quod tonitrua iactusque fulminum extimuissent, *credidisse*, ea efficere rerum omnium praepotentem Iovem. C. Div. 2, 18. sc. *eos*, cf. C. Verr. A. 1, 9, 25.

b. *Mihi* liceat negare, *posse*, quod non potero; et fateri, *nescire*, quod nesciam. C. Or. 1, 22. sc. *me*; *nescire*, sc. *me*, cf.

*) Accusativi geminatione facta amphibolia solvitur ablativo: ut illud, *Lachetem audivi percussisse Demeam*, fiat, *a Lachete percussum Demeam*. Q. 7, 9, 10. Vitanda in primis ambiguitas, non haec solum, quae incertum intellectum facit, ut *Chremetem audivi percussisse Demeam*: sed illa quoque, quae, etiamsi turbare non potest sensum, in idem tamen verborum vitium incidit: ut si quis dicat, *visum a se hominem librum scribentem*. Nam, etiamsi librum ab homine scribi pateat, male tamen composuerat, feceratque ambiguum, quantum in ipso fuit. Id. 8, 2, 16.

Digitized by Google

C. Or. 3, 20, 74. De *te* fama constans, nec decipi *posse*, nec vinci. C. Fam. 10, 20. sc. *te*. Puderet *me* dicere non *intelligere*, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. C. N. D. 1, 39, sc. *me*. T. Quinctius in potestate dictatoris milites fore dixit. Sibi *se* privatim nihil cavere: *nolle* alibi, quam in innocentia, spem habere. L. 7, 41. sc. *se*, cf. C. Caecil. 1, 5. Remi ad Caesarem legatos miserunt, qui dicerent, *se* suaque omnia in fidem atque potestatem populi Romani *permittere*. Caes. 2, 3. sc. *se*. Pausanias quum Byzantio expugnato cepisset nonnullos regis propinquos, *hos* clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis *effugisse*. N. 4, 2. sc. *eos*, cf. C. Or. 3, 35, 140.

c. Datur venia conciunitati sententiarum, ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant. In Panathenaico Isocrates ea studiose *consecutum* fatetur. C. Or. 12. sc. *se esse*. Valerius dictatura se abdicavit. Apparuit causa plebi, suam vicem *indignantem* magistratu abisse. L. 2, 31. sc. *eum*, welches wegen des ſtarken Accents auf *indignantem* wegblieb. Nonnulli captivorum ex itinere regressi clam in castra Hannibalis, solutum quod iuraverant *redituros*, rebantur. L. 24, 18. sc. *se esse*, welches nach iurare, wegen des ſtark accentirten Infinitivs jedesmal fehlt, wenn nicht andre Gründe, z. B. ein Gegenſatz, es beizubehalten rathen. Tribuni militum e: Centuriones nihil temere agendum, neque ex hibernis iniussu Caesaris discedendum, existimabant. Contra ea Titurius, sero *facturos* clamitabat, quum maiores hostium manus, adiunctis Germanis, convenissent. Caes. 5, 28. 29. Caesar, qualis esset natura montis et qualis in circuitu ascensus, qui cognoscerent, misit. Renuntiatum est, *facilem* esse. Id. 1, 21. sc. *eum* ascensum. L. Caecilius multa de republica egit; agrariae legi *intercessorem* fore professus est. C. Sull. 23. sc. *se*

d. Brutus avidum novae libertatis populum iureiurando adegit, neminem Romae *passuros* regnare. L. 2, 1. sc. *se*, welches aber hier mit dem Hauptſubject Brutus in Colliſion kommen würde. Pronuntiatur, prima luce *ituros*. Caes. 5, 31. *eos* sc. milites war nicht hinreichend, weil auch die Befehlenden ſich (se) mit nennen mußten. Zudem drückt *ituros* den Befehl ſtärker aus. Consul Sulpiciam percunctatus est, ecquam anum Aebutiam nosset? quum, eam *nosse*, probam et antiqui moris feminam, respondisset; opus esse sibi ea conventa, dixit. L. 39, 11. sc. *se*, wie L. 39, 43, 3.

e. Sensus cuiusque, et natura rerum, atque ipsa veritas clamabat quodam modo, non *posse* adduci, ut inter eas res, quas Zeno exaequaret, nihil interesset. C. Fin. 4, 19. extr.

5. Zuſtände, die als Wirkungen innerer Unruhe, anhaltender Leidenſchaft oder auch empörter Elemente verſinnlicht werden ſollen, werden von dem Erzählenden in der Sprache eines von denſelben Ergriffenen durch den Infinitivus Praesentis mit einem Subjectsnominativ dargeſtellt. Dieſer *Infinitivus historicus* verhält ſich als beſchreibender zu dem referirenden Präſens §. 164, 2., wie in gemäßigter Rede das Imperfectum zum Perfecto, und ſteht gewöhnlich mehrfach hinter einander, auch nach der Zeitpartikel quum.

Digitized by Google

Legati Ilergetum sine responso dimissi. Consulem nocte, quae insecuta est, anceps cura *agitare: nolle* deserere socios, *nolle* minuere exercitum; quod aut moram sibi ad dimicandum, aut in dimicando periculum afferre posset. Stat sententia, non minuere copias, ne quid interim hostes inferant ignominiae. L. 34, 12. cf. 3, 37. pr. Tac. 15, 27. extr. Quum Philippum adesse refugientes ex agris quidam pavidi nuntiassent, *trepidare* Democritus ceterique Aetolorum duces: et erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo sopiti iacebant. *Excitare* igitur alii alios, *iubere* arma capere, alios *dimittere* ad revocandos, qui palati per agros praedabantur, tantaque trepidatio fuit, ut sine gladiis quidam equitum exirent, loricas plerique non induerent. L. 31, 41. Postulo, Carpinatius mihi respondeat, qui sit iste Verrutius; in Sicilia sit, an iam decesserit. *Clamare* omnes, neminem unquam in Sicilia fuisse Verrutium. Ego *instare*, ut mihi responderet, quis esset, ubi esset, unde esset. C. Verr. 2, 77. cf. T. Andr. 1, 1, 120. Antiochus vocat ad coenam Verrem: exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro. Iste unumquodque vas in manus *sumere*, *laudare*, *mirari*. Rex *gaudere*, praetori populi Romani satis iucundum et gratum illud esse convivium. Ibid. 4, 27. Audita voce praeconis *) maius gaudium fuit, quam quod universum homines caperent. Vix satis *credere* se quisque audisse: alii alios *intueri*, mirabundi velut somnii vanam speciem: quod ad quemque pertineret, suarum aurium fidei minimum credentes proximos interrogabant. L. 33, 32. Brevi spatio interiecto hostes ex omnibus partibus, signo dato, *decurrere*, lapides, gaesaque in vallum *coniicere:* nostri primo integris viribus fortiter *repugnare*, neque ullum frustra telum ex loco superiore *mittere:* ut quaeque pars castrorum nudata defensoribus premi videbatur, eo *occurrere* et auxilium *ferre* **): sed hoc *superari*, quod hostes defessi proelio excedebant, alii integris viribus succedebant: quarum rerum a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat. Caes. 3, 4. Cepasius cum callidissime se dicere putaret: Respicite C. Fabricii senectutem, idque saepe dixisset, respexit ipse: at C. Fabricius discesserat. Hic iudices *ridere: stomachari* atque acerbe *ferre* patronus, causam sibi eripi, et se cetera non posse dicere. C. Cluent. 21. Iamque dies consumtus erat, *quum* ta-

*) der so eben im Namen des römischen Senats den bei den isthmischen Spielen versammelten Griechen die Freiheit angekündigt hatte.

**) so von leidenschaftlicher Geschäftigkeit, Sall. I. 100, 3. 4. Tac. G. 30.

Digitized by Google

men barbari nihil *remittere*, atque, uti reges praeceperant, noctem pro se rati, acrius *instare*. Sall. I. 98, 2. Transeuntem Apenninum Hannibalem atrox adorta tempestas est. Vento mixtus imber quum ferretur in ipsa ora, aversi a vento parumper consedere. Tum vero ingenti sono coelum *strepere*, et inter horrendos fragores *micare* ignes. Capti auribus et oculis metu omnes *torpere*. Tandem, effuso imbre, ipso illo loco castra ponere necessarium visum est. L. 21, 58.

6. Im höchſten Affect wird die Frage und der Ausruf im *Accusativo cum Infinitivo* ausgedrückt, der hier als Gegenſtand des Affects, der Verwunderung, des Erſtaunens, des Unwillens zu betrachten iſt. Der Deutſche braucht hier gewöhnlich die Umſchreibung mit daß, oder: Ich ſollte? Ich könnte? Vgl. Heindorf zu Hor. S. 1, 9, 73.

Me non cum bonis *esse* *)? C. Att. 9, 6. *Tene* hoc, Atti, *dicere* **), tali prudentia *praeditum?* C. Cluent. 31. Tum Brutus admirans, *Tantamne fuisse oblivionem*, inquit, in scripto praesertim, ut ne legens quidem unquam senserit Curio, quantum flagitii commisisset? C. Brut. 61. Non mihi *licere* meam rem solum, ut volo, loqui atque cogitare, sine te arbitro? Plaut. Cas. 1, 1, 1. Di vostram fidem! Ita *comparatam esse* hominum *naturam* omnium, aliena ut melius videant et diiudicent, quam sua? T. Heaut. 3, 1, 96. cf. C. Att. 2, 13. pr.

Me miserum! *te* ista virtute, fide, probitate, humanitate in tantas aerumnas propter me *incidisse* ***)! C. Fam. 14, 1. cf. 14, 2. med. Hoc non *videre*, cuius generis onus navis vehat, id ad gubernatoris artem nihil pertinere! C. Fin. 4, 27. cf. 2, 10. pr. O spectaculum miserum atque acerbum! ludibrio *esse* urbis *gloriam* et populi Romani *nomen!* C. Verr. 5, 38. Satis peccatum est a vobis in P. Africano. Literni *domicilium* et *sedem fuisse* domitoris Africae! Literni *sepulcrum ostendi!* L. 45, 38. cf. Tac. H. 3, 72. pr.

a. Gerundium. Gerundivum.

169 Der Infinitivus nennt ein Seyn als wirklich; das Gerundium und Supinum nur als gedacht, weswegen dieſe beiden Modi Nominalform annehmen.

---

*) ich ſollte es nicht mit den Patrioten halten?
**) du kannſt das ſagen?
***) daß du um meinetwillen in ſolchen Kummer haſt kommen müſſen! wie: *ταυῦν δ' ἀκούειν, τίς ἀθλιώτερος;* Sophocl. Oed. T. 1201. daß du jetzt hören mußt!

Digitized by Google

Das *Gerundium* bedeutet das zur Vollendung Bestimmtseyn oder das Seynsollen eines Zustandes und wird als declinirbares Neutrum zweiter Declination active, nur selten passive gebraucht; auch läßt es sich durch Adverbia bestimmen. Active nimmt es ein Nomen, besonders Neutra der Deutlichkeit wegen, im Casu seines Verbi zu sich, doch fast nur, wenn es im Genitivo oder Ablativo steht; im Nominativ und Accusativ seltner und im Dativ gar nicht.

Wird das vom Gerundio abhängige Nomen in den Casus des Gerundii gesetzt, und dieses wie ein Adjectivum dreier Endungen in gleichem Genere und Numero ihm angepaßt, so heißt es *Gerundivum*. Diese Verbindungsweise wurde im goldnen Zeitalter überall vorgezogen, wo sie passive denselben Sinn gab, den das Gerundium in activer Bedeutung hatte und wo sonst es die Deutlichkeit gestattete. So entstand das Participium Futuri Passivi.

*) Das Gerundium in den Formeln: Mihi est *legendum*, und mit der (veralteten) Rection: mihi est *scribendum epistolam*; tempus est *scribendi epistolam*; peritus *nandi*, Tac. H. 5, 6. entspricht ganz dem Deutschen: ich habe noch zu lesen; noch einen Brief zu schreiben; es ist Zeit einen Brief zu schreiben, kundig, d. i. fähig zu schwimmen, und wie hier Etwas zum Vollenden bestimmtes, mithin Etwas nur als gedachtes angedeutet ist, so auch beim Gerundio durch alle Casus. Hierdurch aber unterscheidet sich das Gerundium deutlich genug a. vom Infinitivo, der nur das wirkliche Seyn ausdrückt, und außerdem nie passive gebraucht werden kann, z. B. Aristoni et Pyrrhoni *inter* optime *vtilere* et gravissime *aegrotare* nihil prorsus dicebant interesse. C. Fin. 2, 13. wo dafür nicht valendum, aegrotandum stehen konnte; neben Substantiven aber hängt er nicht von diesen allein ab, sondern zugleich mit von dem dabei stehenden Verbo, wie: Galli consilium ceperunt ex oppido *profugere*. Caes. 7, 26. cf. 71. 8, 44. Afr. 78. wo cons. ceperunt für statuerunt zu nehmen ist; bei Adjectivis steht der Infinitiv griechisch, vgl. §. 168. Not. 1. — b. vom Participio Futuri Passivi; denn dieses hat nie Rection, nie active Bedeutung und kann daher auch nie die Stelle eines Verbalsubstantivs in *—tio* vertreten, wie: Res hostes *ad insequendum* tardabat. (Caes. 7, 67. Brevitas laus est interdum in aliqua *parte dicendi*. C. Brut. 13. wo, obgleich mit Unterschied des Sinnes, auch ad insecutionem, auch dictionis oder orationis stehen könnte, cf. Ellendt ad C. Brut. 35, 133. und unten Not. 4.

1. Als *Nominativus* steht

a. das Gerundium mit *est*, wie ein Impersonale, und hat die Person, der das Sollen gilt, im Dativo bei sich; im Ablativo mit *a* selten und nur der Deutlichkeit wegen in der Nähe eines andern Dativs. §. 56, D, b *), §. 58, 4.

Moriendum certe *est*, et id incertum, an eo ipso die. C. Sen. 20. Omne animal, *conſitendum est*, esse mortale. C. N.

Digitized by Google

D. 3, 13. *Orandum est*, ut sit mens sana in corpore sano. Iuvenal. 10, 356. Non corpori solum *subveniendum est*, sed menti atque animo multo magis. C. Sen. 11. Graecis *utendum erit* vocabulis. P. 2, 15. Scipio, etiam si cum pluribus pariter *dimicandum foret*, arte quadam copias auxerat. L. 27, 17. Eudoxus sic opinatur, Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime *esse credendum*. C. Div. 2, 42. Nemo unquam sapiens proditori *credendum* putavit. C. Verr. 1, 15. Ut *tibi ambulandum, ungendum*, sic *mihi dormiendum*. C. Att. 9, 7. fin. Suo *cuique* iudicio *utendum est*. C. N. D. 3, 1. Apud Pythagoram *discipulis* quinque annis *tacendum erat*. S. Ep. 52. *Oratori* diligenter *providendum est*, non uti illis satis faciat, quibus necesse est, sed ut his admirabilis esse videatur, quibus libere liceat iudicare. C. Or. 1, 26. Vix satis mihi illud videris attendere, non solum *Pompeio*, quid esset optimum, *videndum fuisse*, sed etiam, quid necessarium. C. Leg. 3, 11. Verminae responsum legatis est: si quid ad pacis leges addi, demi, mutarive vellet, rursus ab senatu *ei postulandum fore*. L. 31, 11. *Recto tibi invictoque moriendum est*. S. Ep. 37. — Aguntur bona multorum civium, quibus *est a vobis consulendum*. C. Manil. 2. *a vobis* wegen quibus. Dagegen: Aliquando isti principes, et *sibi*, et *ceteris*, populi Romani universi auctoritati *parendum esse* fateantur. C. Manil. 22.

b. Das Gerundivum eben ſo:

Noscenda est *natura* *), non facultas modo. C. Att. 12, 5. Omni in re consensio omnium gentium, *lex* naturae *putanda est*. C. Tusc. 1, 13. *Omnia humana tolerabilia ducenda*. C. Att. 12, 11. *Fortes* et *magnanimi sunt habendi*, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam. C. Off. 1, 19. *Occultae inimicitiae magis timendae sunt*, quam *apertae*. C. Verr. 5, 71. Qui civium *rationem* dicunt *habendam*, externorum negant: hi dirimunt communem humani generis societatem. C. Off. 3, 6.

Legendus mihi saepius *est Cato maior*. C. Att. 14, 21. *Diligentia* praecipue *colenda est nobis* **); *haec* semper *adhibenda*. C. Or. 2, 34. *Nihil* est *homini* tam *timendum*, quam invidia. C. Cluent. 3. *Tria videnda sunt oratori* ***); quid

*) Man muß die Natur kennen; nicht noscendum est naturam.
**) wir müſſen.
***) Ein Redner hat auf Dreierlei zu ſehen. Dieſe Conſtruction läßt ſich überhaupt verſchieden überſetzen, z. B. man hat zu be-

Digitized by Google

dicat, et quo quidque loco, et quomodo. C. Or. 14. Si Galli bellum facere conabuntur, *excitandus nobis erit* ab inferis *C. Marius*. C. Font. 12. Non *paranda nobis* solum, sed *fruenda* †) etiam sapientia est. C. Fin. 1, 1. Semper ita vivamus, ut *rationem reddendam nobis* arbitremur. C. Verr. 2, 11. Initio civilis belli per literas te consului, *quid mihi faciendum esse* censeres. C. Fam. 11, 29. — Quae mihi de Parthis nuntiata sunt, *ea* non putabam *a me* etiam nunc *scribenda esse* publice. Ib. 15, 19. Non *maiores nostros venerandos a nobis* et *colendos* putatis? C. Agr. 2, 35. Eros *a te colendus est*. C. Att. 13, 30. Patris *lenitas amanda* potius *ab illo*, quam tam crudeliter *negligenda*. Ib. 10, 4. cf. C. Fam. 12, 23, 2. 13, 16, 3. Dagegen: *Gerendus est tibi mos adolescentibus*. C. Orat. 1, 23. selten.

2. Als *Genitivus obiecti* steht

a. das Gerundium theils bei Substantivis, wie causa, gratia, copia, illecebra, venia, licentia, consuetudo, usus, occasio, initium, studium, animus, ardor, facultas, ius, libertas, potestas, voluntas, mos, ars, locus, tempus, spatium, finis, desiderium, ratio, modus, forma, materia, vis, lubido, cupiditas, difficultas, amor, cura, spes, etc. theils bei den Adjectivis avidus, cupidus, peritus, conscius, ignarus, studiosus, insuetus. Der Deutsche drückt es durch zu mit dem Infinitiv aus, bisweilen durch ein Substantivum.

Sapientia *ars vivendi* putanda est. C. Fin. 1, 13. Thucydides omnes *dicendi artificio* facile vincit. C. Or. 2, 13. De suspicione tua alienum *tempus* est mihi tecum *expostulandi, purgandi* autem *mei* necessarium. C. Fam. 3, 10, 16. cf. §. 157, 2. Cicero multum saepe ad Marcum filium *cohortandi gratia* scripsit. C. Off. 3, 2. Quis ignorat, maximam *illecebram* esse *peccandi*, impunitatis spem? C. Mil. 16. Laudabilis est is, qui cum *spe vincendi* simul abiecit *certandi* etiam *cupiditatem*. C. Fam. 4, 7. Habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic *vivendi modum*. C. Sen. 23. Ipsum *genus iocandi* non profusum, nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet. C. Off. 1, 29. *Ludendi* est quidam *modus* retinendus. Ibid. Triste est *nomen* ipsum *carendi* ††), quia subiicitur haec vis: habuit, non habet; desiderat; requirit; indiget. C.

---

fürchten; man darf, man braucht nicht; es ist zu besorgen; es ist löblich, lobenswerth, verwerflich u. dgl. Immer aber muß der deutsche Ausdruck sich auf die Hauptbedeutung zurückführen lassen.

†) cf. §. 142, 4. Not. 2.

††) das Wort Entbehren. Vgl. §. 106, b.

Digitized by Google

Tusc. 1, 36. Laelii et Scipionis ingenio plurimum tribuitur; *dicendi* tamen *laus* *) est in Laelio illustrior. C. Brut. 22. Qui *principes inveniendi* fuerunt, quem ex quaque belua usum habere possemus, homines certe fuerunt. C. Off. 2, 4. Vox, motus, vultus, atque omnis actio, *eloquendi comes* est. C. Part. 1. Intelligens *dicendi existimator* uno adspectu et praeteriens de oratore saepe iudicat. C. Brut. 54. Viri boni sequuntur naturam, optimam bene *vivendi ducem*. C. Lael. 5.

Epaminondas *studiosus* erat *audiendi*. Ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. N. 15, 3. Accidit mihi, homini *cupido satis faciendi* reipublicae, ut consilium sequerer periculosum magis, dum me probarem, quam tutum. C. Fam. 10, 18. Equum non crebris verberibus exterret *domandi peritus* magister. S. Clem. 1, 16. Dumnorix Aeduus *insuetus navigandi* mare timebat. Caes. 5, 6. *Inops dicendi* sapientia. C. Inv. 1, 2. Miles Romanus armis gravis et *nandi pavidus*. Tac. H. 5, 14.

Habeo *communia praecepta fidem faciendi* et *commovendi*. C. Part. 3. Decemviris *omnes provincias obeundi, liberos populos* agris *multandi* **) summa *potestas* datur, quum velint. C. Agr. 2, 13. Bellum illatum rei publicae cum viderem, nullam *moram* interponendam *insequendi M. Antonium* putavi. C. Phil. 6, 1. Equidem efferor *studio patres vestros videndi*. C. Sen. 23. cf. C. Brut. 19, 74. Lex Cornelia definite *potestatem* Pompeio *civitatem donandi* dederat. C. Balb. 14. cf. C. Verr. 3, 13, 32. Caes. C. 3, 15. Legati Germanorum a Caesare petebant, sibi uti *potestatem* faceret in Ubios *legatos mittendi*. Caes. 4, 11. Romae privatis *ius* non erat *vocandi senatum*. L. 3, 38. Per inducias *sepeliendi caesos potestas* facta est. L. 38, 2. Tarquinio *obsidendi* quoque *urbem spes* pulso a moenibus ademta erat. L. 1, 53. Ne Varus quidem Attius dubitat copias producere, sive *sollicitandi milites*, sive aequo loco dimicandi detur *occasio*. Caes. C. 2, 33.

---

*) das Lob der Beredsamkeit; doch immer nur im Sinne des Bevorstehenden, wie: Boni sequuntur naturam, optimam bene *vivendi ducem*. C. Lael. 5. nicht vitae. Metus plurimum confert ad *diligentiam custodiendi*. Colum. 12. Praef. 5. *officina dicendi*. C. Brut. 8, 32.

**) Nicht provinciarum obeundarum, liberorum populorum multandorum, denn nicht über die Provinzen oder über die freien Völker wurde ihnen Gewalt gegeben, sondern nur Vollmacht zum Bereisen, Bestrafen. So Philopoemenem *pudor reliquendi equites* tenuit. L. 39, 49, nicht vor den Reitern brauchte sich Philopömen zu schämen, sondern vor dem Zurücklassen derselben.

Digitized by Google

Consul *experiendi animos* militum *causa* parumper moratus est. L. 2, 15. Ita nati factique sumus, ut et *agendi aliquid*, et *diligendi aliquos*, et liberalitatis, et referendae gratiae *principia* in nobis contineremus. C. Fin. 5, 15. Diogenes dicebat *artem* se tradere bene disserendi, et *vera* ac *falsa diiudicandi*. C. Or. 2, 38. Nulla *causa* iusta cuiquam esse potest contra patriam *arma capiendi*. C. Phil. 2, 22. Equidem sum *cupidus te* in illa longiore ac perpetua disputatione *audiendi*. C. Or. 2, 4.

b. Das Gerundivum eben ſo:

Xenophonti nihil tam regale videtur, quam *studium agri colendi**). C. Sen. 17. Natura *cupiditatem* ingenuit homini *veri videndi*. C. Fin. 2, 14. *Pecuniae* non *quaerendae* solum *ratio* est, sed etiam *collocandae*. C. Off. 2, 12. Germani, neque *consilii habendi*, neque arma capiendi *spatio* dato, perturbantur. Caes. 4, 14. cf. 1, 52. Vestis *frigoris depellendi causa* reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam et dignitatem. C. Or. 3, 38. cf. Caes. C. 3, 110. C. Fin. 1, 10, 36. Pythagoreorum more *exercendae memoriae gratia*, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. C. Sen. 11. Ti. Graccho breve *tempus ingenii augendi* et *declarandi* fuit. C. Brut. 27. Sp. Manlius in *suspicionem* incidit *regni appetendi*. C. Mil. 27. Hannibal opinionem de se auxit *conatu* tam audaci *traiiciendarum Alpium*, et effectu. L. 21, 39. *Occasia* videbatur *rerum novandarum* **) propter ingentem vim aeris alieni. L. 6, 35. Quid turres et alium *obpugnandarum urbium adparatum* loquar? L. 5, 5. Ars oratoris *verborum* aut *faciendorum*, aut *deligendorum scientiam* profitetur. C. Or. 2, 9. Censores ob inopiam aerarii se iam *locationibus* abstinebant *aedium sacrarum tuendarum*, *curuliumque equorum praebendorum*. L. 24, 18. Audita Hannibalis vox fertur: *potiundae* sibi *urbis Romae* modo *mentem* non dari, modo *fortunam*. L. 26, 11. Magna universae Galliae *consensio* fuit *libertatis vindicandae* et pristinae belli *laudis recuperandae*. Caes. 7, 76. Qui aliquid tribuit voluptati, huic diligenter tenendus est *eius fruendae* ***) *modus*. C. Off. 1, 30. Traditur ab Epicuro *ratio negligendi do-*

---

*) die Beſchäftigung mit dem Anbau des Ackers active, und mit dem anzubauenden Acker passive iſt dem Sinn nach nicht verſchieden.

**) So *spem novandarum rerum*. L. 24, 24.; aber auch *novandi res* occasio data est. L. 24, 29. Multitudo Aetolorum, avida *novandi res*, Antiochi tota erat. L. 35, 33.

***) cf. §. 142, 4, Not. 2.

Digitized by Google

loris †). C. Fin. 2, 28. Haec sunt fundamenta firmissima nostrae libertatis, *sui* quemque *iuris* et *retinendi* et *dimittendi* esse *dominum*. C. Balb. 13. Multum apud homines barbaros valuit, esse repertos aliquos *principes belli inferendi*. Caes. 5, 54. cf. C. Or. 1, 21, 98. Iam priore consulatu Aemilius *dandi agri* plebi fuerat *auctor*. L. 3, 1. Magnam ingenuit animantibus *conservandi sui* *) natura *custodiam*. C. N. D. 2, 48. Mihi Roscius multa *confirmandi mei causa* dixit. C. Quint. 25. Ambiorix hortatur Nervios, ne *sui* in perpetuum *liberandi* atque *ulciscendi* Romanos *occasionem* dimittant. Caes. 5, 38.

Demosthenes *Platonis studiosus audiendi* fuit. C. Or. 1, 20. In magnis animis ingeniisque id saepe contingit, ut sint *cupidi bellorum gerendorum*. C. Off. 1, 22. Timotheus rei militaris fuit *peritus*, neque minus *civitatis regendae*. N. 13, 1. Zeno perpessus est omnia potius, quam *conscios delendae tyrannidis* indicaret. C. Tusc. 2, 22. Verum est, quemquam, si quid optime sciat, *ignarus*que si sit *faciundae* ac *poliendae orationis*, diserte id ipsum non posse, quod sciat, dicere. C. Or. 1, 14.

3. Als *Dativus* kommt

a. Das Gerundium bei Adiectivis, wie *utilis*, *inutilis*, *aptus*, *par*, *habilis*, *idoneus* und ähnlichen §. 120, b. und bei Verbis zur Angabe des Ziels §. 119, 1., nicht häufig vor. Gewöhnlicher ist der Accusativus mit ad.

Quis est tam *scribendo impiger*, quam ego? C. Fam. 2, 1. Crassus, cum *disserendo par* esse non posset, ad auctores confugit. C. Or. 1, 56. In culice natura telum ita formavit, ut *fodiendo acuminatum* pariter, et *sorbendo fistulosum* esset. P. 11, 2. Illud *ediscendo scribendo*que *commune* est, utrique plurimum conferre bonam valetudinem, animum cogitationibus aliis liberum. Q. 11, 2, 35. Limus ranas generat truncas pedibus; mox *apta natando* crura dat. O. Met. 15, 376. Apameae cum essem, multarum civitatum principes ad me detulerunt, sumtus decerni legatis nimis magnos, cum *solvendo* civitates non *essent* **). C. Fam. 3, 8. Pompeii theatrum, igne fortuito haustum, Tiberius exstructurum pollicitus est, quod nemo e familia *restaurando sufficeret* ***). Tac. 3, 72. Ego

†) wie man den Schmerz nicht achten soll. So: *Elephantorum traiiciendorum* varia *consilia* fuerunt. L. 21, 28.

*) cf. §. 157, 2.

**) da sie nicht bezahlen konnten. Eine sehr gewöhnliche Redensart. Die Stellen s. in Scheller's Lexicon.

***) So accipiundo, referundo sufficere. L. 26, 36.

Digitized by Google

relictis rebus *Epidicum operam quaerendo dabo* *). Plaut. Epid. 4, 2, 35.

b. Oefter das Gerundivum, auch bei Substantivis, beſonders bei Amtsnamen.

Ver tanquam adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros: reliqua tempora *demetendis fructibus et percipiendis accommodata* sunt. C. Sen. 19. Sunt nonnulli *acuendis* puerorum *ingeniis* non *inutiles* lusus. Q. 1, 3, 11. Non omnis materia est *idonea eliciendis ignibus*. S. N. Q. 2, 22. Servius *tritas* aures habebat *notandis generibus* poetarum. C. Fam. 9, 16. Tributo plebes liberata, ut divites conferrent, qui *oneri ferendo essent*. L. 2, 9. Experienda res in uno aut altero est, *sitne* aliquis plebeius *ferendo magno honori*. L. 4, 35. In Phoenice quingentorum est passuum litoris spatium, idque multa per saecula *gignendo fuit vitro*. P. 36, 26. *Satis est quibusdam artificiis percipiendis*, tantummodo id, quod tradatur, memoria custodire. C. Or. 1, 28. Neque mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominum *periculis sublevandis* non *impertiam*. C. Mur. 4. Tarquinius instabat, ut *comitia regi creando* **) fierent. L. 1, 35. M. Antonius fuit *triumvir reipublicae constituendae*. N. 25, 12. Demosthenes *curator muris reficiendis* fuit, eosque restituit pecunia sua. C. Opt. Gen. 7. Tiberius Gracchus, *triumvir* creatus *dividendis agris* ***), concitato in arma populo, oppressus est. Flor. 3, 14. Galli transalpini, transgressi in Venetiam, haud procul inde, ubi nunc Aquileia est, *locum oppido condendo* ceperunt. L. 39, 22. *Omnibus hibernis* Caesaris *obpugnandis* erat dictus *dies*, ne qua legio alterae †) legioni subsidio venire posset. Caes. 5, 27.

*) So Ecce *nos lavando* operam dederunt. Plaut. Poen. 1, 2, 13. *Ferendo* vix *erat ventrem*. O. Met. 9, 684. Eine ſehr ſeltene Conſtruction.

**) zur Königswahl. So comitia pontifici maximo creando sunt habita. L. 25, 5. tribunis consulari potestate creandis. L. 4, 6. cf. Drak. ad L. 2, 8, 3. Ferner: *Concilium legi perferendae* habere. L. 3, 16. Aber auch: *Comitia consulis subrogandi*. L. 3, 19, 2. cf. Drak. h. l. *Comitia ferendae legis*. L. 45, 35. Quae *aequandae libertatis essent*. L. 3, 31. cf. Garat. ad C. Verr. 2, 53, 132. pag. 504. sq. §. 102, Not. 2. und unten Not. 5, b.

***) So X vir stlitibus iudicandis. Grut. 465, 5. $\overline{XV}$ vir sacris faciundis. Ib. 463, 3. Triumviri agro dando. L. 3, 1. Quinqueviri legibus de consulari potestate scribendis. L. 3, 9. triumviri coloniae deducendae. L. 6, 21. dictatorem quaestionibus exercendis dici placuit. L. 9, 36.

†) cf. §. 38, 1. *)

Digitized by Google

*) Seltner ist bei Amtsnamen *ad*, z. B. Triumviri *ad coloniam* Ardeam *deducendam* creati. L. 4, 11. III viro *ad agr. dividend.* Grut. 463, 3. Der Ablativus z. B. A Quinctilio — IIII vir. *iure* dic(undo). Ib. 461. cf. Liv. 42, 28. Suet. Caes. 7. Nec *solvendo aere alieno* resp. esset. L. 31, 13. ist hier eigentlich alterthümliche Dativendung; vgl. §. 28, Anm. 2. Spätere aber nahmen dafür dennoch den Ablativ, wie: Is finis fuit *ulciscendo* Germanici *morte*. Tac. 3, 19. wogegen Livius sagt: Is finis Appio *alienae personae gerendae fuit*. L. 3, 36.

4. Als Accusativus steht nur bei den Präpositionen *ad*, *inter*, *ob*, seltner bei *ante*, *circa*, *in*

a. Das Gerundium.

Non solum *ad discendum* propensi sumus, verum etiam *ad docendum*. C. Fin. 3, 20. Breve tempus actatis satis est longum *ad* bene honesteque *vivendum*. C. Sen. 19. In oratore animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui et *ad excogitandum* acuti, et ad *explicandum ornandum*que sint uberes. C. Or. 1, 25. Manus *ad dimicandum* expedita. N. 14, 6. Videmus in bestiis, suam cuique naturam esse *ad vivendum* *) ducem. C. Fin. 5, 15. Nulla res tantum *ad dicendum* proficit, quantum scriptio. C. Brut. 24. Palus Romanos *ad insequendum* tardabat. Caes. 7, 26. 67. Quum in mentem venit, ponor *ad scribendum*. C. Fam. 9, 15. Quod me esse *ad scribendum* **) vides, ex ipso Senatus consulto intelligere potes, aliam rem tum relatam. C. Att. 1, 19. Mores puerorum se *inter ludendum* simplicius detegunt. Q. 1, 3, 12. Virgo Vestalis Amata *inter capiendum* a Pontifice maximo appellatur. Gell. 1, 12. Flagitiosum est, eum, a quo pecuniam *ob absolvendum* acceperis, condemnare. C. Verr. 2, 32. Equi *ante domandum* ingentes tollunt animos. V. Georg. 3, 206. Non solum est oratoris docere, sed plus eloquentia *circa movendum* valet. Q. 4, 5, 6. Saepe dies sermone minor fuit: *in*que *loquendum* tarda per aestivos defuit hora dies. O. Pont. 2, 10, 37.

Ego nullo loco deero neque *ad consolandum*, neque *ad levandum fortunam tuam*. C. Fam. 5, 17. Communicatio consilii, tali tempore, quasi quaedam admonitio videtur esse

*) verschieden von ducem *vivendi*; ducem esse für ducere.

**) Existimabas, alicui Senatus consulto, quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam affuisse: qui omnino consulibus illis nunquam *fuit ad scribendum*. C. Fam. 12, 29. der nie bei einem Senatsbeschluß gewesen ist, um ihn mit zu überschreiben. Die Namen derjenigen Senatoren, die für einen Senatsbeschluß mit gestimmt hatten, wurden über die Urkunde desselben geschrieben.

Digitized by Google

officii, vel potius efflagitatio *ad coeundum societatem*, vel periculi, vel laboris. Ib. 5, 19. Edit. Lagun. Coniungo me cum homine, magis *ad vastandum Italiam*, quam ad vincendum parato. C. Att. 8, 16. Nulla res, quae *ad placandum* †) *deos* pertineret, praetermissa est. C. Cat. 3, 8. Nuntiatum est Caesari, Ariovistum cum suis omnibus copiis *ad occupandum Vesontionem*, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere. Caes. 1, 38. cf. C. 1, 34. T. Manlio adolescenti pietas honori fuit, et quum eo anno primum placuisset, tribunos militum ad legiones suffragio fieri, secundum in sex locis tenuit, nullis domi militiaeque *ad conciliandum* *) *gratiam* meritis. L. 7, 5. Gracchus duxit *ad depopulandum Celtiberiam* legiones. L. 40, 49. Claudius, illecebris Agrippinae pellectus, subornavit, proximo Senatu, qui censerent, cogendum se *ad ducendum eam uxorem*. Suet. Claud. 26.

b. Das Gerundivum, welches der Deutsche durch zu, um zu mit dem Infinitiv, auch oft durch ein Substantivum auf ung übersetzt.

Deus vult omnibus patere *ad se placandum* et *colendum* viam. C. Leg. 2, 10. Homo magna habet instrumenta *ad obtinendam adipiscendamque sapientiam*. Ib. 1, 22. Duae summae sunt in oratore *laudes*, una subtiliter disputandi, *ad docendum*; altera graviter agendi, *ad animos* audientium *permovendos*. C. Brut. 23. Parvos *ad capiendam fugam* naturae et virium infirmitas impedit. Caes. 7, 26. Natura animum hominis sensibus ornavit *ad res percipiendas* idoneis. C. Fin. 5, 21. E terrae cavernis ignem elicimus, rem *ad colendos agros* necessariam. C. N. D. 2, 60. Multitudo pecudum partim ad vescendum **), partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim *ad corpora vestienda* facta est. C. Tusc. 1, 28. Eadem precor a diis immortalibus *ob* L. Murenae *consulatum* una cum salute *obtinendum*. C. Mur. 1. cf. C. Tusc. 3, 13. extr.

5. Als *Ablativus instrumenti et causae* auf die Frage Wodurch? und bei den Präpositionen *a*, *de*, *ex*, *in*, *cum*, *pro* steht

†) nicht placandos, was die Götter anging, die versöhnt werden sollten; sondern was zur Versöhnung derselben gehörte.

*) Nicht *conciliandam*, zur Gunst, die erworben werden sollte, sondern zur Erwerbung derselben. Die Herausgeber haben mehrere Stellen der Art auf die Auctorität einiger Handschriften geändert, ohne die Gründe der bessern Lesart andrer zu berücksichtigen. Eben so muß C. Fam. 9, 16. ad istorum benevolentiam *conciliandam* et *colligendum* gelesen werden.

**) passive, um gegessen zu werden, zur Speise.

Digitized by Google

a. das Gerundium, welches der Deutsche hier meist durch Substantiva auf ung, oft auch dadurch daß, indem übersetzt.

Hominis mens *discendo* alitur et *cogitando*. C. Off. 1, 30. Socrates *percontando* atque *interrogando* elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat. C. Fin. 2, 1. *Vigilando, agendo*, bene *consulendo* prospere omnia cedunt. Sall. C. 52, 29. Lycurgi leges laboribus erudiunt iuventutem, *venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando*. C. Tusc. 2, 14. P. Scipio latine *loquendo* cuivis erat par, et omnes sale facetiisque facile superabat. C. Brut. 34. Animus defessus *audiendo* aut admiratione integratur, aut risu novatur. C. Inv. 1, 17. Aristotelem in philosophia non deterruit *a scribendo* amplitudo Platonis. C. Or. 2. Pisoni nullum tempus unquam vacabat aut *a scribendo*, aut *a cogitando*. C. Brut. 78. Discrepat *a timendo* confidere. C. Tusc. 3, 7. Iupiter, id est, iuvans pater, quem appellamus *a iuvando Iovem*, a maioribus nostris optimus maximus dicitur. C. N. D. 2, 25. Epicurus nihil *de dividendo* ac *partiendo* docet. C. Fin. 1, 7. Multa *de* bene beateque *vivendo* a Platone disputata sunt. Ib. 1, 2. Prudentia *ex providendo* est appellata. C. Leg. 1, 23. cf. C. N. D. 2, 28, 72. Qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, nonne videmus eos cum maximis curis et laboribus compensare eam, quam *ex discendo* capiant, voluptatem? C. Fin. 5, 18. Virtutes cernuntur *in agendo*. C. Part. 23. Saepe plus *in metuendo* mali est, quam in ipso illo, quod timetur. C. Fam. 6, 4. Vitiosum est *in dividendo*, partem in genere numerare. C. Fin. 2, 9. Non potest severus esse *in iudicando*, qui alios in se severos esse iudices non vult. C. Manil. 13. Omnibus rebus is, qui princeps *in agendo* est, ornatissimus et paratissimus esse debet. C. Caecil. 15. Stoici prudentissimi *in disserendo* sunt. C. Brut. 31. cf. 17, 65. Omnibus in rebus temeritas *in assentiendo* errorque turpis est. C. Div. 1, 4. Lex est recta ratio *in iubendo* et *vetando*. C. Leg. 1, 12. Scribendi ratio coniuncta *cum loquendo* est. Q. 1, 5, 3. Heu senex, *vapulando*, hercle, ego abs te mercedem petam. Plaut. Aul. 3, 3, 8.

Dividendo copias *) periere duces nostri. L. 25, 38. Diu *circumsedendo Syracusas* Romani coelo aquisque adsuerant. L. 25, 26. Themistocles *maritimos praedones consectando* mare tutum reddidit. N. 2, 2. *Iniurias ferendo* maiorem laudem,

*) nicht durch die Truppen (dividendis copiis), sondern durch das Theilen derselben waren sie unglücklich.

Digitized by Google

quam *ulciscendo*, mereberis. C. Caecil. 18. Homines ad deos nulla re propius accedunt, quam *salutem* hominibus *dando*. C. Lig. 12. Servilius, consul, *medium se gerendo* nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit. L. 2, 27. Ligures, montani, duri sunt atque agrestes; docuit ager ipse, *nihil ferendo*, nisi multa cultura et magno labore quaesitum. C. Agr. 2, 35. Illud verum est Catonis oraculum: *Nihil agendo* homines male facere discunt. Colum. 9, 9, 4. Non pudendo, sed non *faciendo id*, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus. C. Or. 1, 26. Dolorem fugientes multi in tormentis saepe mori maluerunt *falsum fatendo*, quam infitiando dolere. C. Part. 14. Pars honesti versatur *in tribuendo suum* *) cuique. C. Off. 2, 5. *Parva* non *contemnendo* maiores nostri maximam hanc rem fecerunt. L. 6, 41. Invidiae verbum ductum est *a* nimis *intuendo fortunam* alterius. C. Tusc. 3, 9. Legem doctissimi viri Graeco putant nomine *a suum* cuique *tribuendo* appellatam. C. Leg. 1, 6. Qua voce mihi *in commemorando* eorum, qui de me optime sunt meriti, *beneficia* esse utendum putabam, ea nunc uti cogor in eorum periculis depellendis. C. Sext. 1.

b. Das Gerundivum.

Omnis loquendi elegantia augetur *legendis oratoribus* et *poetis*. C. Or. 3, 10. Exercenda est memoria *ediscendis* ad verbum quam *plurimis* et Ciceronis *scriptis* et aliorum. C. Or. 1, 34. Navale bellum *tempestatibus captandis* **) et *observando tempore* anni geritur. L. 5, 6. Quae virtus *moderandis cupiditatibus, regendis*que animi *motibus* †) laudatur, ei temperantiae nomen est. C. Part. 22. Hannibal, ingressus Capuam, *visenda urbe* magnam diei partem consumsit. L. 23, 7. *Sepulcris legendis* redeo in memoriam mortuorum. C. Sen. 7. Ferocior est dolor *libertate sua vindicanda*, quam cupiditas *iniusta dominatione* ††). L. 3, 39. Illi, quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen *ab augendis* hominum *utilitatibus* et *commodis* non recesserunt. C. Off. 1, 44. *Ab oppugnanda Neapoli* Hannibalem absterruere conspecta moenia. L. 23, 1. Multa sunt dicta ab antiquis *de con-*

**) wie C. Brut. 21, 85. dafür auch Iustitia cernitur in *suo* cuique tribuendo. C. Fin. 5, 23. was wohl bei einem Pronomen gestattet war, aber nicht bei einem andern Adiectivo neutr. gen.

***) dadurch, daß oder wenn man günstige Witterung abpaßt.

†) wegen Mäßigung der Begierden und Beherrschung der Gemüthsbewegungen.

††) sc. *vindicanda*, wenn man seine Freiheit — wenn man ungerechte Alleinherrschaft retten will.

Digitized by Google

temnendis et *despiciendis rebus humanis.* C. Fin. 5, 25. *In voluptate spernenda* et *repudianda* virtus vel maxime cernitur. C. Leg. 1, 20. Brutus in *liberanda patria* est interfectus. C. Sen. 20. *In officio colendo* sita vitae est honestas, et *in negligendo* turpitudo. C. Off. 1, 2. Zeuxis *muliebri in corpore pingendo* plurimum aliis praestabat. C. Inv. 2, 1. *Plerisque in rebus gerendis* tarditas et procrastinatio odiosa est. C. Phil. 6, 3. Multi *in amicis parandis* adhibent curam, *in amicis eligendis* negligentes sunt. C. Lael. 17.

Not. 1. In der ältern Latinität war das Gerundium ein immobiler Redetheil §. 62, 8. und so kommt es noch bisweilen im goldnen Zeitalter, selbst bei Cicero im Nominativ, Accusativ (s. oben 4, a.) und Genitiv statt des Gerundivi vor.

a. Mihi hac noctu *agitandum est vigilias.* Plaut. Trin. 4, 1, 27. *Optandum uxorem*, quae non vereatur viri. Afran. ap. Non. 9, 3. Subulo dictus, quod ita dicunt tibicines Tusci; quocirca *radices* eius in Etruria, non Latio *quaerendum.* Varr. L. L. 6, 3. *Canes* potius *paucos et acres habendum*, quam *multos.* Varr. R. R. 1, 21. cf. 1, 32, 2. 2, 7, 11. 12. 3, 10, 3. *Aeternas* quoniam *poenas* in morte *timendum.* Lucret. 1, 112. cf. 2, 492. 3, 626. *Multa*que nobis *clarandum est*, plane si res exponere avemus. Id. 4, 779. cf. 1, 139. 382. Volumus, nisi molestum est, Cato, tanquam aliquam viam longam confeceris, *quam* nobis quoque *ingrediendum sit*, istuc, quo pervenisti, videre, quale sit. C. Sen. 2. *Notandum* putavi *libidinem.* Ibid. 12, 42. Mss. *Istos* magis *audiendum*, quam *auscultandum* censeo. C. Div. 1, 57. Catoni moriendum potius, quam tyranni *vultum aspiciendum fuit.* C. Off. 1, 31. *Obliviscendum* vobis putatis matrum in liberos *scelera?* C. Scaur. 13. cf. Beier h. l. und in Mss. z. B. *noctem exspectandum.* C. Mil. 19. extr. *ad aedificandum rem publicam.* C. Fam. 9, 2. extr. *ad illustrandum nobilitatem.* C. Brut. 16, 62. Caesar statuit *exspectandum classem.* Caes. 3, 14. Ms. Gottorp. et Edit. Frf. 1575. Marcius experienda omnia ad ultimum, nec *praetermittendum spem ullam* censuit. L. 42, 43. cf. Drak. ad L. 2, 2, 5. ad Sil. 15, 105.

b. *Nominandi istorum* tibi erit magis, quam *edundi copia.* Plaut. Capt. 4, 2, 72. Date crescendi copiam, *novarum* (fabularum) qui *spectandi* faciunt *copiam.* T. Heaut. pr. 29. *Eius videndi cupidus.* T. Hec. 3, 3, 12. sc. uxoris. *Poenarum solvundi tempus.* Lucret. 5, 1224. Aliquod fuit *principium generandi animalium.* Varr. R. R. 2, 1, 3. *Reliquorum siderum* quae *causa collocandi* fuerit, in sermonem alium differendum est. C. Univ. 9. Facere omnia aut voluptatis *causa*, aut *eorum*, quae secundum naturam sunt, *adipiscendi.* C. Fin. 5, 7, 19. *Omnium rerum* una est *definitio comprehendendi.* C. Acad. 2, 41. fin. Ex magna copia nobis fuit *exemplorum eligendi potestas.* C. Inv. 2, 2, 5. Hominibus ne *reiiciundi* quidem amplius, quam *trium iudicum*, leges Corneliae faciunt *potestatem.* C. Verr. 2, 31. *Earum rerum* nullam sibi iste neque *infitiandi rationem*, neque *defendendi facultatem* reliquit. Ib. 4, 47. Agitur, utrum M. Antonio *facultas* detur opprimendae rei publicae, diripiendae urbis, *agrorum* suis latronibus *condonandi*, populum Romanum servi-

Digitized by Google

tute opprimendi; an horum ei facere nihil liceat. C. Phil. 5, 3. Cave putes, quicquam esse minoris his consulibus. *quorum* ego *spe audiendi*, et cognoscendi nostri apparatus Capuam veni. C. Att. 7, 20. Ephebis permissa iocandi *licentia diripiendique pomorum* et *opsoniorum*. Suet. Aug. 98. Elegantia orationis Sallustii *verborumque fingendi et novandi studium* cum multa prorsus invidia fuit. Gell. 4, 15. Fecisse videtur librum Aelius sui magis admonendi, quam *aliorum docendi gratia*. Ib. 16, 8. Anders verhält es sich mit den §. 157, 2. angegebenen Constructionen.

Not. 2. Die Formeln *faciendum est ut*, *non committendum est ut* werden umschreibend mit einer gewissen Urbanität statt des Gerundii des folgenden Verbi gebraucht, und eben so *faciendum putavi*, *existimavi*, *censui* statt feci.

Si de sacrorum alienatione *dicendum putasti*, *faciendum tibi est*, ut, magistratibus lege constitutis, de potestate, tum de iure disputes. C. Leg. 3, 20. statt dixisti — disputa. *Faciendum mihi putavi*, *ut* tuis literis brevi responderem. C. Fam. 3, 8. Sic *est faciendum*, ut contra universam naturam nihil contendamus. C. Off. 1, 31. Hoc loco *faciendum mihi est*, ut vobis breviter illa crimina exponam. C. Cluent. 4. *Visum est faciendum*, quoquo modo res se haberet, vos certiores facere. C. Fam. 4, 12. Nunquam omnino periculi fuga *committendum est*, ut imbelles timidique videamur. C. Off. 1, 24. Caesar *committendum non putabat*, ut, pulsis hostibus, dici posset, eos ab se per fidem in colloquio circumventos. Caes. 1, 46.

Not. 3. In passiver Bedeutung kommt das Gerundium seltner vor und mehr alterthümlich.

Haec frequentia totius Italiae Romam convenit uno tempore undique comitiorum, ludorum, *censendique* causa. C. Verr. A. 1, 18. um sich schätzen zu lassen, cf. Ruhnk. ad Vell. 2, 15, 1. Doleo, tantam Stoicos nostros Epicureis *irridendi sui* facultatem dedisse. C. Div. 2, 17. Omnis res eandem habet naturam *ambigendi*, de qua quaeri et disceptari potest. C. Or. 3, 29. *Ignoscendi* venia petenda est. C. Part. 37. Hostis Antonius iudicatus Italia cesserat: spes *restituendi* nulla erat. N. 25, 9. Claudius Arpocrae lectica per urbem *vehendi* ius tribuit. Suet. Claud. 28. wie *ad gestandum*. Suet. Galb. 8. cf. Oudend. h. l. — Charta emporetica inutilis est *scribendo*. P. 13, 12. Aqua bituminata aut nitrosa utilis est *bibendo*. P. 31, 6. Rubens ferrum non est habile *tundendo*. P. 34, 15. — Nunc ades ad *imperandum* vel ad parendum potius: sic enim antiqui loquebantur. C. Fam. 9, 25. um dir befehlen zu lassen, cf. Ern. ad Tac. H. 1, 52. S. oben 4, b. das vorletzte Beispiel.

Not. 4. Das Gerundium, welches Etwas erst geschehen sollendes bedeutet, unterscheidet sich hierdurch von dem Verbalsubstantivum auf *—tio*, welches die Ausübung der Handlung bezeichnet.

Ista *dicendi* laude delector. C. Brut. 6. Id in quarto loco *quaerendi* posueramus. C. Or. 2, 58. *Ad perorandum* spectare videtur sermo tuus. C. Brut. 85.

Not. 5. Derselbe Gebrauch, der bei Substantivis im Genitivo Obiecti Statt findet §. 106. ist auch bei dem Genitivo Gerundii üblich. Es bedeutet nämlich

a. active einen Zustand, an oder bei welchem das in dem regierenden Substantivo Genannte wahrgenommen wird.

Digitized by Google

Ipsum bonum, quod in eo positum est, ut naturae consentiat, *crescendi accessionem* nullam habet. C. Fin. 3, 14. Orator simplus, copiosus, gravis est, cuius *ornatum dicendi* et copiam admiratae gentes, eloquentiam in civitatibus plurimum valere passae sunt. C. Or. 28. Consuetudo exercitatioque et *intelligendi prudentiam* acuit, et *eloquendi celeritatem* incitat. C. Or. 1, 20. Lex est recta *ratio imperandi* atque *prohibendi*. C. Leg. 1, 15. *Defendendi* facilis est *cautio*. C. Flacc. 13.

b. passive Etwas beabsichtigtes, eine Bestimmung.

Qui ad naturae suae non vitiosae genus *consilium vivendi* omne contulerit, is constantiam teneat. C. Off. 1, 33. *Commorandi* natura *deversorium* nobis, non *habitandi locum* dedit. C. Sen. 23. Multa non habent insignem et propriam *percipiendi notam* †). C. Acad. 2, 31. De Simonide cum quaesivisset tyrannus Hiero, quid aut quale esset deus, *deliberandi* ††) sibi unum *diem* postulavit. C. N. D. 1, 22. Primores civitatis cernebant in omnibus vicis sacellisque insolita *piacula pacis* deum *exposcendae*. L. 4, 30. Placuit *averruncandae* deum *irae victimas* caedi. L. 8, 6. Hierher gehört auch der Genitivus Gerundivi bei *esse*. §. 102, Not. 2. In libris quibusdam repertis quum praetor animadvertisset pleraque *dissolvendarum religionum esse*, in conspectu populi cremati sunt. L. 40, 29.

Not. 6. Das Gerundium läßt sich auch als Appositon brauchen. §. 96, 4, e.

Fabius consul, non *immemor eius*, quod initio consulatus imbiberat, *reconciliandi* animos plebis, saucios milites curandos dividit Patribus. L. 2, 47.

Not. 7. Der Begriff, von welchem der Genitivus des Gerundii abhängt, kann aber auch in einem nebenstehenden Adjectivo, Participio oder Verbo so deutlich bezeichnet, oder so allgemein genommen seyn, daß eine ausdrückliche Angabe desselben überflüssig wird, wie bei *esse*, §. 102. Not. 2. Eben so werden auch Substantiva im Genit. Subiecti und Obiecti gebraucht, vgl. §. 106. Not. 3. *) Diese Constructionen sind bei den Geschichtschreibern, wie Sallustius, Tacitus, und bei Spätern sehr gewöhnlich. Hierher gehörige Stellen haben gesammelt Oudend. ad Caes. 4, 1. Cort. ad Sall. C. 6, 7. I. 88, 4. Davis. ad C. N. D. 1, 21. Torren. ad Val. Max. 3, 7. ext. 1. p. 295. Arntzen. ad Aur. Vict. V. Ill. 2.

Omisso Patara amplius *tentandi* †††), Rhodii domum dimissi sunt. L. 37, 16. Patavii *secretum componendae seditionis* quaesitum. Tac. H. 2, 100. Vologesi *vetus* et penitus *infixum* erat,

---

†) ein eigenthümliches Merkmal, an welchem sie wahrgenommen werden können.

††) So *diem inquirendi*. C. Verr. A. 1, 2, 6. Si arborum *trunci sive naves deiiciendi operis* essent a barbaris missae. Caes. 4, 17. extr. siehe die folgende Not. 7.

†††) Wohl die einzige Stelle dieser Art bei Livius, aber durch alle Handschriften und ältesten Editionen gesichert; *tentandi* sc. *conatu*, welches sich aus omisso leicht ergibt. Neuere lesen dafür Omissa Patara amplius tentandi spe.

Digitized by Google

arma Romana *vitandi* *). Tac. 15, 5. *Decernatur* et *maneat* provincialibus potentiam suam tali modo *ostentandi*. Ib. 15, 21. Plancinam Augusta *monuit* muliebri aemulatione Agrippinam *insectandi* **). Ib. 1, 43.

Vereor coram in os te laudare amplius, ne id *assentandi* magis, quam quo habeam gratum, facere existimes. T. Ad. 2, 4, 6. E seditiosis unum vinciri iubet Hordeonius, magis *usurpandi iuris*, quam quia unius culpa foret. Tac. H. 4, 25. Spectatus est Sacrovir intecto capite, pugnam pro Romanis ciens, *ostentandae*, ut ferebat, *virtutis*. Tac. 3, 41. Opus erat Cinnae partibus auctoritate, gratia: *cuius augendae* C. Marium cum filio de exsilio revocavit, quique cum iis pulsi erant. Vellei. 2, 20.

Not. 8. Von dem Gerundio in *—di* unterſcheidet ſich das in *—dum* mit *ad* dadurch, daß es deutlicher die Beſtimmung eines Gegenſtandes zu Etwas ausdrückt, daher es gewöhnlich dem ganzen Prädicat angehört, aber auch bei einzelnen Subſtantiven vorkommt.

Tibi si in praesentia satisfacere non potuero, tamen multae mihi *ad satisfaciendum* reliquo tempore facultates dabuntur. C. Cluent. 4, cf. C. Verr. 2, 27. extr. C. Font. 6, 12. Att. 6, 2. pag. 699. Rep. 1, 1. Fam. 15, 13, 3. Caes. 1, 38. Scias et in afflicta republica esse occasionem sapienti viro *ad se proferendum*. S. Tranq. 3. cf. C. Manil. 2, 4. det ansas *ad reprehendendum*. C. Lael. 16, 59. Spatium sumamus *ad cogitandum*. C. Fin. 4, 1, 1. cf. C. Verr. A. 1, 18, 56. Caes. 1, 7, extr. L. 2, 4, 3. Neque Pompeius moram ullam *ad insequendum* intulit. Caes. C. 3, 75. Voluntatem habent *ad hunc opprimendum*. C. Font. 14. Ne haec quidem satis vehemens causa *ad obiurgandum*. T. Andr. 1, 1, 123. Tantam in illis animalibus *ad venandum* cupiditatem ingenerasse naturam. Curt. 9, 1, 33. Non senatui libertas *ad poenitendum* erat. Tac. 3, 51. Est etiam deformitatis, et corporis vitiorum satis bella materies *ad iocandum*. C. Or. 2, 59. Tibi argumentum *ad scribendum* fortasse deest. C. Fam. 9, 7. Ne militibus quidem, ut defessis, studium *ad pugnandum*, virtusque deerat. Caes. C. 2, 43.

b. Supinum.

Das Supinum bezeichnet das gedachte Vollendetſeyn eines Zuſtandes und wird in der Form eines Subſtantivs vierter Declination nur als Accuſativus *activi*, und als Ablativus meiſt *passivi* gebraucht, nimmt aber weder ein Adjectivum noch ein Adverbium an. Ueberhaupt iſt ſein Gebrauch nicht ſehr häufig. 170

1. Das Supinum auf *um* ſteht nur bei Verbis, die eine Abſicht andeuten; daher am häufigſten bei Verbis der Bewegung an einen Ort hin, wie gehen, kommen, ſchicken, wie im Deutſchen: Er geht betteln. Es nimmt den Caſus ſeines Verbi zu ſich und wird gewöhnlich durch um zu mit dem Infinitiv, auch durch ein Subſtantiv überſetzt.

*) sc. *studium*, oder ein ähnlicher Begriff, den man ſich bei vetus und inſixum denken mag.

**) wie temporis ac necessitatis monet. Tac. 1, 67.

Digitized by Google

Coriolanus in Volscos *exsulatum abiit* *). L. 2, 35. Galli gallinacei cum sole *eunt cubitum* **). P. 10, 21. Themistocles Argos *habitatum concessit.* N. 2, 1. Eumenes Antigonum in Mediam *hiematum* coegit *redire;* ipse in finitima regione Persidis *hiematum* copias *divisit.* N. 18, 8. Bello Helvetiorum perfecto, totius fere Galliae legati ad Caesarem *gratulatum convenerunt.* Caes. 1, 30. Lacedaemonii Agesilaum *bellatum miserunt* in Asiam. N. 9, 2. Athenienses *miserunt* Delphos *consultum*, quidnam facerent de rebus suis. N. 2, 2. Fabius pictor Delphos ad oraculum *missus est sciscitatum*, quibus precibus suppliciisque deos possent placare. L. 22, 57. Porsena *praedatum* ***) milites trans Tiberim aliis atque aliis locis *traiecit.* L. 2, 11. Stultitia est, *venatum ducere* invitas canes. Plaut. Stich. 1, 2, 82. Memoriae proditum est, cum Athenis, ludis, quidam in theatrum grandis natu venisset, Lacedaemonios consurrexisse omnes, et senem illum *sessum* †) *recepisse.* C. Sen. 18. Nulli negare soleo, si quis *esum* me *vocat.* Plaut. Stich. 1, 3, 28. Augustus filiam Iuliam primum Marcello, Octaviae, sororis suae, filio; deinde, ut is obiit, Marco Agrippae *nuptum dedit.* Suet. Aug. 63. Dumnorix propinquas suas *nuptum* in alias civitates *collocavit.* Caes. 1, 18. *Coctum* ego, non *vapulatum* ††) *conductus fui.* Plaut. Aul. 3, 3, 9. *Spectatum admissi* risum teneatis amici. H. Art. P. 5.

Non ego *Graiis servitum matribus ibo.* V. Aen. 2, 786. Philippus Aegis a Pausania, quum *spectatum ludos iret*, iuxta theatrum occisus est. N. 21, 2. Divitiacus Romam ad senatum *venit*, *auxilium postulatum.* Caes. 1, 31. In castra Aequorum legati ab Roma *venerunt questum iniurias* et ex foedere *res repetitum.* L. 3, 25. cf. 21, 41, 13. Perdiccas *Aegyptum oppugnatum* adversus Ptolemaeum *erat profectus.* N. 18, 3. cf. Sall. I. 103, 1. Veientes, *pacem petitum*, oratores Romam *mittunt.* L. 1, 15. Hannibal invictus *patriam defensum revocatus est.* N. 23, 6. Ad Cn. Pompeium multi

*) ins Exil.
**) zu Bette.
***) auf Beute.
†) um sich zu setzen. *Sessum* ire. C. Or. 3, 5, 17. N. D. 3, 30. pr. *sessum* ducere. Plaut. Poen. Prol. 20. C. Fam. 10, 32, 4. *sessum* incedere. Plaut. Poen. Prol. 10.
††) um mich schlagen zu lassen; vgl. §. 56. Not. 3. Als eigentliches Passivum kommt dieses Supinum nur in der alten Gesetzformel vor: Mulier, quae *usurpatum isset* und Martial. 11, 8, 13. In beiden ist jedoch Selbstthätigkeit nicht ausgeschlossen.

Digitized by Google

mortales *oratum* *) in Albanum *obsecratum*que *venerunt*, ne meas fortunas desereret. C. Pis. 31.

2. Das Supinum auf *u*, im Deutſchen durch zu mit dem Infinitiv ausgedrückt, ſteht als Ablativus Modi

a. bei *fas*, *nefas*, *opus*, §. 142, 2. Not. 2, c.

Humanus animus cum alio nullo, nisi cum ipso deo, si hoc *fas* est *dictu*, comparari potest. C. Tusc. 5, 13. Videtis, *nefas* esse *dictu*, miseram fuisse Maximi senectutem. C. Sen. 5. Ita *dictu opus* est, si me vis salvum esse. T. Heaut. 5, 1, 68.

b. bei den Adiectivis, die eine Beſchaffenheit, Fähigkeit, Tauglichkeit, oder eine Art und Weiſe andeuten, als: *bonus*, *parvus*, *magnus*, *dulcis*, *gravis*, *levis*, *fidus*, *durus*, *deformis*, *speciosus*; *dignus*, *indignus*, *proclivis*, und bei denen auf *ilis*, wie *facilis*; *rarus*, *necessarius*, *vehemens* etc.

Quod *optimum factu* videbitur, facies. C. Att. 7, 22. Sapiens *vitatu*, quidque *petitu* sit *melius*, causas reddet tibi. H. Sat. 1, 4, 115. Libertatis restitutae *dulce auditu* nomen mutavit Syracusanorum animos. L. 24, 21. In consilio capiendo *honestumne factu* sit, an *turpe*, dubitant. C. Off. 1, 3. *Turpe* quidem *dictu*, sed (si modo vera fatemur) vulgus amicitias utilitate probat. O. Pont. 2, 3, 7. Quid est tam *iucundum cognitu* atque *auditu*, quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio? C. Or. 1, 8. cf. 2, 84, 343. Palpebrae sunt tegmenta oculorum, *mollissimae tactu*, ne laederent aciem. C. N. D. 2, 57. Hernici nihil usquam *dictu dignum* ausi sunt. L. 9, 43. *Dictu* est *proclive*, homines in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam sequi. C. Off. 2, 20. Graves videntur calamitatum societates, ad quas non est *facile inventu*, qui descendat. C. Lael. 17. *Difficile dictu* est, quanto opere conciliet animos comitas affabilitasque sermonis. C. Off. 2, 14. cf. C. Fin. 4, 19, 52. Tusc. 5, 1, 1. Uva primo est *peracerba gustatu*. C. Sen. 15. *Foedum inceptu*, *foedum exitu* vites. L. Praef. Non *speciosa dictu*, sed *usu necessaria* in rebus adversis sequenda sunt. Curt. 5, 1, 8.

c. bei einigen Verbis, ſelten.

Galli et Germani, et (*pudet dictu* **)) Britannorum plerique diutius hostes, quam servi sunt. Tac. Agr. 31. Verba *dictu fastidienda sunt*. Val. Max. 9, 13, 2. Villicus primus

*) sc. *eum*, welches wegen der Nähe des Hauptworts Pompeium weqfiel; wie: Tuus vir me oravit, ut eam istuc ad *te adiutum* mitterem. Plaut. Cas. 3, 2, 13. cf. Hirt. B. Alex. 67.

**) So: Neque mei, neque tui *puditum est factis*, quae facis. Plaut. Bacch. 3, 1, 12.

Digitized by Google

cubitu surgat, postremus cubitum eat. Cato R. R. 5. Prius iam convivae ambulant ante ostium, quam ego *obsonatu redeo* *). Plaut. Menaech. 2, 2, 5.

Not. 1. *Ire* mit dem Supino in *um* bedeutet: damit umgehen, wollen; kommt aber, als veraltet, bei Cicero nicht vor.

Cur te *is perditum* **)? T. Andr. 1, 1, 107. Fuere cives, qui seque remque publicam *perditum irent*. Sall. C. 36. Consuli Laevino Capuam praetereunti circumfusa multitudo Campanorum est obsecrantium, ut sibi Romam ad senatum ire liceret, oratum, ne se ad ultimum *perditum irent*. L. 26, 27. Tarquinius orabat maxime Veientes, ferrent opem; suas quoque veteres iniurias *ultum irent* ***). L. 2, 6. Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas *raptum ire* †), vulgatum est. Tac. H. 2, 6.

Auch mit einem Verbo passivo verbunden, behält dieses Supinum active Bedeutung, z. B. Contumelia mihi per huiusce petulantiam *factum itur* ††). Cato ap. Gell. 10, 14. Daher der Inf. Fut. Passivi, wie: Reus parricidii *damnatum iri* videbatur. Q. 9, 2, 88. cf. §. 53. Not.

Not. 2. Das manchen Verbis fehlende Supinum können folgende, dem Sinn nach nicht sehr verschiedene †††) Constructionen ersetzen, in manchen Fällen wohl auch mit ihm wechseln. So kann z. B. statt *eo spectatum* stehen:

a. *ad spectandum:* Ii, qui *ad spectandum* convenerant, in studia diducti sunt. Tac. H. 2, 68. Utrimque legati *ad res repetendas* missi. — Albanorum legati purgando terunt tempus: se invitos quidquam, quod minus placeat Tullo, dicturos; sed imperio subigi: *res repetitum* se venisse. L. 1, 22.

b. *spectandi causa:* Caesar *pabulandi causa* tres legiones atque omnem equitatum misit. Caes. 5, 17. His pontibus *pabulatum* mittebat. Caes. C. 1, 40. *Aquandi causa* nemo egreditur. Ib. 1, 81. Multitudo *aquatum* unum in locum conveniebat. Caes. 8, 40.

c. *spectaturus:* Maroboduus misit legatos ad Tiberium *oraturos* auxilia. Tac. 2, 46. cf. Tac. H. 4, 36. extr. *allaturos*, ib. 3, 20.

---

*) Statt des Supini in dieser Verbindung sind die Verbalia in *io* weit gewöhnlicher, und, gehört ein Casus dazu, nothwendig, z. B. Gregarius miles *a frumentatione rediens*, abiecto onere caput Galbae amputavit. Suet. Galb. 20. Iam Aetoli *a populatione Acarnaniae* Stratum *redierant*. L. 38, 5.

**) warum willst du dich unglücklich machen? Eine alterthümliche Formel.

***) sie sollten rächen. Dieses ire fehlt in der Stelle: Neque ego vos *ultum* iniurias hortor. Sall. Hist. 3. in fragm. ap. Cort. p. 973.

†) daß sie an sich reißen wollten. cf. Tac. 4, 1.

††) statt: eunt contumeliam mihi factum.

†††) Supina longe maiore (quam Participia) affectu notant: nam *Eo ad pugnandum* futurum significavit; *Eo pugnatum* ita posuit Futurum, ut iam absolutum sit. Ita est, quomodo apud Homerum: τὸ δὲ τετελεσμένον ἔστω. Scaliger de Causis L. L. p. 375.

Digitized by Google

ſin. nur bei Livius und Spätern. Miserant Hyrcani ad principem Romanum, societatem *oratum*. Ib. 14, 25. Auch: Cum Karthaginiensium legatis Romae foedus ictum, quum amicitiam ac societatem *petentes* venissent. L. 7, 27. cf. 30, 38, 3. Canes alium *rogantes* regem misere ad Iovem. Phaedr. 1, 2, 21. wofür Bentley rogatum lieſt. Veniam *ostentantes*. Tac. H. 4, 59. extr. ebenfalls nur bei Spätern.

d. *ut spectem:* Missa est ancilla illico obstetricem *arcessitum*, et puerum *ut adferret* simul. T. Andr. 3, 2, 35.

e. *spectare*, griechiſch und ſelten: Legati, ad res repetendas in Macedoniam, renuntiandamque amicitiam regi missi, redierunt: Regem accensum ira inclementer esse locutum, quod alii super alios legati venirent *speculari* dicta factaque sua. L. 42, 25. cf. V. Aen. 1, 527. Vultisne eamus *visere?* T. Phorm. 1, 2, 52.

Not. 3. Eben ſo ſtehen ſtatt des Supini in *u*, beſonders bei facilis, difficilis, folgende Conſtructionen:

a. *optimum factum* ſtatt factu bei Salluſtius.
Catilina *optumum factum* ratus, in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio conligere. Sall. C. 57.

b. Der Infinitivus Praes. bei *facile est*, *difficile est*, *grave est*, etc. §. 168, 2.
Facile est vincere non repugnantes. C. Tusc. 1, 1. Tanta in Attico erat humanitas, ut *iudicare difficile sit*, cui aetati fuerit aptissimus. N. 25, 16. Scribonianus, ne paratis quidem *corrumpi facilis*. Tac. H. 4, 39. Quod *facere turpe* non *est*, modo occulte, id *dicere obscoenum est*. C. Off. 1, 35.

c. Das Gerundium mit *ad*.
Epicurus eo utebatur cibo, qui et suavissimus esset, et idem *facillimus ad concoquendum*. C. Fin. 2, 20. Oratorem puto esse eum, qui verbis *ad audiendum iucundis* et sententiis ad probandum accommodatis uti possit. C. Or. 1, 49.

d. Das Participium Praesentis Activi.
Decemviri *colloquentibus* erant *difficiles* *). L. 3, 36.

e. Das Passivum, wobei das Adjectivum in ein Adverbium übergeht.
Non *facile diiudicatur* amor verus et fictus. C. Fam. 9, 16. Ex loti semine fiunt panes in Aegypto a pastoribus. Negatur quicquam illo pane salubrius esse, aut levius, dum caleat: refrigeratus *difficilius concoquitur*. P. 22, 21.

f. Auch läßt ſich das Supinum in ein Substantivum verbale umändern, welches auf verſchiedne Weiſe, je nachdem das Adjectivum es geſtattet, verbunden werden kann.
Arbutus fructum fert *difficilem concoctioni*. P. 23, 8. Quanta Macedonia esset, quam *divisui facilis*, Macedones quoque ignorabant. L. 45, 30. In insulis Fortunatis arbores sunt similes ferulae, ex quibus aqua exprimitur *potui iucunda* **). P. 6, 32.

*) waren nicht leicht zu ſprechen.
**) Dagegen: aquae *potu suavissimae*. Plin. 19, 11. Castorea *utilissima potu*. Id. 32, 8, 29.

Digitized by Google

Iustae causae *facilis* est *defensio*. C. Or. 1, 56. Virtutum ac vitiorum *facilis* est *distinctio*. C. Fin. 1, 10. *Difficilis* est animi, quid aut qualis sit, *intelligentia* *). C. Tusc. 1, 22. Partes corporis humani nec auctoritatem cum animi partibus comparandam, et *cognitionem habent faciliorem* **). C. Fin. 5, 12. Natura deorum est obscura et *difficiles explicatus habet*. C. N. D. 3, 39. Decemviri erant *rari aditus* ***). L. 3, 36. Praetor in oppidum Haluntium accedere noluit, quod erat *difficili ascensu* atque *arduo*. C. Verr. 4, 23. Erat inter Labienum atque hostem *difficili transitu* flumen, ripisque praeruptis. Caes. 6, 7. Quod in rebus honestis et *cognitione dignis* operae curaeque ponetur, id iure laudabitur. C. Off. 1, 6.

Not. 4. Keine Supina ſind die ähnlichen Ablative, die auf die Frage Wodurch? ſtehen, wie iussu, scitu, consultu, reditu, z. B. *Consultu* collegae victoria parta est. L. 3, 62. Unus ex decem *reditu* in castra liberatum se esse iureiurando interpretabatur. C. Off. 3, 32.

E. Participia.

171 Das Participium iſt das Adjectivum des Verbi §. 49, 5. oder dasjenige, was vom Verbo nach Wegnahme der Behauptung übrig bleibt †). So iſt z. B. der Satz: Hostes sunt profligati, ohne Behauptung: Hostes *profligati* die geſchlagenen Feinde. Da es

A. 1. als Theil des Verbi mit dieſem Genus, Tempus und Rection gemein hat, ſo ſind folgende erforderlich:

a. ein Participium *Praesentis Activi*: legens leſend, ein Leſender.

b. ein Partic. *Praeteriti Activi*. Dieſes haben nur Deponentia und Neutro-Passiva, z. B. locutus einer der geredet hat; gavisus der ſich gefreuet hat. Läßt ſich nun ein Verbum activum nicht mit einem Deponens vertauſchen, z. B. *usus* für qui adhibuit; *consecutus*, *adeptus* für qui acquisivit, ſo wird dafür das *Partic. Praeteriti Passivi* genommen, z. B. Quota quaeque res evenit, *praedicta ab haruspicibus?* C. Div. 2, 24. ſtatt quam praedixerunt haruspices. Quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad salutem hominum et ad conservationem *datam*, ad bonorum pestem perniciemque convertere? C. Off. 2, 14. i. e. quam natura dedit. Iulius decemvir decessit iure suo, ut *demtum* de vi magistratus populi libertati adiiceret. L. 3, 33. ſt. quod demerat; bisweilen auch das

*) ſt. difficile est intellectu, quid aut qualis sit animus.

**) ſt. cognitu sunt faciliores, cf. C. Or. 2, 27, 120.

***) waren ſelten zu ſprechen.

†) Participium est pars orationis, quae pro Verbo accipitur, ex quo et derivatur naturaliter, genus et casum habens ad similitudinem nominis, et accidentia verbo *absque discretione personarum et modorum*. Prisc. XI, 2, 8.

Digitized by Google

Part. Praesentis, wie: Ostendi *adveniens*, quicum volebam atque ut volebam filiam collocatam. T. Phorm. 5, 1, 31. statt quum advenissem. Marius duas Camertium cohortes, mira virtute vim Cimbrorum *sustinentes*, in ipsa acie civitate donavit. Val. Max. 5, 2, 8. i. e. quae sustinuerant (et adhuc sustinebant).

*) So werden auch die Participia: *solitus*, *ausus*, *fisus*, *ratus*, *veritus*, bei welchen das Partic. Praes. nicht gebräuchlich oder doch selten ist, auch die andrer Deponentia statt des Partic. Praes. gebraucht, indem sie einen bereits eingetretenen Zustand andeuten, der noch fortdauert.

Sol *oriens* et *occidens* 1) diem noctemque conficit. C. N. D. 2, 40. *Omne malum nascens* 2) facile opprimitur; inveteratum fit plerumque robustius. C. Phil. 5, 11. Aeschinem aiunt *petentibus* 3) *Rhodiis* legisse orationem suam, deinde Demosthenis, summis utramque clamoribus. P. Ep. 4, 5. *Atticus* de foro decesserat, *timens* proscriptionem. N. 25, 10. Hamilcar ut Karthaginem venit, multo aliter, ac sperabat, *rempublicam se habentem* 4) cognovit. N. 22, 2. Cicero contra Caesarem Pompeio suasit, ne pateretur ferri, ut *absentis* 5) *eius* ratio haberetur. C. Phil. 2, 10. — Utinam ad senectutem perveniatis, ut ea, quae ex me audistis, re *experti* 6) probare possitis. C. Sen. 23. Omnia, quae dico de Plancio, dico *expertus* in nobis. C. Planc 9. Valet apud nos *clarorum hominum* et bene de re publica *meritorum* memoria etiam *mortuorum* 7). C. Sext. 9. *Terra mutata* non mutat genus aut mores. L. 37, 54. Pyrrhus quum

---

††) ohne zu handeln.
†††) ohne etwas ausrichten zu können, oder: wenn man nichts ausrichten kann.
*) ohne daß (ehe) ſie es vermutheten.
**) ohne daß ſich Jemand weigerte.
***) ohne moraliſche Vorſchriften zu geben.
1) durch ihren Auf- und Untergang.
2) bei ſeinem Entſtehen.
3) auf ihr Bitten.
4) fand er den Staat in einem ganz andern Zuſtande.
5) daß (bei der Conſulwahl) auf ihn in ſeiner Abweſenheit Rückſicht genommen würde.
6) durch wirkliche Erfahrung.
7) nach ihrem Tode.

Digitized by Google

Argos oppugnaret, lapide *ictus* ††) interiit. N. 21, 2. Helvetiorum legati Caesarem in itinere convenerunt, suppliciterque *locuti flentes* pacem petierunt. Caes. 1, 27. *Caedem* Flaminii consulis exercitusque *allatam* aegre tulit rex Hiero. L. 22, 37. — *Augendae* †††) *voluptatis* finis est, doloris omnis amotio. C. Fin. 2, 3. Cotta se valde *dilatandis literis* *) a similitudine graecae locutionis abstraxerat. C. Brut. 74. — Neminem nisi *iuvante deo*, singularem virum fuisse credendum est. C. N. D. 2, 66. Athenis, *Epimenide Crete suadente*, fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae. C. Leg. 2, 11. Thales Milesius primus defectionem solis, quae *Astyage regnante* facta est, praedixisse fertur. C. Div. 1, 50. Caesar legiones *se absente* dimicaturas intelligebat. Caes. 7, 6. — Brutus deminutum Patrum numerum, *primoribus* equestris gradus *lectis* **), ad trecentorum summam explevit. L. 2, 1. Quae est in hominibus tanta perversitas, ut, *inventis frugibus*, glande vescantur? C. Or. 9. *Paucis interpositis diebus* ***) Laelius multo diligentius meliusque dixit. C. Brut. 22.

Senatum Romanum praetores per dies aliquot *ab orto* usque *ad occidentem solem* in curia retinent, *consultantes*, quonam duce, aut quibus copiis, resisti Poenis victoribus posset. L. 22, 7. Regnatum Romae *ab condita urbe ad liberatam* annos ducentos quadraginta quatuor. L. 1, 60. Inter Lavinium et Albam Longam *coloniam deductam* triginta ferme interfuere anni. L. 1, 3. Lustrum *propter Capitolium captum*, *consulem occisum* condi religiosum fuit. L. 3, 22 Potestas tribunicia provocatioque *ante decemviros creatos* auxilia plebis fuerant. L. 3, 55. Thebae et *ante Epaminondam natum*, et post eius interitum perpetuo alieno paruerunt imperio. N. 15, 10. cf. Caes. 7, 3. Longe *post natos homines* 1) improbissimus fuit Servilius Glaucia. C. Brut. 61. Maior *ex civibus amissis* dolor, quam laetitia fusis hostibus fuit. L. 4, 17. Caesar queritur *de Milone* per vim *expulso*. C. Att. 9, 14.

Fuit profecto quibusdam summis viris *ad res magnas* bene *gerendas* 2) divinitus adiuncta fortuna. C. Manil. 16. Flagitiosum est *ob rem iudicandam* 3) pecuniam accipere. C. Verr. 2, 32. Nonne philosophi in his ipsis libris, quos scribunt *de contemnenda gloria*, sua nomina inscribunt? C. Tusc. 1, 15. Pueri ne verberibus quidem *a contemplandis rebus perquirendis*que deterreutur. C. Fin. 5, 18. Omne animal, simul atque est ortum,

---

††) durch einen Steinwurf.
†††) das Ziel der Vermehrung des Vergnügens.
*) durch die breite Aussprache der Buchstaben.
**) durch die Wahl (Aufnahme) der Vornehmsten aus dem Ritterstande.
***) nach Verlauf weniger Tage, oder: nach wenig Tagen. So: interiectis aliquot diebus. Caes. C. 2, 14. nocte intermissa. Caes 1, 27.
1) seit der Entstehung des Menschengeschlechts; post Hernicos subactos. L. 9, 45, 6. (nicht Hernicis subactis) vgl. §. 148, C. Not. 1.
2) zur glücklichen Ausführung großer Unternehmungen.
3) wegen eines Richterspruchs.

Digitized by Google

est *in se conservando* occupatum. Ib. 4, 16. Temperantia constat *ex praetermittendis voluptatibus* corporis. C. N. D. 3, 15. Inest in explicatione naturae, insatiabilis quaedam *e cognoscendis rebus* *) voluptas. C. Fin. 4, 5. Magis est secundum naturam, *pro omnibus gentibus*, si fieri possit, *conservandis* aut *iuvandis* maximos labores molestiasque suscipere, quam vivere in solitudine, non modo sine ullis molestiis, sed etiam in maximis voluptatibus. C. Off. 3, 5. — Crotoniatae quondam templum Iunonis picturis locupletare voluerunt. Itaque Heracleotem Zeuxin magno pretio *conductum* adhibuerunt. C. Inv. 2, 1. für. Veteres quidem scriptores artis, usque a principe illo atque inventore Tisia *repetitos*, unum in locum conduxit Aristoteles. Ib. 2, 2. vom T. an.

4. Oder durch einen Infinitiv mit zu, durch einen vollständigen Satz mit wie.

Clodius *ob expellendum* urbe *Ciceronem* **) plebeio homini in adoptionem se dedit. Suet. Tib. 2. Vidisti, quam abhorrerem *ab urbe relinquenda* ***). C. Fam. 2, 16. Phocion cum Demade *de urbe tradenda* Antipatro consenserat. N. 19, 2. Augustus *de reddenda republica* bis cogitavit, sed *in retinenda* perseveravit. Suet. Aug. 28. — *De libertate retinenda* †), qua certe nihil est dulcius, tibi assentior. C. Att. 15, 13. Adolescentes Romani *de accipiendis* ††) clam nocte in urbem *regibus* colloquuntur. L. 2, 3. *Officii conservandi* †††) praecepta traduntur illa quidem, sed rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat. C. Off. 1, 18.

5. Ist ein Participium mit einem Relativo oder Fragwort verbunden, so kann dieses im Deutschen nur durch eine Umschreibung wiedergegeben werden.

Species hominum collatae sunt in deos aut consilio quodam sapientum, aut superstitione, ut essent simulacra, *quae venerantes* 1) deos ipsos se adire crederent. C. N. D. 1, 27. Non sunt ea bona dicenda, nec habenda, *quibus abundantem* 2) licet esse miserrimum. C. Tusc. 5, 15. Voluptatem sentiunt omnes, *quam* sensus *accipiens* 3) movetur et iucunditate quadam perfunditur. C. Fin. 2, 3. Illa tanquam cycnea fuit L. Crassi vox et oratio, *quem* quasi *exspectantes* 4), post eius interitum veniebamus in curiam. C. Or. 3, 2. Incurro in memoriam communium mise-

---

*) über die Vermehrung unsrer Kenntnisse.
**) um den Cicero aus der Hauptstadt zu vertreiben.
***) die Stadt zu verlassen.
†) was die Beibehaltung der Freiheit anbetrifft.
††) wie man die königliche Familie aufnehmen könne.
†††) wie man seine Pflicht beobachten solle.
1) bei deren Verehrung. So quam legens. C. Lael. 1, 5. qua utens. C. Brut. 24, 93. quo intuens. C. Or. 1, 32, 145.
2) bei deren Ueberfluß, oder: bei welchen, wenn man sie auch in Ueberfluß hat.
3) bei deren Empfindung, oder: denn wenn der Sinn sie empfindet, so wird er dadurch in Regsamkeit gesetzt.
4) den wir gleichsam erwarteten, als wir —.

Digitized by Google

rarum, *quarum* oblivionem *quaerens* *), hunc ipsum sermonem produxi longius. C. Brut. 71. Britanni maritimi omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, *quibus orti* **) ex civitatibus eo perveuerunt. Caes. 5, 12. Homines interdum voluptates non consequuntur, *quarum* potiendi spe *inflammati* ***) multos labores magnosque susceperant. C. Fin. 1, 18. Natura fit, ut liberi a parentibus amentur: *a quo* initio *profectam* †) humani generis societatem persequimur. Ib. 3, 19. Decernebatur Seiano statua in Pompeii theatro ponenda, *quod exustum* Caesar reficiebat. S. Marc. 22. Principio Assyrii traiectiones motusque stellarum observitaverunt: *quibus notatis* ††), quid cuique significaretur, memoriae prodiderunt. C. Div. 1, 1. Tui nihil existimabunt esse tam difficile, *quod* non, pro te mihi *susceptum* †††), iucundum sit futurum. C. Fam. 6, 10. Fac esse summum bonum non dolere; idne est, *quo traducti* 1) luctum levemus? C. Tusc. 3, 18. Videndum est oratori, quo quidque referat, et *quo intuens* 2), ab eo, quodcunque sibi proposuerit, minus aberret. C. Or. 2, 32.

Quam utilitatem, aut *quem* fructum *petentes* 3), scire cupimus illa, quae occulta nobis sunt? C. Fin. 3, 11. Serit arbores, quae alteri saeculo prosint: *quid spectans* 4), nisi etiam postera saecula ad te pertinere? C. Tusc. 1, 14. *Quid spectans* 5) deus ipse diceret, Marcellum eum, qui ter consul fuit, in mari esse periturum? C. Fat. 14. Senatus absurdum esse dicebat, ignorare regem, *quid sperans* aut *petens* 6) venerit. L. 37, 52. cf. 29, 24, 4. Latinus rex Troianos evocavit ad colloquium et percunctatus est, *quid quaerentes* 7) in agrum Laurentem exissent, L. 1, 1. Solon Pisistrato tyranno, quaerenti, *qua* tandem spe *fretus* 8) sibi tam audaciter resisteret? respondisse dicitur,

---

*) die ich zu vergessen suchte, aber darüber weitläufig wurde.
**) aus welchen sie ihren Ursprung haben, und aus welchen sie dahin gekommen sind.
***) um derentwillen sie in der Hoffnung, sie zu erlangen, oder: die sie zu erlangen hofften und deswegen.
†) denn von diesem Anfange ist die menschliche Gesellschaft ausgegangen, oder: denn hiervon ging die menschliche Gesellschaft in ihrem Anfange aus, deren Gang wir verfolgen.
††) die sie aufgezeichnet und dadurch der Nachwelt hinterlassen haben.
†††) welches ich nicht mit Vergnügen für dich unternehmen würde.
1) ist das der Zustand, in welchen wir uns versetzen und unsre Traurigkeit erleichtern können?
2) worauf er sehen muß, wenn er — nicht abschweifen will.
3) welche Vortheile suchen wir darunter, wenn wir zu wissen begehren.
4) was hat er anders dabei im Auge, als daß.
5) auf was würde ein Gott selbst sehen müssen, wenn er sagen wollte.
6) mit welchen Hoffnungen oder Bitten er gekommen sey.
7) warum sie denn im Laurentischen Gebiet gelandet wären und was sie da suchten?
8) worauf er sich denn verließe, daß er ihm sich widersetzte?

Digitized by Google

Senectute. C. Sen. 20. *Quo consolante* *) doleres? O. Met. 1, 360. *Quibus rebus gestis, quo hoste superato* **), concionem, donandi causa, advocare ausus es? C. Verr. 3, 80. Cogitate, *quantis* laboribus *fundatum* imperium, *quanta* virtute *stabilitam* ***) libertatem una nox paene delerit. C. Cat. 4, 9.

III. Noch iſt über die Participialconſtruction Folgendes zu bemerken:

1. Das fehlende Participium von *sum* iſt mit einem als Appoſition ſtehenden Nomen ſchon gegeben. §. 95, b. §. 144.

2. Das zu dem Ablativo Participii gehörige Subject fehlt, wenn es aus dem Vorhergehenden ſich ergänzen läßt, wenn es in dem folgenden Satze mit *qui* umſchrieben iſt, und wenn es, als gemein genommen, im Genere neutro ſteht.

Caralitani, simul ad se *Valerium* mitti audierunt, nondum *profecto* ex Italia, sua sponte ex oppido Cottam eiiciunt. Caes. C. 1, 30 sc. *eo*. Atticus Serviliam, Bruti matrem, non minus post mortem *eius*, quam *florente*, coluit. N. 25, 11. sc. *eo*, i. e Bruto. Me forti animo esse oportere censebas, quod ea gessissem, quae de me, etiam *me* tacente, ipsa loquerentur, *mortuo*que viverent. C. Brut. 96. — Hannibal Iberum copias traiecit, *praemissis*, *qui* Alpium transitus specularentur. L. 21, 23. Romani cives Saguntinos venumdatos, *dimissis*, *qui* conquirerent, ex servitute in libertatem restituerunt. L. 28, 39. cf. 1, 37, 1. — C. Iulius decemvir diem Sestio dixit, et accusator ad populum exstitit, cuius ei iudex legitimus erat: decessitque iure suo, ut *demtum* de vi magistratus populi libertati adiiceret. L. 3, 23. fin. i. e. id, quod demsisset. Consul alter *in peragendis* consularis officii partem ad se vindicabat. L. 3, 20. init. cf. Drak. h. l.

3. Steht das Participium unperſönlich, ſo wird es als *Nominativus absolutus* durch daß, der Umſtand daß umſchrieben; ſ. oben II, 1, b. gewöhnlicher kommt es ſo als *Ablativus absolutus* vor, z. B. audito, nuntiato, comperto, cf. Drak. ad L. 1, 41, 6. Bei Spätern werden auch Adiectiva ſo gebraucht.

Diu non *per*l*tatum* †) tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset. L. 7, 8. *Tentatum* ††) domi per

*) wer würde dich tröſten, wenn du betrübt wäreſt?
**) welche Thaten haſt du gethan, welchen Feind überwunden, daß du —.
***) mit wie großen Anſtrengungen das Reich gegründet, mit wie großer Tapferkeit die Freiheit befeſtigt wurde, die eine Nacht beinahe vernichtet hätte.
†) der Umſtand, daß man lange beim Opfern keine günſtigen Zeichen erhalten hatte.
††) der gemachte Verſuch.

Digitized by Google

dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. L. 7, 22. cf. Drak. ad L. 1, 53, 1. Sufficere adversus Vitellium videbatur Vespasiani nomen, et nihil *arduum* [1]) fatis. Tac. H. 2, 82.

Hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis. *Adiuncto* †) vero, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. C. Off. 2, 12. Mihi, *errato*, nulla venia, recte *facto* ††), exigua laus et ab invitis expressa proponitur. C. Agr. 2, 2. Caesar temeritatem cupiditatemque militum reprehendit, *exposito* †††), quid iniquitas loci posset. Caes. 7, 52. Germanicus, nondum *comperto* *), profectionem in Aegyptum incusari, Nilum subvehebatur, orsus oppido a Canōpo. Tac. 2, 60. Multi adnantes navibus, *incerto* prae tenebris, quid peterent aut vitarent, foede interierunt. L. 33, 56. iuxta *periculoso*. Tac. 1, 6.

4. Das Participium Praeteriti eines gleich vorhergegangenen Verbi wird im lebhaftern Ausdruck ſtatt eines Pronomens dem nächſten Verbo angepaßt.

Romulus Caeninensium exercitum fundit fugatque; *fusum* persequitur. L. 1, 10. cf. 2, 25, 5. Romani quum urbem Honoscam vi cepissent, *captam*que **) diripuissent, Karthaginem inde petunt. L. 22, 20. Si quis emat citharas, *emtas* comportet in unum, nec studio citharae, nec Musae deditus ulli: delirus et amens undique dicatur merito. H. Serm. 2, 3, 104. Petreius atque Afranius edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles, ut producatur; *productos* palam interficiunt. Caes. C. 1, 76. Rem consules rati, ut erat, perniciosam, ad Patres deferunt: sed *delatam* consulere ordine non licuit. L. 2, 28.

5. Wenn die Ablativi eine Zeitbeſtimmung oder einen beſonders zu beachtenden Nebenumſtand angeben, ſo bleiben ſie, wenn auch ihr Subject zugleich Subject des nächſten Hauptverbi iſt, oder als abhängig zu demſelben gehört, und in dieſem Fall

---

1) der Umſtand, daß dem Schickſal nichts zu ſchwer iſt.

†) wenn nun vollends noch dazu kam. So perfecto et concluso. C. Fin. 2, 27. pr.

††) wenn (von mir als Conſul) geirrt worden iſt, d. i. wenn ich geirrt habe —; habe ich recht gehandelt.

†††) nachdem er ihnen auseinander geſetzt hatte.

*) cf. Sallust. ap. Prisc. XVIII, 4, 41. Tac. H. 4, 36. audito. Sall. l. c. et Cort. p. 992. L. 28, 7, 17.

**) und ſie geplündert hatten.

Digitized by Google

wird es durch ein Pronomen demonstrativum wiederholt, außer wenn die Nähe desselben im Ablativo diese Wiederholung unnöthig macht. Sind hingegen diese Ablativi als ein wesentlich zu dem folgenden Prädicat gehöriger und mit ihm nothwendig zu verbindender Bestandtheil zu betrachten, so gehen sie in den dazu erforderlichen Casus über.

a. Laetos fecit, *me Consule*, fastos. Lucan. 5, 384. *Me duce* ad hunc voti finem, *me milite*, veni. O. Am. 2, 12, 13. Populo teste fieri credam, quicquid *me nesciente* faciam. Sen. Vit. b. 20. Mulier ostendit, se mihi infidelem nunquam, *se viva*, fore. Plaut. Truc. 2, 4, 26. *me vivo* feci. Inscpt. ap. Grut. 756, 3. *se viva* comparavit. Ib. 827, 2. 900, 3. *se vivo*, 911, 18. 1149, 13. cf. §. 144. His auctoribus et ducibus, diis iuvantibus, *nobis vigilantibus* et multum in posterum *providentibus*, populo Romano consentiente, erimus profecto liberi brevi tempore. C. Phil. 3, 14. extr. Iterum *censente* (*Tiberio*), ut Trebianis legatam pecuniam transferre concederetur, obtinere non potuit. Suet. Tib. 31. Acerbum est uri: quanto acerbius, si id *te faciente* patiaris. Sen. Epist. 24. — M. Porcius Cato, *vivo* quoque *Scipione*, allatrare *eius* magnitudinem solitus erat. L. 38, 54. *Primoribus* Samnitium ea detestatione *obstrictis*, *decem nominatis* ab imperatore, *eis* dictum, ut vir virum legerent, donec sexdecim millium numerum confecissent. L. 10, 38. Caesar naves longas Arelate numero duodecim facere instituit. *Quibus effectis armatisque* diebus triginta, *adductisque* Massiliam, *his* D. Brutum praeficit. Caes. C. 1, 36. Caesar, *obsidibus imperatis centum*, *hos* Aeduis custodiendos tradit. Id. 6, 4. cf. 5, 44. med. C. 3, 9. init. Antimachus, Clarius poeta, quum, *convocatis auditoribus*, legeret *eis* magnum illud volumen suum, et eum legentem omnes, praeter Platonem, reliquissent, Legam, inquit, nihilo minus. C. Brut. 51. *Revertente eo* (Caesare), quidam e turba statuae *eius* coronam lauream imposuit. Suet. Caes. 79. — Caesar, rursus ad vexandos hostes profectus, *magno coacto numero* ex finitumis civitatibus, in omnes partes dimittit. Caes. 6, 43. sc. *eum*. Vercingetŏrix, *convocatis suis clientibus*, facile incendit. Id. 7, 4. sc. *eos*. Coelius clam, nuntiis ad Milonem missis atque *eo* in Italiam *evocato*, sibi coniunxit. Caes. C. 3, 21. sc. *eum*, cf. Caes. 7, 29. pr. 60. pr. Karthaginienses, ala equitum cum praefecto amissa, *alio equitatu* per novum delectum *comparato*, Hannonem Hamilcaris filium praeficiunt. L. 29, 34. sc. *ei*. cf. Duk. ad Flor. 4, 12, 28. Cort. ad Sall. C. 48, 7. Oud. ad Caes. 7, 4. Burm. Oud. et Wolf ad Suet. Tib. 31. Ruhnk. ad Vell. 2, 38, 5. Schweigh. ad Herodot. 1, 3. Pop-

Digitized by Google

po de Thuc. hist. iudic. p. 119. Nicht hierher gehören Beispiele, wie folgende: Herculis *corpore ambusto*, vitam *eius* et virtutem immortalitas excepisse dicitur. C. Sext. 68. In aedes, *me absente*, neminem volo intromitti. Plaut. Aul. 1, 2, 20. wo me abs. zu intromitti gehört.

Magna religione fuit Iovis Imperatoris signum illud, *quod* ex Macedonia *captum* in Capitolio posuit Flamininus. C. Verr. 4, 58. Hannibal *C. Flaminium Consulem*, apud Trasimenum cum exercitu insidiis *circumventum*, occidit. N. 23, 4. *Augustum*, in Africam traiicere ex Sicilia *apparantem*, continuae tempestates inhibuerunt. Suet. Aug. 47. Milites Antonii *expugnatae urbis Cremonae* praedam ad militem, *deditae* ad duces pertinere, dicebant. Tac. H. 3, 19. *Militanti* pro Karthaginiensibus in Hispania pater *ei* (*Masinissae*) moritur. L. 29, 29. Tasgetio Caesar maiorum locum restituerat. Tertium iam hunc annum *regnantem* inimici, palam multis etiam ex civitate auctoribus, *eum* interfecerunt. Caes. 5, 25. *eum*, vgl. §. 157, 1, b. Eben so wird durch das Demonstrativum das Objectsnomen des Participii wiederholt, und nur dann weggelassen, wenn Deutlichkeit es gestattet: *Hostes impeditos* milites nostri *consecuti*, magnum numerum *eorum* occiderunt. Caes. 3, 19. cf. 1, 12. 2, 10. 11. 23. Held ad C. 2, 38. Caesar celeriter *aggressus Pompeianos* ex vallo deturbavit. Caes. C. 3, 67. sc. *eos*.

6. Griechische Constructionen §. 168. Not. 6. *) kommen selten, fast nur bei Geschichtschreibern und Spätern, vor.

Quaero, nonne *tibi* faciendum idem sit, nihil *dicenti* bonum, quod non rectum honestumque sit, reliquarum rerum discrimen omne *tollenti* *)? C. Fin. 3, 4. Consul vigilias ipse circumire, uti *militibus* exaequatus cum imperatore labos *volentibus* **) esset. Sall. I. 100. Fama dediti benigneque excepti Segestis vulgata, ut *quibusque* bellum *invitis* aut *cupientibus* erat, spe vel dolore accipitur. Tac. 1, 59. Cononem seditio *militum* invadit, quos praefecti regis fraudare stipendio

*) statt ut dicas — tollas: ob du nicht dasselbe (was Pyrrho und Aristo) thun müßtest, nämlich nichts gut zu heißen — und bei den übrigen Allen keinen Unterschied zu machen. So spricht jedoch Cicero nur im philosophischen Vortrag; nie aber in Reden oder Briefen.

**) cf. Tac. H. 3, 43. Agr. 18. So: *Τῷ γὰρ πλήθει τῶν Πλαταιέων οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι.* Thuc. 2, 3. *Ἐὰν καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς τοῦτο βουλομένοις ᾖ.* Polyb. 2, 50. *ᾗ οὐδὲ πάνυ τε προσδεχομένοις τοῖς Μακεδόσιν ἦν.* Arrian. Exp. Alex. 1, 22.

soliti erant, eo instantius debita *poscentibus* *), quo graviorem sub magno duce militiam praesumebant. Ib. 6, 2. Prusenses balineum habent et sordidum et vetus. Id itaque, indulgentia tua, restituere desiderant; *ego* tamen *aestimans* †) novum fieri debere, videris *mihi* desiderio eorum indulgere posse. P. Ep. 10, 34. *Populo Romano* iam a principio melius visum, amicos, quam servos quaerere: tutius *rati* ††), volentibus, quam coactis imperitare. Sall. I. 102. Non, ut forsit honorem iure mihi invideat quivis, ita te quoque amicum, praesertim cautum dignos adsumere prava ambitione *procul* †††). H. Serm. 1, 6, 49.

7. Es können mehrere Participialconstructionen neben einander stehen, wenn sie einander bestimmen; außerdem werden sie durch *et* oder eine andre Partikel verbunden.

L. Quinctius ab legatis, seu fossam *fodiens* palae *innixus*, seu quum araret, *salute data* invicem, *redditaque*, *rogatus*, ut, quod bene verteret ipsi reique publicae, togatus mandata senatus audiret, *admiratus*, *rogitansque*, satin' salva essent omnia? togam propere e tugurio proferre uxorem Raciliam iubet. L. 3, 26. Lacedaemonii *magna caede facta*, *multisque occisis*, fortissime *ipsum Epaminondam pugnantem*, sparo eminus *percussum* concidere viderunt. N. 15, 9. Coacto senatu Caesar docet: latum ab decem Tribunis plebis, *contradicentibus inimicis*, *Catone vero* acerrime *repugnante*, *et*, pristina consuetudine, dicendi *mora* dies *extrahente*, ut sui ratio absentis haberetur, *ipso Consule Pompeio*. Caes. C. 1, 32.

8. Der Deutlichkeit wegen müssen andre Ablative und Das

---

*) st. poscentium; eine bei Justinus sehr gewöhnliche, aber nicht nachzuahmende Constructionsweise, wie: οἷς σώζεσθαι μὲν ἤρκει δι' ὑμᾶς, ἐν τάξει τε ἰόντων καὶ μαχομένων, ὅπου δέοι. Xenoph. Anab. 5, 8, 13. cf. Herodot. 8, 69. 5.

†) st. aestimanti, ebenfalls mehr in spätern Zeitalter oder als veraltet vorkommend; wie ein griechischer Nominativus absolutus, dem das folgende Prädicat nur der Idee, nicht der Form nach angepaßt ist, z. B.: ἐπιθυμῶν ὁ Κῦρος ἤδη κατασκευάσασθαι, ἔδοξεν αὐτῷ. Xenoph. Cyrop. 7, 5, 37. st. προείλετο und Ἰδόντες οὖν (οἱ Αἰθίοπες) τὴν σελήνην ἐν ἄλλοτε ἄλλῃ μορφῇ τρεπομένην, ἐδόκεσεν αὐτίοισι τὸ χρῆμα θωύματος ἄξιον. Lucian. de Astrolog. 3. T. II. p. 361. sq. Reitz. st. ἐποιοῦντο.

††) als ob vorhergegangen wäre: *Romani* existimarunt s. statuerunt, wie: Libitum forte *nobis* est reprehensiones eius quasdam attingere, maiore scilicet venia *reprehensuri* Tironem. Gell. 7, 3. cf. I. 11, 10, 13.

†††) statt quia prava ambitione procul sint, wie: πόῤῥω ὄντας.

Digitized by Google

tive, die neben den Ablativis absolutis ſtehen, ſich von dieſen durch ihre Form und Stellung leicht unterſcheiden laſſen.

Claudius Caudex primus, *freto classe transiecto*, Poenos Sicilia expulit. Suet. Tib. 2. Aduatuci, *scutis ex cortice* *) *factis*, omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt. Caes. 2, 33. *Eodem tempore toto muro clamore sublato*, duabus portis ab utroque latere turrium eruptio fiebat. Ib. 7, 24.

9. Statt der Participialconſtructionen werden *qui*, *quum*, *ubi*, *postquam* gebraucht,

a. wenn das fehlende Participium ſich nicht erſetzen läßt.

Karthaginienses extremo, *quum* prope iam ad desperationem *pervenissent*, Hamilcarem imperatorem fecerunt. N. 22. 2. Alexander, *postquam* ira mente *decesserat*, etiam ebrietate discussa, magnitudinem facinoris sera aestimatione perspexit. Curt. 8, 2. Non est tibi his solis utendum existimationibus ac iudiciis, *qui nunc sunt* **), hominum, sed iis etiam, *qui futuri sunt*. C. Q. Fr. 1, 1, 15. Quae cum aliqua perturbatione fiunt, nec constanter fieri possunt, nec ab iis, *qui adsunt* ***), probari. C. Off. 1, 38. Caesar milites equitesque in expeditionem misit, ut *eos* (Britannos), *qui fugerant* †), persequerentur. Caes. 5, 10.

b. wenn der Sprachgebrauch es nicht geſtattet, z. B. nicht sic dictus, praedictus, §. 158, 6. Not. 2.

Capessentibus rem publicam et magnificentia, et despicientia adhibenda est rerum humanarum, *quam* saepe *dico*, et tranquillitas animi atque securitas. C. Off. 1, 21. nicht saepe dicta. Primum de *illis* tribus, *quae* ante *dixi*, benevolentiae *praecepta* videamus. Ib. 2, 9. Homo ex numero desertorum postulabat, ut *illi*, *unde peteretur* ††), vetus atque usitata exceptio daretur, Cuius pecuniae dies fuisset? C. Or. 1, 37. *Qui* se locupletes, honoratos, beatos *putant* †††), hi ne obligari quidem beneficio volunt. C. Off. 2, 20. Quam sint morosi, *qui amant*, vel ex hoc intelligi potest. C. Fam. 5, 15.

c. wenn in dem beſtimmenden Beiſatz nicht Eigenſchaft oder bloßer Zuſtand eines Subjects, ſ. oben I., ſondern wirkliches Handeln oder Leiden gemeint iſt.

Semperne in oratore probando aut improbando vulgi iudicium cum *intelligentium* iudicio congruit? An alii probantur a

*) nicht: ex corticibus.
**) der jetzt lebenden Menſchen.
***) von den Anweſenden.
†) die Entflohenen.
††) is, unde petitur hieß bei Iudiciis privatis der Beklagte.
†††) nicht: putantes; das Part. Praes. ſteht überhaupt im Nominativo ſelten substantive.

Digitized by Google

multitudine, alii autem ab *iis*, *qui intelligunt*? C. Brut. 49. Non ad veritatem solum, sed etiam ad opiniones *eorum*, *qui audiunt*, accommodanda est oratio. C. Part. 25. cf. C. Brut. 49, 185. Verr. 3, 89. fin. (Honestum causae genus est, cui statim sine oratione nostra *auditoris* favet animus: admirabile, a quo alienatus est animus eorum, qui *audituri sunt*: humile, quod negligitur *ab auditore*. C. Inv. 1, 15.) Tulliae flectenti carpentum dextra in Virbium clivum, restitit pavidus atque inhibuit frenos *is*, *qui* iumenta *agebat*. L. 1, 48. Obversentur species honestae animo: Zeno proponatur Eleates, *qui perpessus est* omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret. C. Tusc. 2, 22.

d. wenn die Bedeutung der Zeitpartikel hervorzuheben iſt, oder Deutlichkeit das Participium nicht geſtattet.

Helvetii Gallos virtute praecedunt, quod fere quotidianis proeliis cum Germanis contendunt, *quum* aut suis finibus eos *prohibent*, aut ipsi in eorum finibus bellum *gerunt*. Caes. 1, 1. nicht prohibentes — gerentes. Compluribus expugnatis oppidis Caesar, *ubi intellexit*, frustra tantum laborem sumi, neque hostium fugam captis oppidis reprimi, neque his noceri posse, statuit exspectandam classem. Caes. 3, 14. nicht intellecto. *Postquam id animadvertit* †), copias suas Caesar in proximum collem subducit. Id. 1, 24. Verres, *postea quam* tantam multitudinem *collegerat* emblematum, ut ne unum quidem cuiquam reliquisset; instituit officinam Syracusis in regia maximam. C. Verr. 4, 24. nicht tanta multitudine collecta. — Dicendi virtus nisi *ei*, *qui dicit* *), ea, de quibus dicit, percepta sint, exstare non potest. C. Or. 1, 11. Romanus, egressus in aciem, *ubi* profectione Etruscorum concessam victoriam *videt*, progressus ad castra, vacuis cum plurima praeda potitur. inde in Faliscum agrum copiis reductis, *quum* impedimenta Faleriis cum modico praesidio *reliquisset*, expedito agmine ad depopulandos hostium fines incedit. L. 10, 12. nicht concessa victoria visa. Quantus est amor bestiarum in educandis custodiendisque *iis*, *quae procreaverunt*, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. C. N. D. 2, 51. nicht procreatis. Nemo est, qui non equo, *quo consuevit* **), libentius utatur, quam intractato et novo. C. Lael.

---

†) eo animadverso konnte nicht die Folge der Handlungen auf einander ſo beſtimmt ausdrücken.

*) nicht dicenti, theils weil dicendi vorherging, theils weil hier der Act der Handlung auszudrücken war, wie C. Or. 1, 19, 87.

**) nicht consueto ein gewohntes Pferd, weil dieſes als Gegenſatz von intractato mehr auszuzeichnen war.

Digitized by Google

19. Multa, *quae impedita* natura *sunt*, consilio expediuntur. L. 25, 11. Si omnia nobis, *quae* ad victum cultumque *pertinent*, quasi virgula divina, ut aiunt, suppeditarentur: tum optimo quisque ingenio, negotiis omnibus omissis, totum se in cognitione et scientia collocaret. C. Off. 1, 44. nicht pertinentia.

10. Auch Verbalia der vierten Declination können, wiewohl in etwas verschiednem Sinne, die Stelle der Participien vertreten, indem durch sie nur die Thätigkeit eines Subjects ohne alle Andeutung des Gleichzeitigen ausgedrückt wird. §. 25, Not. 1.

Paullini et Celsi *ductu* *) res prospere gestae. Tac. H. 2, 23. Mane Idibus Septembris et Crassus et Senatus frequens *vocatu* **) Drusi in curiam venit. C. Or. 3, 1. Feriis Latinis ad C. Cottam ipsius *rogatu arcessitu*que veni. C. N. D. 1, 6. Agesilao nuntius domo venit, ephorum *missu*, bellum Athenienses et Boeotios indixisse Lacedaemoniis. N. 17, 4. Cato, *hortatu* Valerii Flacci, Romam demigravit. N. 24, 1. Adversus Iasónem tyrannum Timotheus populi *iussu* bellum gessit. N. 13, 4. Fabius existimavit, fratrem suum, hominem non sapientem, *impulsu* inimicorum suorum eo progressum esse. C. Fam. 9, 25. Mehr Beispiele gibt Guntheri Latinit. rest. P. II. p. 15. sq.

II. Form des Satzes.

Seiner Form nach ist ein Satz unbedingt oder bedingt (§. 165. 166.) bejahend, verneinend oder fragend. Der bejahende (positive, affirmative) Satz drückt die Behauptung aus, daß ein Zustand vorhanden sey, gewesen sey, oder seyn werde; der negative das gerade Gegentheil, und der fragende eine unvollständige Behauptung, die einem Andern zur Ergänzung (durch bestimmtere Auskunft, Beistimmung oder Widerlegung) vorgelegt wird. 172

A. Ein Satz in bejahender Form behauptet das Daseyn eines Zustandes an einem Subjecte in der Gegenwart, Vergangenheit oder Zukunft bloß durch das Verbum finitum, und gestattet nur eine Verstärkung durch ein Adverbium asserendi, §. 77, I, 3, a.

---

*) i. e. durch die kluge Leitung des P. und C. wurde der Krieg glücklich geführt. *Paullino et Celso ducibus* während P. und C. Anführer waren, würde diesen Männern nicht so bestimmt einen unmittelbaren Einfluß auf das Kriegsglück zuschreiben; auch Andre, ihnen Untergeordnete, konnten dieses bewirken, ohne von ihnen unmittelbar geleitet zu werden.

**) st. vocante Druso oder vocatus a Druso.

Digitized by Google

Nae illi vehementer *errant*, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram. C. Cat. 2, 3. cf. Garat. h. l. et ad C. Verr. 4, 37. p. 280. Terra *profecto* mundi pars *est*. C. N. D. 1, 10. *Certe* boni aliquid *attulimus* iuventuti. C. Brut. 32. *Nae* tu, si id feeisses, melius famae tuae *consuluisses*. C. Phil. 2, 2.

Hierher gehören die gewöhnlich ironisch gebrauchten Adverbia: *scilicet*, *videlicet*, *nimirum*, *nempe*, *quippe*.

1. *Scilicet* (scire-licet das muß, sollte man wissen) macht auf etwas Unbeachtetes, Unbekanntes; *videlicet* (videre-licet) auf etwas Offenbares, von selbst Einleuchtendes aufmerksam.

Ceparius dixit, te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. Tuli *scilicet* *) moleste, ut debui. C. Fam. 9, 23. Brutus terram osculo contigit, *scilicet* **) quod ea communis mater omnium mortalium esset. L. 1, 56. Nunc dicam de voluptate; nihil *scilicet* novi, ea tamen, quae te ipsum probaturum esse confidam. C. Fin. 1, 8. Similiter nunc de oratore loquor, summo *scilicet* ***). C. Or. 3, 22. Gnatho. Rex ergo te in oculis? — Thraso. *Scilicet*. T. Eun. 3, 1, 11. ja freilich! Simo. Meum gnatum rumor est amare. — Davus. Id populus curat *scilicet*. T. Andr. 1, 2, 15. ei wohl! ironisch.

Brutus Patrum numerum, primoribus equestris gradus lectis, ad trecentorum summam explevit: traditumque inde fertur, ut in senatum vocarentur, qui Patres, quique Conscripti essent. Conscriptos *videlicet* †) in novum senatum appellabant lectos. L. 2, 1. Statuerunt ita maiores nostri, ut, si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverteretur: ut metus *videlicet* ad omnes, poena ad paucos perveniret. C. Cluent. 46. Cato escam malorum voluptatem appellat, quod ea *videlicet* homines capiantur, ut hamo pisces. C. Sen. 13. cf. C. Orat. 5, 18. 32, 114. Demosthenes apud alios loqui *videlicet* ††) didicerat, non multum ipse secum. C. Tusc. 5, 36.

---

*) du mußt wissen, wisse; allerdings, freilich! So: Viden' puerum hunc? *Scire licet*, hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum. L. 1, 39. und bei Lucretius öfter.

**) Demonstrandi vim habet. Cort. ad C. Fam. 15, 15, 3.

***) freilich! ironisch, vgl. C. Verr. 2, 58, 142. 4, 12, 27. Mil. 21, 57. Fam. 1, 6.

†) sieht man, d. i. offenbar, cf. C. Inv. 1, 2, 2. 2, 4, 14. ironisch C. Verr. 2, 55. pr.

††) etwa wohl, wohl gar, ironisch, cf. C. Mil. 14, 36. 18, 47. Phil. 2, 6. extr. Orat. 3, 32, 129.

Digitized by Google

2. *Nimirum* (ne mirum sit damit man sich nicht wundere), wenn der Angeredete Etwas nicht für außerordentlich oder unbegreiflich finden, und dabei keinen Zweifel darein setzen soll.

Pompeius quum graviter aegrotaret Neapoli, coronati Neapolitani fuerunt; *nimirum* etiam Puteolani. C. Tusc. 1, 35. ohne Zweifel, unstreitig, cf. C. Inv. 1, 3, 4. Orat. 15, 50. Brut. 21, 82. Leg. 1, 8, 24. Mur. 15, 32. 22, 45. Hor. Epist. 1, 9, 1. 14, 11. ironisch. Ibid. 1, 15, 42. 2, 2, 141. Iuvenal. 7, 78. Verrem etiam Sotēra inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est! ita magnum, ut Latino unō verbo exprimi non possit. Is est *nimirum* Soter, qui salutem dedit C. Verr. 2, 63. Quis non iure miretur, ex omni memoria aetatum tam exiguum oratorum numerum inveniri? Sed *nimirum* maius est hoc quiddam, quam homines opinantur, et pluribus ex artibus studiisque collectum. C. Or. 1, 4. freilich, cf. C. Orat. 23, 75. Leg. 2, 1, 3. Hannibali Maharbal, Non omnia *nimirum* eidem dii dedere Vincere scis Hannibal; victoria uti nescis. L. 22, 51. leider! Uni *nimirum* tibi recte semper erunt res. H. Serm. 2, 2, 106. freilich, ironisch, cf. 2, 3, 120. Iuvenal. 2, 104.

3. *Nempe* (nam-pe, §. 86, II, 7.) halb fragend, bei genauer bestimmenden Zusätzen, durch welche man, seiner Sache gewiß, andeutet, der Andre werde sie zugestehen; also für: doch wohl, meine ich, versteht sich, freilich, cf. Heindorf ad H. Sat. 1, 10, 1.

Quos ego orno? *nempe* eos, qui ipsi sunt ornamenta rei publicae. C. Phil. 11, 14. doch wohl; wen anders, als —. Penes quos igitur sunt auspicia more maiorum? *nempe* penes Patres; nam plebeius quidem magistratus nullus auspicato creatur. L. 6, 41. cf. C. Or. 1, 57, 244. Mil. 3, 7. Iuvenal. 3, 95. 8, 57. Tum ille, *Nempe* eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breviter et perdiligenter complexus est? Istum ipsum, inquam, Brute, dico librum mihi saluti fuisse. C. Brut. 3. cf. C. Tusc. 5, 5, 12. Tu omnia consilia differebas in id tempus, quum sciremus, quae Brundisii acta essent. scimus *nempe:* haeremus nihilo minus. C. Att. 9, 15. das wissen wir nun wohl, ja. De templis loquimur relinquendis; quid tandem de sacerdotibus? Vestalibus *nempe* una illa sedes est, ex qua eas nihil unquam, praeterquam urbs capta, movit. L. 5, 52. ja wohl nur. cf. C. Brut. 6, 21. O. Met. 2, 664. Tac. H. 3, 70. med. Quin sic attendite, iudices. *Nempe* haec est quaestio de interitu P. Clodii. C. Mil. 29. ja. At avus nobilis. Tuditanus *nempe* ille, qui nummos po-

Digitized by Google

pulo de Rostris spargere solebat. C. Phil. 3, 6. ja wohl, leider! ironisch, cf. Iuvenal. 8, 164.

4. *Quippe* (quid-pe Etwas ist wohl Ursache, §. 86, II, 7.) allerdings, ja, ja wohl, freilich wohl, räumt dem Gegner Etwas ein, oder bestätigt das Vorhergehende mit Hinzufügung eines Grundes. So steht es auch vor enim, qui, quum, quia, quando.

Sol Democrito magnus videtur, *quippe* homini erudito, in geometriaque perfecto. C. Fin. 1, 6. der doch wohl, ja wohl ein gelehrter Mann war. Numa quum legibus inter bella assuescere videret non posse, *quippe* efferatos militia, animos; mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus Ianum indicem pacis bellique fecit. L. 1, 19. ja, cf. 2, 45, 10. Tac. H. 4, 36. Plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit. *quippe quibus* aegre ad undecimum lapidem occursum est. L. 5, 37. ja diesen. Cimoni non fuit turpe sororem germanam habere in matrimonio: *quippe quum* eius cives eodem uterentur instituto. N. Praef. 4. ja ja, cf. C. Planc. 22, 53. Brut. 18. pr. Leve nomen habet utraque res (et cavillatio et dicacitas). *quippe;* leve enim est totum hoc, risum movere. C. Or. 2, 54. ja wohl! kein Wunder! mit feinem Spott, cf. C. Caecin. 19, 55. L. 3, 21, 4. Heind. ad H. Sat. 1, 2, 4. St. Habe bonum animum. — Epid. *Quippe* ego, cui libertas in mundo sita est. Plaut. Epid. 5, 1, 12.

173 B. Der negative Satz spricht die Nichtexistenz eines Zustandes aus, und steht so dem bejahenden gerade entgegen. Er wird gebildet durch die Adverbia *non*, *ne*, *haud*.

1. *Non* nein, nicht, verneint das Wirkliche; *ne*, nicht, beim Wunsch und Absicht, das Gedachte †), beide im Gegensatz des Affirmativen; *haud* nicht, gar nicht, keineswegs, verneint versichernd, daher es isolirt, im Gegensatz und in Compo-

†) Qui dicat pro illo: *Ne feceris*, *Non feceris*, in vitium incidat, quia alterum negandi est, alterum vetandi. Q. 1, 5, 50. Dieser Unterschied ist auch in Compositis bemerklich, z. B. *non* scio ich weiß etwas Vorhandenes, Geschehenes, wirklich nicht, im Gegensatz von scio; *ne*scio ich weiß Etwas nicht, was ich wissen sollte, könnte, *haud* scio ich weiß in der That nicht: Ea paciscí modo scis; sed quae pacta ea, *non scis* solvere. Plaut. Pseud. 1, 2, 89. Occupatio est, quum dicimus, nos praeterire, aut *non scire* id, quod tunc maxime dicimus. Ad Herenn. 4, 27. pr. De Oropo, opinor; sed certum *nescio*. C. Att. 12, 23. Non tam praeclarum est scire Latine, quam turpe *nescire*. C. Brut. 37. Nae ille *haud scit*, quam mihi nunc surdo narret fabulam. T. Heaut. 2, 1, 10.

Digitized by Google

sitis nicht vorkommen kann. Gewöhnlich steht es vor negativen Compositis.

Ea, quae sunt in fratris filio mala, *non* sunt ab obsequio nostro; *non* suas radices habent. C. Att. 10, 11. Novum est, *non* dico inusitatum, verum omnino inauditum. C. Caecin. 15. cf. C. Planc. 5, 12. 42, 102. Civis *is*, quem senatus conservatorem patriae iudicarat, servitio atque armis pellebatur, *non* dicam auxilio vestro, sed certe silentio. C. Pis. 10. cf. C. Verr. 2, 45, 110. Planc. 32, 78. Cluent. 48. pr. Fam. 15, 6, 5. §. 166, 2. Nives in alto mari *non* *) cadunt. P. 2, 103. extr.

Solon sepulcris novis finivit modum, nam super terrae tumulum noluit quid statui, nisi columellam, tribus cubitis *ne* altiorem. C. Leg. 2, 26. Asōtos bene quidem vivere, aut beate, numquam dixerim. ex quo efficitur, non ut voluptas *ne* sit voluptas, sed ut voluptas *non* sit summum bonum. C. Fin. 2, 8. Admonebat me res, ut hoc loco intermissionem eloquentiae, *ne* dicam **) interitum, deplorarem. C. Off. 2, 19. cf. C. Fam. 12, 30, 7.

Rem *haud* sane difficilem admirari videmini. C. Sen. 2. Pausanias *haud* ita magna manu Graecia fugatus est. N. 4, 1. Laudibus *haud* minus, quam praemio, gaudent militum animi. L. 2, 60. Karthaginienses et Romani *haud* ignotas belli artes inter se, sed †) expertas primo Punico conferebant bello. L. 21, 1. Quodsi naturam ipsam intueri et perspicere, eademque optima duce cursum vitae conficere possemus: *haud* erat sane, quod quisquam rationem ac doctrinam requireret. C. Tusc. 3, 1. *Haud* nihil ††) ambigam, (quis enim rem tam veterem pro certo affirmat?) hiccine fuerit Ascanius, an maior, quam hic, Creüsa matre natus. L. 1, 3.

2. Eine Negation steht jedesmal mit dem Accent vor dem Worte, welches im Gegensatz des positiven verneint genommen werden soll. Steht sie mit stärkerm Accent an ei-

---

*) fällt kein Schnee, so: mel non habebant. N. 17, 8. sie hatten keinen Honig; nicht nives nullae, mel nullum, i. e. ne unum.

**) non dico, non dicam ich sage nicht, ich will (mag) nicht sagen, wenn der dazu gehörige Begriff weniger sagt, als der zweite; ne dicam ich will nicht sagen, um nicht zu sagen, wenn er mehr sagt.

†) sed steht hier nicht dem haud entgegen, sonst müßte dafür non gebraucht seyn; sondern bestimmt ignotas.

††) ich will gar nicht streiten. Durch haud wird nihil verstärkt, nicht, wie in non nihil, verneint; so: *haud non* velles dividi? Plaut. Aul. 2, 4, 7.

Digitized by Google

ner der ersten Stellen des Satzes, so werden dadurch alle übrigen positiven Satztheile, und ist sie mit dem Subject oder dem Verbo finito verbunden, die davon abhängigen Wörter negativ. Daher die Ausdrücke *nemo* unquam, *nihil* unquam, *nullus* unquam, *nunquam* ullus, *nondum* quisquam, *neque* quisquam, und *nescio*, *nolo*, *nego*, *veto*, statt daß der Deutsche hier die Negation mit dem zweiten untergeordneten Worte oder mit dem Infinitiv verbindet.

a. Nec Aristippus in voluptate ponit *non dolere*, neque Hieronymus *non dolere* voluptatis nomine unquam utitur. C. Fin. 2, 6. A nostro iuvene nos *non amari* plane intelligo. C. Att. 10, 10. Ego satis mirari *non queo*, unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium. C. Fin. 1, 3. Zeno non arbitrabatur, aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, posse esse *non corpus* *). C. Acad. 1, 11. *Non omnia*, quae dolemus, eadem iure queri possumus. C. Flacc. 24. Syphacem regem in triumpho ductum Polybius, *haudquaquam spernendus* **) auctor, tradit. L. 30, 45. Agesilaus hominis *non beatissimi* ***) suspicionem praebebat. N. 17, 8. Meas preces apud Caesarem *non minimum* auctoritatis habituras puto, C. Fam. 9, 9. Collis praesidio a Gallis *non nimis firmo* tenebatur. Caes. 7, 36.

b. Ut Athenas veneram, de te cogitabam. quid quaeris? *non* mehercule alius *ullus* sermo †), nisi de te. C. Att. 5, 10. cf. V. Georg. 1, 22. Propert. 1, 1, 17. Phaedr. 1, 14, 11. §. 159, 2. Not. 5, d. Porsena Romam infesto exercitu venit. *Non unquam* alias ante tantus terror senatum invasit. L. 2, 9. Theophrastus putatur dicere, in rotam beatam vitam non escendere. *Non unquam* id dicit omnino: sed quae dicit, idem valent. C. Tusc. 5, 9. Eumenes, nunquam, inquit, cum fortiore sum congressus. *Non* enim cum *quoquam* ††) arma contuli, quin is mihi succubuerit. N. 18, 11.

*) Nichtkörper, wie non sutor ein Nichtschuster. H. Serm. 2, 3, 106.

**) ein nicht zu verachtender, d. i. ein wohl zu beachtender Geschichtschreiber. Dergleichen schwankende Ausdrücke, wobei die genauere Bestimmung des Grades einer Eigenschaft der Vorstellung des Angeredeten überlassen wurde, brauchten die Römer mit einer Art von Urbanität.

***) ließ in seiner Person nicht den reichsten Mann vermuthen, d. h. man sah ihn zwar nicht für ganz arm an, konnte ihn jedoch auch keineswegs für sehr reich halten. So Verba ipsa (Antonii), *non* illa quidem *elegantissimo* sermone; itaque diligenter loquendi laude caruit. neque tamen est admodum inquinate locutus. C. Brut. 37.

†) kein andres Wort.

††) denn ich habe mit Keinem gekämpft, der nicht.

Digitized by Google

Ita sum afflictus, ut *nemo unquam* [1]). C. Att. 3, 12. Sidonios et Tyrios *nullae unquam* gentes nec arte, nec virtute navali aequarunt. L. 35, 48. *Nemo* vir magnus sine aliquo afflatu divino *unquam* fuit. C. N. D. 2, 66. Laelius, cui *nullus* esset *usquam* *) consistendi locus, Romam se retulit. C. Flacc. 21. Verres *nihil unquam* **) fecit sine aliquo quaestu atque praeda. C. Verr. 5, 5. *Nunquamne ulla* adeo a vobis spectata virtus erit, ut suspicione violari nequeat? L. 2, 7. Si stabilem scientiam rerum tenebimus, *nunquam ullius* oratione victi sententia desistemus. C. Fin. 1, 19.

c. *Non potest* ***) quaestus consistere, si eum sumtus superat. Plaut. Poen. 1, 2, 74. De proximo bello civili *non libet* dicere. C. Phil. 8, 2. Demosthenes *negat* †) in eo positas esse fortunas Graeciae, hoc an illud verbum dixerit, huc an illuc manum porrexerit. C. Or. 9. Stoici *negant* ††) quidquam esse bonum, nisi quod honestum sit. C. Fin. 2, 21. Solon se *negat* velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. C. Sen. 20. Epicurus *negat* ullum esse tempus, quo sapiens non beatus sit. C. Tusc. 3, 20. cf. C. Mil. 3, 7. Sen. 6, 17. Augustus in avito suburbano obstrepentes forte ranas silere iussit: atque ex eo *negantur* ibi ranae coaxare. Suet. Aug. 94. Virtus *vetat* spectare fortunam, dum praestetur fides. C. Div. 2, 37. Fletum duodecim tabulae in funeribus adhiberi *vetuerunt* †††). C. Tusc. 2, 23. cf. C. Off. 1, 9, 30. Sen. 20, 73.

3. Von zwei Negationen in einem Satze wird durch die erste stärker betonte die letzte verneint. Daher bedeutet *nón* nemo (nicht Niemand, sondern) irgend Jemand, *nón* nihil irgend Etwas, *nón* nulli irgend Einige, *nón* nunquam bisweilen, *nón* ignoro ich weiß wohl; hingegen *nón* possum *non* loqui (ich kann nicht nicht reden, sondern) ich muß reden, oder, ich kann nicht schweigen; und so wird *nemo non* durch Jedermann, *nihil non* Alles, *nullus non* Jeder, *nunquam non*

---

1) wie niemals Jemand.

*) der nirgends eine bleibende Stelle hatte.

**) that nie Etwas.

***) der Erwerb kann nicht bestehen.

†) Dem. sagt, nicht darauf beruhe das Schicksal Griechenlands, wie: *ἐπηλήθευσεν ὁ Αἰγας, οὐ φάσκων ἀνεκτὸν εἶναι.* Thuc. 8, 52. Vgl. die Ausleger zu dieser Stelle.

††) behaupten, nichts sey gut.

†††) ha en verordnet, nicht zu weinen. So: Agrestis ad Vitellium remeavit, *abnuentique* vera esse, quae adferret, voluntaria morte dicta firmavit. Tac. H. 3, 54. ſ. neganti.

Digitized by Google

allezeit, *nusquam non* überall übersetzt, wiewohl diese positiven Ausdrücke nicht ganz die Stärke oder Feinheit der lateinischen negativen erreichen.

a. Hostis est non apud Anienam, sed in urbe, in foro; *non nemo* etiam in illo sacrario rei publicae, in ipsa, inquam, curia *non nemo* *) hostis est. C. Mur. 39. Quod scribis, auctoritate et eloquentia nostra aliquid profici posse: *non nihil*, ut in tantis malis, est profectum. C. Fam. 12, 2. Vibius est poeta ineptus: *nec* tamen acit *nihil*, et est *non inutilis*. C. Att. 2, 20. Colonis Latinis denuntiatum est, facesserent propere ex urbe, *ne nihil* **) eos legationis ius tegeret. L. 6. 17. Agesilaus fuit corpore exiguo et claudus altero pede: quae res etiam *nonnullam* ***) afferebat deformitatem. N. 17, 8. Scipionem accepimus *non infantem* fuisse. C. Brut. 20. cf. 23, 90. Populus solet *non nunquam* [1]) dignos praeterire. C. Planc. 3. Moveo nonnullis suspicionem, velle me navigare; quod tamen fortasse *non nollem* †), si possem ad otium. C. Fam. 2, 16. *Non* sum *inscius*, esse utilitatem in historia, non modo voluptatem. C. Fin. 5, 19. *Non* sum *nescius*, quanto periculo vivam in tanta multitudine improborum. C. Sull. 9. *Non ignoro*, quam sint incerti animi hominum. C. ad Brut. 14. Annium Luscum *non indisertum* dicunt fuisse. C. Brut. 20. Democritus *non inscite* nugatur, ut physicus. C. Div. 2, 13. — Quibus populis regia potestas non placuit, *non* ii *nemini*, sed non semper *uni* parere voluerunt. C. Leg. 3, 2. Mihi liber esse non videtur, qui *non* aliquando *nihil* agit. C. Or. 2, 6. Hannibal, invitatus, ut Phormionem Peripateticum, si vellet, audiret, se *non nolle* dixit. C. Or. 2, 18. cf. C. Pis. 33. extr. Sull. 26, 72. Catull. 8, 7.

b. Qui mortem in malis ponit, *non* potest eam *non* timere ††). C. Fin. 3, 8. Tale tuum iudicium de homine eo, quem unice diligo, *non* potest mihi *non* summe esse iucundum. C. Fam. 13, 18. Conon plura concupivit, quam efficere potuit. *Neque* tamen ea *non* pia †††) et probanda fuerunt, quod

---

*) Jemand; nicht aliquis, sondern leiser andeutend.
**) damit sie nicht das Gesandtenrecht ungeschützt ließe, d. i. damit es sie noch einigermaßen schützen möchte. Vgl. C. Fam. 9, 26. extr. C. Verr. 3, 17, 44.
***) einige; weniger, als aliquam, vgl. §. 159, 2. Not. 5. b.
1) behutsamer als interdum, cf. C. Mil. 5, 14. Or. 2, 90, 365.
†) wozu ich wohl Lust hätte; cf. C. Tusc. 1, 47. pr.
††) der kann nicht ohne Furcht vor demselben seyn, stärker als: der muß ihn fürchten.
†††) und doch war das patriotisch.

Digitized by Google

potius patriae opes augeri, quam Regis, maluit. N. 9, 5. Macedŏnes Eumenem sibi aliquando anteponi indigne ferebant; *neque* tamen *non* patiebantur. N. 18, 1. Conon saepe Agesilai consiliis obstitit: *Neque* vero *non* fuit apertum *), si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus fuisse erepturum. N. 9, 2. Sidera ipsa sua sponte moventur. *Nec* vero Aristoteles *non* laudandus **) in eo, quod omnia, quae moventur, aut natura moveri censuit, aut vi, aut voluntate. C. N. D. 2, 16.

c. Aperte adulantem *nemo non* ***) videt, nisi qui admodum est excors. C. Lael. 26. Tuum consilium *nemo* potest *non* maxime laudare †), quod cum spe vincendi simul abiecisti certandi etiam cupiditatem. C. Fam. 4, 7. *Nemo* potest *non* beatissimus esse ††), qui in se uno sua ponit omnia. C. Par. 2. *Nihil non* aggressuri sunt homines, si magna conatis magna praemia proponuntur. L. 4, 35. Athenienses Alcibiadem *nihil non* efficere posse ducebant. N. 7, 7. In animantibus omnia, quae quidem intus inclusa sunt, ita nata atque ita locata sunt, ut nihil eorum supervacaneum sit, *nihil* ad vitam retinendam *non* necessarium. C. N. D. 2, 47. Populus Romanus, etsi nullo bello, multis tamen proeliis victus est: Alexandro *nullius* pugnae *non* secunda †††) fortuna fuit. L. 9, 18. Probi mores et ante actae vitae integritas *nunquam non* plurimum profuerint. Q. 7, 2, 33. — Tota res Brundisina iam quomodo habeat se, diutius *nescire non* *) possum. C. Att. 9, 3. *Nihil* agere animus *non* potest. C. Off. 2, 1. Ubi sunt mortui, quos miseros dicis? aut quem locum incolunt? si enim sunt, *nusquam* esse *non* possunt. C. Tusc. 1, 6. Animadverti, te viri amicissimi morte *nec* potuisse *non* commoveri, nec fuisse id humanitatis tuae. C. Lael. 2.

1. Eignet sich der Hauptbegriff des ersten Gliedes zur Frage, so steht dieser ohne Fragpartikel mit folgendem *an*, wenn beide Glieder gleichen Werth haben, mit *ne*, auch *anne*, wenn das zweite Glied weniger wahrscheinlich ist oder zweifelnd gefragt wird. Steht *ne* bei dem ersten Gliede in der oben I, 2. angegebenen Bedeutung, so folgt nur *an*. Cf. Drak. ad L. 2, 8, 8.

a. Postrema syllaba *brevis*, *an longa* sit *), ne in versu quidem refert. C. Or. 64. Bene praecipiunt, qui vetant quid-

*) ob sie lang, oder kurz sey.

quam agere, quod dubites, *aequum* sit, *an iniquum*. C. Off. 1, 9. Deliberatur de Avarico in communi consilio, *incendi placeret, an defendi*. Caes. 7, 15. Incertum erat, *bellum an pax* cum Celtiberis esset. L. 34, 19. *Consules ambo profecti sint* ad arcem Carventanam, *an alter* ad comitia habenda substiterit, incertum diversi auctores faciunt. L. 4, 55. Ex fortuna saepe argumentatio nascitur, quum *servus an liber, pecuniosus an pauper, nobilis an ignobilis, felix an infelix, privatus an in potestate* sit, aut fuerit, aut futurus sit, consideratur. C. Inv. 2, 9. Refert, oratorem qui audiant, *senatus, an populus, an iudices; frequentes, an pauci, an singuli*. C. Or. 3, 55. Fatemur, *acuti hebetesne, valentes imbecilline* simus, non esse id in nobis. C. Fat. 5. *Albus aterne* fueris, ignorabat. C. Phil. 2, 16. Tarquinius Superbus Prisci Tarquinii regis *filius neposne* fuerit, parum liquet. L. 1, 46. In Aequis varie bellatum: adeo ut in incerto fuerit et apud ipsos exercitus, et Romae, *vicissent, victine* essent. L. 5, 28. Coriolano Veturia: Sine, priusquam complexum accipio, sciam, inquit, *ad hostem, an ad filium* venerim: *captiva materne* in castris tuis sim? L. 2, 40. cf. N. 14, 9, 2. H. Ep. 1, 6, 12. Bentl. ad H. Serm. 1, 2, 63.

b. Quaeritur, virtus *suamne* propter dignitatem, *an* propter fructus aliquos expetatur. C. Or. 3, 29. Est tibi filius, natus ad laudem, cui cum rei publicae causa faveo, tum etiam tua. Quaero igitur, eum *Brutine* similem malis, *an* Antonii. C. Phil. 10, 2. Si quis insidias nostrae fecit adolescentiae, ac vicit; *nostran'* culpa ea est, *an* iudicum, qui saepe propter invidiam adimunt diviti, aut propter misericordiam addunt pauperi? T. Phorm. 2, 1, 44. Tenemusne, quid animus sit? ubi sit? denique, *sitne, an* ne sit quidem ullus? C. Acad. 2, 39. Nunc tuum consilium exquiro. *Romamne* venio, *an* hic maneo, *an* Arpinum fugiam? C. Att. 16, 8. Quaesitum est, *in totone* circuitu illo orationis, quem Graeci periodum appellant, *an* in principiis solum, *an* in extremis, *an* in utraque parte numerus tenendus sit. C. Or. 61. cf. C. Or. 1, 51, 222. Caes. 4, 14. Interrogatur, tria pauca sint, *anne* multa? C. Acad. 2, 29. cf. 2, 15, 48. Fin. 4, 9, 23. V. Aen. 6, 865. O. Fast. 6, 28. Hoc mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam, *anne* Pompeio, *an* utrique? C. Manil. 19. cf. C. Balb. 23, 54.

2. *Utrum?* welches von beiden? ob? wird solchen Oppositionsfragen mit folgendem *an, ne, anne*, oder auch mit *ne-an*, s. vorher 1. vorgesetzt, wenn der Fragende noch bestimmter sich erkundigt, welche von den beiden Fragen Statt finde.

Digitized by Google

Folgt *an* öfter, so gehören entweder zu dem einen, oder zu beiden Hauptgliedern mehrere untergeordnete. *Num* steht, wenn er die diesem Gliede entgegen gesetzte Verneinung im Sinn hat.

Utrum tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligarium ex Africa exire; *an* vos in Africam non venire? C. Lig. 7. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bovem vivum. *utrum* igitur has corporis, *an* Pythagorae tibi malis vires ingenii dari? C. Sen. 10. Audi, Testa mi! *Utrum* *) superbiorem te pecunia facit, *an* quod te imperator consulit? Si vero utrumque est; quis te ferat? C. Fam. 7, 13. Pompeius humanitate tanta est, ut difficile dictu sit, *utrum* hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, *an* mansuetudinem victi dilexerint. C. Manil. 14. Permultum interest, *utrum* perturbatione aliqua animi, quae plerumque brevis est et ad tempus, *an* consulto et cogitata fiat iniuria. C. Off. 1, 8. cf. C. Orat. 1, 16, 73. — Iphicrates quum interrogaretur, *utrum* pluris patrem, *matremne* faceret; matrem, inquit. N. 11, 3. — Gaudere ais te, mansisse me; et scribis, in sententia te manere. mihi autem superioribus literis videbare non dubitare, quin cederem. *utrum* hoc tu parum commeministi, *an* ego non satis intellexi, *an* **) mutasti sententiam? C. Att. 9, 2. De avertenda pecunia quaero abs te, *utrum* ipsae civitates solitae sint statuas tibi faciundas locare ei, cui possent optima conditione locare, *an* aliquem curatorem praeficere, qui statuis faciundis praeesset, *an* ***) tibi, *an* cui tu imperasses, adnumerare pecuniam. C. Verr. 2, 59. De verborum particulis et tanquam incisionibus quaerendum est, *utrum* una species et longitudo sit earum, *anne* plures. C. Or. 62. Nescio quid videris dubitare de Clodia; *utrum* quando veneant, *an sintne* venales? C. Att. 12, 52.

Taurum Phalaridis Scipio quum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur: aequum esse illos cogitare, *utrum* esset Siculis

---

*) welches von beiden macht dich übermüthiger? das Geld oder der Umstand, daß — kürzer: macht dich das Geld übermüthiger, oder —. Fehlt nach utrum das zweite Glied, so ist dieses mit an und der entgegen gesetzten negativen Frage oder nec ne, hinzu zu denken, z. B. Quaeri oportet, *utrum* id facinus sit, quod poenitere fuerit necesse. C. Inv. 2, 13. int. *nec ne sit*, cf. T. Hec. 4, 3, 12. C. Caecin. 11, 32.

**) Man sieht leicht, daß das erste an noch zu utrum gehört, und dieses an das zweite Hauptglied bildet, wie C. Verr. 1, 41, 105. L. 21, 10, 6.

***) Das vorhergehende an machte mit utrum das erste Hauptglied aus; dieses und das folgende, das zweite, wie C. Verr. 2, 25, 61. 3, 36, 83.

Digitized by Google

utilius, suis*ne* servire, *an* populo Romano obtemperare? C. Verr. 4, 33. extr. cf. C. Tusc. 4, 4, 9. Fin. 2, 19, 60. *Utrum* tandem perspicuis*ne* dubia aperiuntur, *an* dubiis perspicua tolluntur? C. Fin. 4, 24. Ea res nunc in discrimine versatur, *utrum* possit*ne* se contra luxuriam ac licentiam rusticana illa atque inculta parsimonia defendere, *an* deformata atque nuda cupiditati petulantiaeque addicatur. C. Quint. 30. cf. T. Eun. 4, 4, 54. Ad. 3, 3, 28. C. Tusc. 4, 27, 59. N. D. 2, 34, 87. Inv. 2, 39, 115. Phil. 2, 12. fin. Garat. h. l. Gör. ad C. Acad. 2, 22, 71. Quod nescire malum est, agitamus: *utrumne* divitiis homines, *an* sint virtute beati. H. Serm. 2, 6, 73. cf. 2, 3, 251. H. Epod. 1, 7. Colum. 1, 11, 5. Sueton. Caes. 80. S. Oedip. 309.

Num igitur, si cui fundus inspiciendus sit, Magonis Karthaginiensis sunt libri perdiscendi, *an* hac communi intelligentia contenti esse possumus? C. Or. 1, 58. Illud considerandum videri solet, *num* propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia: *an* esset antiquior et pulcrior et magis a natura ipsa profecta alia causa. C Lael. 8. Illud quale est, quod paulo ante dixisti: hunc locum germanam patriam esse vestram? *numquid* duas habetis patrias, *an* est illa patria communis? C. Leg. 2, 2.

3. Ist in dem zweiten Gliede die Negation des ersten enthalten, so wird durch das gedachte, nur in der Vorstellung vorhandene Nichtseyn durch *nec ne*, das wirkliche Nichtseyn durch *an non* ausgedrückt, im Deutschen beides durch oder nicht.

a. Sunt haec tua verba, *nec ne* *)? C. Tusc. 3, 18. Quaesivi a Catilina, in nocturno conventu apud M. Laecam fuisset, *nec ne* **). C. Cat. 2, 6. Hoc doce, doleam, *nec ne* doleam, nihil interesse. C. Tusc. 2, 12. Quid possit effici, *nec ne*, maxime ex causis iis, quae quamque rem efficiant, est videndum. C. Part. 26. Posset agi, *nec ne*, pauci quondam sciebant; fastos enim vulgo non habebant. C. Mur. 11. Sapientia efficit sapientes sola per se; beatos efficiat, *nec ne*, so-

*) Das Letztere ist hier dem Fragenden die wahrscheinlichere Meinung, aber mit der Besorgniß ausgesprochen, daß er sich vielleicht täusche. Sonst kommt *nec ne* gewöhnlich in indirecten Fragen vor.

**) Einige Handschriften und alte Ausgaben lesen hier: *an* in nocturno, oder *an* nocturno, auch bei Prisc. XVIII, 10, 94. 19, 249. *an* aber vor *necne* kommt sonst nirgends vor, und kann nach den oben gegebenen Bestimmungen da nicht vorkommen. Eben so wenig darf in der Stelle: An dubium vobis fuit, *utrum* esse via aliqua videretur, *nec ne?* C. Caecin. 11, 31. Garat. *an* esse via gelesen werden.

Digitized by Google

la per se, quaestio est. C. Top. 15. Parthi transierint, *nec ne*, praeter te video dubitare neminem. C. Fam. 2, 17. Antigonus nondum statuerat, conservaret Eumenem, *nec ne*. N. 18, 11. Cur fiat quidque quaeris? Recte omnino; sed non nunc id agitur: fiat, *nec ne* fiat, id quaeritur. C. Div. 1, 39. Non id quaeritur, sintne aliqui, qui deos esse putent: dii *utrum* sint, *nec ne* sint *), quaeritur. C. N. D. 3, 7.

b. Isne est, quem quaero, *an non?* T. Phorm. 5, 6, 12. Dicam huic, *an non* dicam? T. Eun. 5, 4, 46. Quaeritur, Corinthiis bellum indicamus, *an non?* C. Inv. 1, 12. Deliberat senatus, captivos ab hostibus redimat, *an non*. Ad Herenn. 3, 2. Dii ita vos potentes huius consilii fecerunt, ut, *Latium* deinde, *an non* sit, in vestra manu posuerint. L. 8, 13. Deliberet, renuntietque hodie mihi, velit*ne*, *an non*. T. Hec. 3, 5, 58. Vivant*ne* tubera, *an non*, haud facile arbitror intelligi posse. P. 19, 2. cf. C. Coel. 21, 52. Reperisti, tibi quod placeat? *an nondum* etiam. T. Heaut. 3, 3, 35. Ipse qui sit; *utrum* sit, *an non* sit, id quoque nescit. Catull, 17, 21. Quum haec omnia administrares, *utrum* animos sociorum ab re publica removebas et abalienabas, *an non?* — *Utrum* aliquem exhortari oportuit, qui ista prohiberet, *an non?* Ad Herenn. 4, 15. cf. 2, 16, 24. 28, 45. 29, 46. Varr. R. R. 1, 2, 8. Fecit pactionem. — *Num* tabulas habet, *an non?* C. Q. Rosc. 9.

Not. 1. Doppelfragen mit *ne-ne*, *an-an* sind nicht als entgegen gesetzte, sondern als Wiederholungen derselben Partikel bei verschiedenen Fragen (per Anaphoram) zu betrachten.

Vercingetorix suos docet, Romanos aut inopiam non laturos, aut magno cum periculo longius ab castris progressuros: neque interesse, *ipsosne* interficiant, *impedimentisne* exuant, quibus amissis bellum geri non possit. Caes. 7, 14. Quid refert, *clamne*, *palamne* roget? Tibull. 4, 5, 26. cf. V. Aen. 1, 308. 5, 95. 702. O. Met. 3, 256. Dubito, *an* hic, *an* Antii considam. C. Att. 2, 6. ob ich hier, ob ich zu Antium mich aufhalte. Distat, *an* maturitas uvarum in torcularibus fiat, *an* ramis. P. 15, 1. cf. P. Ep. 8, 14, 24. V. Aen. 10, 681. sqq. Illa mihi referet, si nostri cura mutua est, *an* minor, *an* toto pectore deciderim. Tibull. 3, 1, 19.

Not. 2. Sprüchwortsweise können zwei einzelne, einander gerade entgegen gesetzte Begriffe auch ohne Fragpartikeln zusammengestellt werden.

Pompeius Crassum Iunianum per me (a dictatura) deterruit. *Velit*, *nolit?* scire difficile est. C. Q. Fr. 3, 8.

*) Dafür quaeritur, sintne dii, nec ne sint. C. N. D. 1, 22, 61. Ferner: Quaeram, *utrum* emeris, *nec ne*, et quomodo, et quanti emeris. C. Verr. 4, 16, 35. wo jedoch andre Mss. mit Orellius das nec ne weglassen.

Digitized by Google

Not. 3. Mit an sind die Disjunctivpartikeln *aut* oder *vel* nicht zu verwechseln, die zu einer und derselben Frage gehören und nur unterscheiden oder abtheilen, nicht einen Begriff dem andern entgegensetzend fragen. Cf. Gör. ad C. Acad. 2, 39, 124. Gesn. et Spald. ad Q. 1, 5, 50. Drak. ad L. 5, 3, 7. Garat. ad C. Pis. 10. p. 295, sq.

Nonnulli dubitant de mundo, casune ipse sit effectus *aut* necessitate aliqua, an ratione ac mente divina. C. N. D. 1, 35. Opponitur scripto voluntas scriptoris, ut quaeratur, verbane plus *aut* sententia valere debeat. C. Top. 25. Quaero, si quis aedes vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit, num id iniuste *aut* improbe *) fecerit. C. Off. 3, 13. cf. C. Inv. 1, 53, 101. 2, 41, 119. Or. 3, 33, 135. Ad Herenn. 4, 29, 40. Incertum fuit, tribuni insidias, an proditionem, *vel* aliquod honestum consilium coeptaverint. Tac. H. 2, 41.

IV. Die Antwort mit dem bloßen Ja! oder Nein! wird

1. am deutlichsten durch Wiederholung des fragenden Worts mit oder ohne eine verstärkende Partikel ausgedrückt.

Tarquinius rex interrogavit: Estisne vos legati oratoresque, missi a populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? — *Sumus.* — Estne populus Collatinus in sua potestate? — *Est.* — Deditisne vos populumque Collatinum in meam populique Romani ditionem? *Dedimus.* L. 1, 38. Epaminondas quum vicisset Lacedaemonios apud Mantineam, atque ipse gravi vulnere exanimari se videret, quaesivit; salvusne esset clypeus? quum *salvum esse* flentes sui respondissent, rogavit, essentne fusi hostes? C. Fin. 2, 30. M. Abiit Clitipho. Chr. *Solus?* M. *Solus.* T. Heaut. 5, 1, 31. Syrus. Pater laudari te audit libenter: virtutes narro. Ct. Meas? Syrus. *Tuas.* T. Ad. 4, 1, 19. Dasne hoc nobis, deorum immortalium numine naturam omnem regi? — *Do sane.* C. Leg. 1, 7. Quaero, utrum aliquid actum superioribus diebus, an nihil arbitremur? — *Actum vero,* et aliquantum quidem. C. Tusc. 5, 6. Tune negas? — *Nego hercle vero.* Plaut. Men. 4, 2, 67. Quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus? — *Illi vero.* C. Div. 2, 64. Ph. Dic, Chaerea tuam vestem detraxit tibi? D. *Factum.* Ph. Et eam est indutus? D. *Factum.* T. Eun. 4, 4, 39. Aspasia cum ipso Xenophonte sermonem instituit. Quaeso, inquit, Xenophon, si vicinus tuus equum meliorem habeat, quam tuus est; tuumne equum malis, an illius? *Illius,*

*) Dagegen: Opponitur scripto voluntas scriptoris, ut quaeratur, verbane plus, *an* sententia valere debeat. C. Top. 25. wo andre Ausgaben aut haben, an aber wegen der Gegensätze stehen muß.

Digitized by Google

inquit. Quid? si fundum meliorem habeat, quam tu habes, utrum tandem fundum habere malis. *Illum*, inquit, *meliorem scilicet.* C. Inv. 1, 31.

Non irata es? — *Non sum irata.* Plaut. Cas. 5, 4, 28. Estne frater intus? — *Non est.* T. Ad. 4, 2, 30. Non existimas, cadere in sapientem aegritudinem? — *Prorsus non arbitror.* C. Tusc. 4, 4.

2. Für Ja! steht *sane, etiam, verum, vero, ita, ita est, ita enim vero.*

Visne, sermoni reliquo demus operam sedentes? — *Sane quidem.* C. Leg. 2, 1. Venit ad me salutandum municipis mei filius. Huic ego, Studes? inquam. Respondit, *Etiam* *). P. Ep. 4, 13. Novi tibi quidnam scribam? quid? *etiam.* C. Att. 1, 13. extr. Facies? — *Verum.* T. Heaut. 5, 3, 11. Tu orationes nobis veteres explicabis? — *Vero*, inquam. C. Brut. 87. Fuisti saepe, credo, quum Athenis esses, in scholis philosophorum. — *Vero*, ac libenter quidem. C. Tusc. 2, 11. Haeccine tua domus est? — *Ita*, inquam. Plaut. Amph. 1, 1, 206. cf. T. Phorm. 2, 3, 35. An me ad M. Antonii aestimationem frumenti, exactionemque pecuniae revocaturus es? — *Ita*, inquit, *ad M. Antonii.* C. Verr. 3, 91. cf. C. Or. 2, 11, 44. Non dicis, miser est M. Crassus, sed tantum, miser M. Crassus. — *Ita plane.* C. Tusc. 1, 7. Huic amoenitati Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit. — *Est ita*, ut dicis. C. Leg. 2, 3. S. Cur non introeo in nostram domum? M. Quid domum vestram? S. *Ita enim vero.* Plaut. Amph. 1, 1, 254.

3. Für Nein! *non, non vero, minime, minime vero, nihil minus.*

Venitne homo ad te? — *Non.* Plaut. Pseud. 4, 6, 5. cf. T. Phorm. 3, 2, 40. C. Caecil. 10, 33. Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Moeliboei? — *Non*, verum Aegonis. V. Ecl. 3, 1. S. Optata loquere. Ch. Atqui non est opus. S. Non opus est? Ch. *Non hercle vero.* T. Heaut. 3, 3, 50. Num igitur, qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? *minime.* C. Brut. 83. An tu haec non credis? — *Minime vero.* C. Tusc. 1, 6. cf. C. Orat. 2, 12, 49. An Gallos existimatis hic versari animo demisso atque humili? *Nihil vero minus.* C. Font. 11. Scilicet haec Spartam incolumis, patriasque Mycenas adspiciet, partoque ibit regina triumpho?

*) Ubicunque probabilitas aut occurrit, aut deficit, aut *etiam* aut *non* respondemus. C. Acad. 2, 32.

Digitized by Google

Non ita. V. Aen. 2, 577. Num placet, quum de eloquentia praecipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis, quasi in arte tradere? — *Nihil sane*, inquit Catulus, *necesse est.* C. Or. 2, 12. Cognitorem adscribit Sthenio. Quem? cognatum aliquem, aut propinquum? *Non.* Thermitanum aliquem, honestum hominem ac nobilem? *Ne id quidem.* At Siculum, in quo aliquis splendor dignitasque esset? *Minime.* C. Verr. 2, 43.

Not. 1. *Recte*, *optime* können nach Beschaffenheit der Frage bald für Ja, bald für Nein gebraucht werden. *Scilicet*, freilich, wirklich, ohne Zweifel, bejaht ironisch.

Rogo, numquid velit? *Recte* *), inquit. T. Eun. 2, 3. 49. Thucydidem, inquit, imitamur. — *Optime* **), si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis. C. Brut. 83. Ego tibi irascerer? tibi ego possem irasci? *Scilicet!* C. Q. Fr. 1, 3.

Not. 2. *Imo* (*immo*) berichtigt jedesmal die vorhergehende Frage, indem es den Zweifel hebt, oder ihr etwas Höheres, Geringeres, das gerade Gegentheil entgegenstellt; daher es bald durch Ei freilich! Ja wohl! bald durch O nein! Nein; vielmehr übersetzt werden muß. *Imo enim* gibt den Grund an, warum das Gegentheil Statt finden müsse.

Gn. Iam haec tibi aderit supplicans ultro. Thr. Credisne? Gn. *Imo certe* ***). Novi ingenium mulierum. T. Eun. 4, 7, 41. Non patria praestat omnibus officiis? *Imo vero* †). C. Off. 3, 23. cf. C. Cat. 1, 1, 2. Beneficium sequor, non causam. — Causa igitur non bona est? *imo* optima. C. Att. 9, 7. Tenaxne est? *Imo* pertinax. Plaut. Capt. 2, 2, 39. Ferendus tibi in hoc meus error; ferendus? *imo vero* etiam adiuvandus. C. Att. 12, 43. Duras fratris partes praedicas. *Imo enim* ††), si scias, quod donum huic dono comparet; tum magis id dicas. T. Eun. 2, 3, 62.

B. Curre ad Pamphilum. Dic, me orare, ut veniat. P. Ad te? B. *Imo* †††) ad Philumenam. T. Hec. 5, 3, 10. Ubi fuit Sulla? num Romae? *imo* longe abfuit. C. Sull. 19. Ego te videre noluerim? *Imo vero* 1) me a te videri nolui. C. Q. Fr. 1, 3. Quid si patriam prodere conabitur pater? silebitne filius? — *Imo vero* obsecrabit patrem, ne id faciat. C. Off. 3, 23. cf. C. Planc. 29, 71. Mil. 38, 104. Verum vis dicam? *Imo etiam* 2) narrationis mihi incipit initium. T. Andr. 4, 2, 25. Ch. Satis iam, Simo, spectata erga te amicitia est mea: orandi iam finem

---

*) st. nihil. So: Numquid, Geta, aliud me vis? G. *ut bene sit tibi.* T. Phorm. 1, 2, 101., wobei Donatus bemerkt: urbane dictum pro *nihil.*

**) sehr wohl, d. i. immerhin!

***) Ei ja wohl! *Imo*, von imus, schreibt man richtiger, als immo, welche letztere Schreibart jedoch in Handschriften üblich ist.

†) Ei freilich! O ja!

††) Ja wohl! und wenn du wüßtest —.

†††) Nein!

1) Nein! vielmehr.

2) O, der fängt mir gar eine ganze Erzählung an!

Digitized by Google

face. — S. *Imo enim* *) quam maxime abs te postulo atque oro, Chreme, ut beneficium verbis initum dudum, re comprobes. T. Andr. 5, 1, 1. A. Siccine hunc decipis? D. *Imo enim vero* **) Antipho, hic me decipit. T. Phorm. 3, 2, 43.

Not. 3. Die Antwort durch einen Casus wird in demjenigen gegeben, welchen das fragende Verbum erfordert.

Cuius es? — *Amphitruonis.* Plaut. Amph. 1, 1, 222. Cui dono lepidum novum libellum? Corneli, *tibi.* Catull. 1, 1. Mene vis? — *Te.* T. Phorm. 2, 4, 9. Quanti emtae? — *Parvo.* — Quanti ergo? *Octussibus.* H. Serm. 2, 3, 156.

III. Verbindungsarten der Sätze.

175 I. Verbunden werden solche Sätze, die sich als Bestandtheile eines vollständigen Gedankens betrachten lassen. Wie aber in dem einzelnen Satze coordinirte und subordinirte, wesentliche und Nebenbestandtheile enthalten sind, so verhalten sich auch die in einem solchen Ganzen zusammengefügten Sätze zu einander. Kürze und Bündigkeit des Ausdrucks verlangen, daß auch bei den kleinsten Verbindungen dieser Art Bestandtheile, die mehrern unmittelbar zusammenhängenden Sätzen gemeinschaftlich sind, nicht wiederholt werden.

P. Valerius quartum, T. Lucretius iterum *consules facti* †). L. 2, 16. Q. Metellus Numidicus et eius collega M. Silanus *dicebant de republica.* C. Brut. 35. *Hirtius* hostes nefarios prostravit, fudit, occidit ††). C. Phil. 14, 10. *Verginius* vivit, vivetque semper. P. Ep. 2, 1, 11. Cn. Pompeius est vir omnium, *qui* sunt, fuerunt, erunt †††), virtute, sapientia, ac gloria princeps. C. Quir. p. R. 7. *Navigiis* amnes et maria *transimus.* S. Epist. 90. *Natura sumus apti* ad coetus, concilia, civitates. C. Fin. 3, 19.

II. Hauptsätze heißen diejenigen, die an und für sich ein vollständiges Urtheil enthalten, theils im Verhältniß zu den Ne-

*) Ei, nicht doch! denn ich bitte dich nun erst recht inständig.
**) O nein! vielmehr umgekehrt, er betrügt mich.
†) statt: Valerius quartum consul factus est, T. Lucretius iterum consul factus est. Deswegen mußte auch in dem folgenden Beispiel *eius* collega stehen, nicht suus. §. 157, 4, c. Die Weglassung des et bei Consulnamen ist sehr gewöhnlich.
††) statt Hirtius prostr., Hirtius fudit, Hirtius occidit.
†††) dafür: Segulius, homo nequissimus omnium, *qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt.* C. Fam. 11, 21. Eben so ist der Satz: Pompeius est princeps wiederholt bei virtute, sapientia, gloria gedacht.

Digitized by Google

benſätzen, die einen ihrer Beſtandtheile näher beſtimmend, mit dieſem durch ein Relativum verbunden ſind, und zu den eingeſchobenen, die ihre Glieder trennen, ohne mit ihnen durch Conſtruction zuſammen zu hängen; theils zu den untergeordneten (ſubordinirten), die von ihrem Prädicat durch Cauſalverbindung, als Zeitbeſtimmung, oder auch als angeführte Frage §. 174, II., Rede und Meinung eines Andern abhängig ſind. Mehrere mit einander verbundne Hauptſätze hingegen werden coordinirte Sätze genannt.

Legatus, ubi ad fines *eorum* venit, *unde res repetuntur*, capite velato filo (*lanae velamen est*), Audi, Iupiter; inquit, audite, fines; (*cuiuscunque gentis sunt, nominat*) audiat Fas. L. 1, 32.

III. Der Zuſammenhang der Sätze wird nächſt ihrem Inhalt durch ihre Form, durch das Relativum und durch Verbindungspartikeln bewirkt.

1. Die Form iſt theils Ausſageform §. 173. 174., theils grammatiſch, §. 3, 3. Hauptſätze verwandten Inhalts, die in beiderlei Form mit einander übereinſtimmen, ſind ſchon hierdurch verbindungsfähig; Partikeln bedürfen ſie, wenn ihre Ausſageform verſchieden iſt, außer im Gegenſatz. Neben- und untergeordnete Sätze haben nur die behauptende Ausſageform, die neben einander poſitiv und negativ ſeyn kann; die letztern aber ſtehen ohne Ausnahme im Conjunctivo. Nur bei Conditional- und Conceſſivſätzen kann der Nachſatz Fragform haben, während der Vorderſatz jedesmal in behauptender ausgedrückt ſeyn muß.

2. Das Relativum *qui* kann nur in Beziehung auf ein Nomen des vorhergehenden Satzes gebraucht werden; ſo auch *unde*, *ubi*, *quo* wohin, *qua* wo. Das Neutrum *quod* hingegen läßt ſich auch auf einen ganzen Satz beziehen. Durch dieſes Relativum werden Hauptſätze mit einander in Verbindung gebracht; ausſchließlich aber Nebenſätze, die einen einzelnen vorhergegangenen Begriff erklären oder näher beſtimmen, daher auch ihre Tempora und Modi nicht immer nach denen des Hauptſatzes ſich richten. In untergeordneten Sätzen hingegen folgen dieſe beſtimmten Regeln.

3. Bei untergeordneten Sätzen ſind (außer in Oratione obliqua) neben dem Relativo *qui* nur folgende Partikeln, ebenfalls von relativer Form, anwendbar:

Quod daß, weil, in Beziehung auf ein vorhergehendes, oft nur hinzugedachtes id, eo, ideo, propterea, umſchreibt einen Satz nach ſeinem Weſen;

Ut daß, damit, umſchreibt Etwas, worauf der Andre erſt

Digitized by Google

aufmerkſam gemacht werden ſoll, daher auch eine Abſicht als Zweck, eine Wirkung und Folge;

Quo damit dadurch, vor einem Comparativ damit deſto, drückt nur eine Beſtimmung aus. So auch *qua* damit da, *ubi* damit daſelbſt, *unde* damit daher, in Beziehung auf ein vorhergehendes Nomen.

Ne damit nicht, daß nicht, bezeichnet negativ die Abſicht; *ut non* daß nicht, die Wirkung oder Folge.

Quin der nicht, wie nicht, daß nicht, ſteht nach einem negativen Hauptſatz für qui non oder qui ne.

Quum (cum) da, obſchon, bezeichnet Urſache und Grund; in der Bedeutung da, als, gibt es mit ſeinem Verbo neben einem Hauptſatz untergeordnet ein Factum als Zeitbeſtimmung einer vergangenen Begebenheit an, und wird daher ſo nur mit dem Imperfecto und Plusquamperfecto Coniunctivi gebraucht.

A. Erklärungsſätze.

176 Nebenſätze ſind überhaupt ſolche, die bei einem Hauptſatz an der Stelle eines einzelnen Beſtandtheils ſtehen und mit ihm durch ein Relativum verbunden ſind. Als Erklärungsſätze umſchreiben ſie Subſtantiva in jedem Caſu, Adjectiva, Participia, Adverbia, auch Appoſitionen, bald das Subject des Hauptſatzes, bald das Object und andre Prädicatsbeſtimmungen, und werden theils im Indicativo als unbedingte Behauptungen ausgedrückt, theils im Coniunctivo unter den §. 166. angegebenen Bedingungen, und in dieſem Fall können ſie zugleich ſubordinirt ſeyn. Ihr Tempus folgt nach den §. 164, 10. angegebenen Bedingungen. Hierher gehören

I. diejenigen beſtimmenden Relativſätze, die einen auf den angedeuteten Beſtandtheil des Hauptſatzes von außen her Bezug habenden Umſtand angeben.

Ille, *qui navigat*, quum subito mare coepit horrescere, unius opem implorat. C. Rep. 1, 40. i. e. nauta. Doceatur is, *apud quem dicetur*. C. Brut. 49. i. e. auditor. Alii oratores probantur a multitudine, alii autem ab *iis, qui intelligunt*. Ibid. i. e. ab intelligentibus, von Kennern. *Ea, quae ignoramus*, discere et *ea, quae scimus*, alios docere solemus. C. N. D. 2, 59. i. e. ignota — nota. *Quanta maxima celeritate potui*, in radicibus Alpium obvius fui. L. 21, 41. i. e. quam celerrime, §. 155, 6, b. T. Roscius Capito, *qui in decem legatis erat*. C. S. Rosc. 9. i. e. unus legatorum. Orgetorix Dumnorigi Aeduo, *qui* eo tempore principatum in civitate *obtinebat* ac maxime plebi *acceptus erat*, ut idem conaretur, persuadet. Caes. 1, 3. Eos septem, *quos* Graeci sapientes *nominaverunt*,

Digitized by Google

omnes paene video in media re publica esse versatos. C. Rep. 1, 7. Andranodorus et insulam et aream et alia, *quae poterat, quae*que opportuna *erant*, praesidiis firmarat. L. 24, 21. Flaminius, *quacunque* in parte laborare *senserat* suos, impigre ferebat opem. L. 22, 6. Indici finitimis spectaculum iussit Romulus: *quanto*que apparatu tum *sciebant* aut *poterant*, concelebrant. L. 1, 9.

Im Coniunctivo, als Gegensatz der Wirklichkeit, stehen solche Sätze:

1. Wenn sie ein geeignet seyn eines Zustandes, ein fähig oder im Stande seyn des beim Verbo verstandnen Subjects andeuten; seltner im Modo permissivo.

Quam saepe forte temere eveniunt, *quae* non *audeas* optare. T. Phorm. 5, 1, 30. Quae est conditio pacis, in qua ei, *cum quo* pacem *facias*, nihil concedi potest? C. Phil. 12, 5. Haec Academicorum est una sententia, *quam* reliquorum philosophorum nemo *probet*. C. Acad. 2, 22. A te peto, ut de loco, *quo deportet* frumentum, et de tempore Aviano commodes. C. Fam. 13, 75. schaffen will, mag. Nunc id dicam, *quod* tacitus tu mihi *assentiare*. C. Caecil. 7. worin du mir beistimmen mußt. Pittacus ille, Nolite, oro vos, inquit, id mihi dare, *quod* multi *invideant*, plures etiam *concupiscant*. N. 8, 4. Saepe vidimus fractos pudore, *qui* ratione nulla *vincerentur*. C. Tusc. 2, 21. cf. L. 30, 37, 11. Urbem unam mihi amicissimam (Brundisium) declinavi, *quae* se vel potius exscindi, quam, e suo complexu ut eriperer, *pateretur*. C. Planc. 41. Gracchus peccatum suum, *quod* celare *posset*, confiteri maluit, quam haerere in re publica religionem. C. N. D. 2, 4. Ascendentibus ad templum Delphicum a Cirrha maceria erat ab laeva semitae paulum exstans a fundamento, *qua* singuli *transirent*. L. 42, 16. Duae erant viae, *qua* ex Medis ad adversariorum hibernacula *posset* perveniri. N. 18, 8. In senatu locutus sum de re publica liberius, quam pericula postulabant. At ille homo violentus, *qui* hanc consuetudinem libere dicendi *excluderet*, inimicitias mihi denuntiavit. C. Phil. 5, 7. Galba stemma in atrio posuit, *quo* paternam originem ad Iovem, maternam ad Pasiphaën, Minois uxorem, *referret*. Suet. Galb. 2. Mixtum ius est pipere albo non sine aceto, *quod* Methymnaeam vitio *mutaverit* uvam. H. Serm. 2, 8, 50. in welchem — umgeschlagen seyn muß. Cf. §. 166, 1.

Di tibi dent, *quaecunque optes*. Plaut. Asin. 1, 1, 32. Sola est, *in qua* merito *culpetur* Vespasianus, pecuniae cupiditas. Suet. Vesp. 16. Antiquissimi fere (oratores) sunt, *quorum* quidem scripta *constent*, Pericles atque Alcibiades. C. Or. 2,

Digitized by Google

22. Cinna M. Antoni praecidi caput iussit, omnium eloquentissimi, *quos* ego *audierim*. C. Tusc. 5, 19. Omnium oratorum, *quos* quidem ego *cognoverim*, solutissimum in dicendo et acutissimum iudico Q. Sertorium. C. Brut. 48. Medea parat, *quae nescierim* melius. O. Her. 6, 92. Duo tempora inciderunt, *quibus* aliquid contra Caesarem Pompeio *suaserim*. C. Phil. 2, 10. Pompeio literae tuae, quas proxime miseras, *quod* facile *intellexerim*, perjucundae fuerunt. C. Fam. 1, 7, 6. cf. §. 166, 2. §. 164, 5. a. *)

2. Wenn sie Etwas als zufällig, als von ungefähr geschehen darstellen, wo der Deutsche etwa, gerade, einmal braucht.

Mos est Syracusis, ut, si qua de re ad senatum referatur, dicat, *qui velit*. Si quando taceant omnes, tunc sortito coguntur dicere. C. Verr. 4, 64. Domitianus, *quoties* otium *esset* *), alea se oblectabat. Suet. Domit. 21. Strabo mille et octoginta stadia *quod abesset*, videbat. C. Acad. 2, 25. Scipio responsa legationibus dare coepit ita elato ab ingenti virtutum suarum fiducia animo, ut ingens omnibus, *quae diceret*, cum maiestas inesset, tum fides. L. 26, 19. Hostes societate auxilii mutui, *ut quisque* locus *premeretur*, inter se usi fuerant. L. 8, 25. Elephanti tutum ab hostibus, *quacunque incederent*, agmen praebebant. L. 21, 35. Scholas Graecorum more habuimus ita, ut, quum is, *qui* audire *vellet*, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contra dicerem. C. Tusc. 1, 4. Casu Germani equites interveniunt, nec prius sunt visi, quam castris appropinquarent, usque eo, ut, *qui* sub vallo *tenderent* mercatores, recipiendi sui facultatem non haberent. Caes. 6, 37. Suevi quotannis singula millia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. Reliqui, *qui* domi *manserint*, se atque illos alunt. Id. 4, 1. Gallorum magistratus, quae visa sunt, occultant; *quae*que esse ex usu *iudicaverint*, multitudini produnt. Id. 6, 20. Uri neque homini, neque ferae, *quam conspexerint*, parcunt. Caes. 6, 28. Camillus *quocunque* se *intulisset*, victoriam secum haud dubiam trahebat. L. 6, 8. cf. 5, 42, 4. Accidit, ut nonnulli milites, *qui* lignationis causa in silvas *discessissent*, repentino equitum adventu interciperentur. Caes. 5, 39. In Hortensio fuit memoria tanta, ut, *quae* secum *commentatus esset*, ea sine scripto verbis eisdem redderet, *quibus cogitavisset*. C. Brut. 88. Cimoni quotidie sic coena coquebatur, ut, *quos* invocatos *vidisset* in foro, omnes devocaret; complures pauperes mortuos, *qui*, unde efferrentur,

*) so oft er einmal Zeit hatte; nicht genau genommen.

Digitized by Google

non *reliquissent*, suo sumtu extulit. N. 5, 4. Galba erat amicorum libertorumque, *ubi* in bonos *incidisset*, sine reprehensione patiens; si mali forent, usque ad culpam ignarus. Tac. H. 1, 49. Ferox erat praeda gloriaque exercitus, *ut cui* sine labore ac periculo ditissimi belli victoria *evenisset*. Ibid. 1, 51

3. Wenn sie Etwas als Vermuthung oder als wahrscheinlich darstellen, bei Zuständen, deren Wahrheit man nicht verbürgen will; daher wenn der Redende sein Urtheil mildern und Bescheidenheit, Ehrfurcht, Schonung, Mißtrauen in seine Einsichten, Scham, oder auch Verachtung zu erkennen geben will. Hier braucht der Deutsche bald mögen, können, bald den Indicativ mit etwa, allenfalls, wohl, vielleicht.

Evenit facile, *quod* diis cordi *esset*. L. 1, 39. Eumenes ut Romam venit, exceptus est cum tanto honore, *quantum* meritis eius *existimaret* deberi populus Romanus. L. 42, 11. Hannibal tabernas argentarias, *quae* circa forum Romanum tunc *essent* *), iussit venire. L. 26, 11. Vetus Claudia tribus, additis postea novis tribulibus, *qui* ex eo *venirent* agro (Latino), appellata. L. 2, 16. Aegyptii nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, *quam* ex ea *caperent*, consecraverunt. C. N. D. 1, 36. Veniebat ad Eumenem utrumque genus hominum: et *qui* propter odium fructum oculis ex eius casu capere *vellent*, et *qui* propter veterem amicitiam colloqui consolarique *cuperent*; multi etiam, qui eius formam cognoscere studebant **), qualis esset, quem tamdiu, tamque valde timuissent. N. 18, 11. Eurybiadem Themistocles quum minus, *quam vellet*, moveret, noctu ad Regem misit. N. 2, 4. Vereor, ne amore videar plura, *quam fuerint* ***) in illo, dicere. C. Brut. 78. Multae hodie sunt gentes, *quae* tantum facie *noverint* coelum, *quae* nondum *sciant* †), cur luna deficiat. S. N. Q. 7, 25. Multa in silva Hercynia genera ferarum nasci constat, *quae* reliquis in locis *visa* non *sint*. Caes. 6, 25.

Magno in dolore sum, vel moerore potius: inest tamen aliquid, *quod* rei publicae profuturum *putem*. C. Phil. 11, 1.

---

*) seyn mochten. Diese Buden brannten nicht lange nachher ab, L. 26, 27. pr. Daher konnte Livius ihren Ort nur nach Wahrscheinlichkeit bestimmen.

**) Daß Viele, die größere Anzahl, nur in dieser Absicht kamen, war wohl offenbar genug; daher hier der Indicativus.

***) Zwei Handschriften haben hier fuerunt, welches zu absprechend seyn würde. Dagegen ist: Quascunque postea controversias inter se milites *habuerunt*, sua sponte ad Caesarem in ius adierunt. Caes. C. 1, 87. gewiß richtiger, als habuerint.

†) vielleicht können — wissen.

Digitized by Google

Unum excipio Catonem, *in quo*, perfectissimo Stoico, summam eloquentiam non *desiderem*. C. Brut. 31. Oratores quidem laudari video, *si qui* e nostris Hyperidem *sint*, aut Demosthenem *secuti* *). C. Acad. 1, 3 Scaurus habebat hoc a natura ipsa, *quod* a doctrina non facile *posset*. C. Brut. 29. Dictatore habente comitia Caesare, consules creantur Iulius Caesar et Bibulus. is enim erat annus, *quo* per leges ei consulem fieri *liceret* **). Caes. C. 3, 1. Augusto prompta ac profluens, *quae deceret* Principem, eloquentia fuit. Tac. 13, 3. In castris Pompeii videre licuit magnum argenti pondus expositum, multaque praeterea, *quae* nimiam luxuriam et victoriae fiduciam *designarent* ***). Caes. C. 3, 96. Ego scio, Quirites, *qui*, postquam consules facti sunt, acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere *coeperint* †). Sall. I. 85, 12. Utrum nos impudentes, qui labi nolumus; an illi, *qui* sibi *persuaserint*, scire se solos omnia? C. Acad. 2, 36. Medio montium et paludum porrigebatur planities, *quae* tenuem aciem *pateretur* ††). Tac. 1, 64. Quatuor menses obsidionem Same sustinuit, quum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent aut vulnerarentur, et *qui superarent* †††), fessi et corporibus et animis essent. L. 38, 29. Erant in legione fortissimi viri centuriones, *qui* iam primis ordinibus *appropinquarent* ‡), T. Pulfio et L. Varenus. Caes. 5, 44.

4. Wenn sie einen Zustand nur als gedacht, als Meinung oder Vorstellung angeben.

Clodio mandaveras, *quae* illum mecum loqui *velles*. Eum sane exspectabam, ut ea, *quae* a te *afferret*, quam primum cognoscerem. C. Fam. 3, 4.

177 II. Wird durch *Qui* mit seinem Verbo einem Subjecte ein Zustand als Eigenschaft, und zwar als an ihm bereits vorhanden und sich wirklich äußernd zugeschrieben, so steht ein solcher Satz im Indicativo; im Coniunctivo hingegen, wenn dem Subject eine solche Eigenschaft nur in so fern zugeschrieben wird, als es dazu Fähigkeit, Unfähigkeit, Kraft, Willen, Würdigkeit oder

*) wenn ja einige, oder die etwa. Bescheiden; denn Cicero war selbst mit unter dieser Zahl.
**) wohl erlaubt war — mit ehrfurchtsvoller Rücksicht auf die Majestät des römischen Volks.
***) Schonendes Urtheil uber Feinde.
†) Verächtlich.
††) allenfalls, höchstens, freilich nur gestattete.
†††) die etwa noch übrig waren.
‡) ziemlich nahe waren.

Digitized by Google

Gelegenheit hat, vorzüglich dann, wenn *qui* von einer Negation oder einem Fragpronomen, wie nemo, nullus, nihil, quis, quotusquisque abhängt.

Qui mentiri solet, peierare consuevit. C. Q. Rosc. 16. *Qui* id, *quod vitari non potest*, *metuit*, is vivere animo quieto nullo modo potest. C. Tusc. 2, 1.

Errat longe, mea quidem sententia, *qui* imperium *credat* gravius esse aut stabilius, vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur. T. Ad. 1, 1, 40. wer glauben kann. Etiam modestiam quandam cognitio rerum coelestium affert his, *qui videant*, quanta sit etiam apud deos moderatio, quantus ordo. C. Fin. 4, 5. Natura est, *quae contineat* mundum omnem, eumque *tueatur*. C. N. D. 2, 11. Circumstant te summae auctoritates, *quae* te oblivisci laudis domesticae non *sinant*, *quae* te dies noctesque *commoneant*, fortissimum tibi patrem, sapientissimum avum fuisse. C. Verr. A. 1, 17. Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Milo, *qui* nunquam, tum casu pueros symphoniacos uxoris *ducebat;* ille, *qui* semper secum scorta *duceret*. C. Mil. 21. Duo tum excellebant oratores, *qui* me imitandi cupiditate *incitarent*, Cotta et Hortensius. C. Brut. 92. Id erat certi accusatoris officium, *qui* tanti sceleris *argueret*, explicare omnia vitia atque peccata. C. S. Rosc. 19. Non potest ea natura, *quae* tantum facinus *commiserit*, hoc uno scelere esse contenta. C. Verr. 1, 15.

Besonders steht *qui* mit dem Conjunctivo unter diesen Bedingungen:

1. Nach Verbis, die bloße Existenz anzeigen, wie *est*, *sunt*, *reperiuntur*, *inveniuntur* es gibt, wenn das Subject, worauf sich *qui* bezieht, allgemein (homines), oder doch unbestimmt ist, wie aliquis, multi, pauci; durch den Relativsatz aber, wenn von ihm Etwas nur in so fern prädicirt wird, als es dazu im Stande ist, z. B. sunt (homines), qui dicant es gibt Leute, welche sagen können, wollen, d. i. Manche wollen, können, sind im Stande zu behaupten; nemo est, qui dicat es gibt Niemand, der sagen könnte.

*) Das Tempus des auf *qui* folgenden Verbi ist hier gewöhnlich dem des vorhergehenden gleichzeitig, das ist: Auf das Praesens und Futurum folgt *qui* gewöhnlich mit dem Coniunctivo Praesentis; auf ein Praeteritum, mit dem Coni. Imperfecti, §. 164, 10. Das Perf. Coniunctivi hingegen folgt auf das Praesens, wenn eine früher vergangene, und auf ein Praeteritum, wenn eine später erfolgte Begebenheit angegeben, oder ein Factum nur historisch, das ist, ohne Berücksichtigung des vorhergegangenen Tempus angeführt wird. In den folgenden Beispielen folgt der Coni. als Modus permissivus: Plura scripsit Theodorus, cu-

Digitized by Google

ius auditorem Hermagoram *sunt*, *qui viderint*. Q. 3, 1, 18. deſſen Zuhörer Hermagoras wohl noch Manche geſehen haben mögen. *Sunt*, *quibus* ne haec quidem certamina exponere satis *fuerit*. L. 10, 26. *Solus es*, Cai Caesar, *cuius* in victoria *ceciderit* nemo. C. Deiot. 12. *Una* feminarum in omni aevo Lampido Laecedaemonia *reperitur*, *quae* regis filia, regis uxor, regis mater *fuerit*. P. 7, 41. Seltnere Beiſpiele ſind: Divina natura dedit agros, ars humana aedificavit urbes. quum artes omnes dicantur in Graecia intra mille annorum repertae, agri nunquam non *fuerint* in terris, *qui* coli *possint*. Varr. R. R. 3, 1, 4. wo fuerint wegen nunquam non bis auf die Gegenwart herab zu beziehen iſt. Quid proferam C. Neronis animum nimis timidum? qui in illa re *quid* facere *potuerit*, *non habebat*, nisi forte, ut ageret eam rem sine Verre et Dolabella. C. Verr. 1, 30. und: *Quid erat*, *quod* Capitonem primum scire *voluerit*? Nescio. C. S. Rosc. 35, 99. wo das Perfectum hiſtoriſch gebraucht iſt, und nur wegen der Anführungsformel non habebat, quid erat, im Conjunctivo ſteht.

Circumagetur hic orbis: *erit* mox, qui *arguat* *), nequidquam Antiochum ultra iuga Tauri remotum. L. 42, 42. *Fuit*, *qui suaderet* **) appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam, quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset. Suet. Aug. 100. *Est*, *quod differat* ***) in hominum ratione habenda inter iustitiam et verecundiam. C. Off. 1, 28. Qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beatior: si enim *est*, *quod desit*, ne beatus quidem est. C. Tusc. 5, 8. *Inventus est*, *qui* flammis *imponeret* manum. S. Ep. 76. — *Sunt*, *qui* duos tantum in sacro monte creatos tribunos esse *dicant*, ibique sacratam legem latam. L. 2, 33. *Adsunt*, *qui* vos *hortentur*, ut a nobis desciscatis. Caes. C. 2, 32. *Sunt*, *qui* ligusticum cunilam bubulam *appellaverint*. P. 20, 15. extr. cf. 28, 9. 28, 17, 67. *Erant*, *qui* fama maius bellum cum Antiocho, quam difficultate rei, fuisse *arbitrarentur*. L. 37, 58. *Fuerunt*, *qui dicerent*, non coeli motu fieri ortus et occasus, sed nos ipsos oriri et occidere. S. N. Q. 7, 12. *Qui* se ultro morti *offerant*, facilius *reperiuntur*, quam *qui* dolorem patienter *ferant*. Caes. 7, 77.

Est aliquis, *qui* se inspici, aestimari *fastidiat* †). L. 6, 41. *Est aliquid*, *quod* non *oporteat*, etiamsi liceat. C. Balb. 3. Velim quam saepissime literas mittatis, praesertim *si quid est firmius*, *quod speremus*. C. Fam. 14, 2. *Pompeius unus inventus est*, *quem* socii in urbes suas cum exercitu venisse

*) bald wird ſich jemand finden, der uns zeigt.
**) Einer wollte rathen.
***) es gibt allerdings einen Unterſchied.
†) es gibt Manchen, der es verſchmähen kann, oder: Mancher kann es verſchmähen.

Digitized by Google

gaudeant. C. Manil. 23. Profecto *fuit quaedam vis*, *quae* generi *consuleret* humano. C. Tusc. 1, 49. — *Pauci* ex multis *sunt* amici, homini *qui* certi *sint.* Plaut. Psend. 13, 156. *Tria sunt*, *quae sint* efficienda dicendo: ut docestur is, apud quem dicetur, ut delectetur, ut moveatur vehementius. C. Brut. 49. *Nonnulli sunt* in hoc ordine, *qui* aut ea, quae imminent, non *videant*, aut ea, quae vident, *dissimulent.* C. Cat. 1, 12. In Liguribus *omnia erant*, *quae* militem *excitarent.* L. 39, 1. Ad Cannas ex millibus septem armatorum *sexcenti exstiterunt*, *qui* erumpere *auderent*, *qui* in patriam liberi atque armati *redirent.* L. 22, 60. *Multi erunt*, *quibus* recte literas dare *possis*, *qui* ad me libenter *perferant.* C. Fam. 16, 5. In omnibus saeculis *pauciores viri reperti sunt*, *qui* suas cupiditates, quam *qui* hostium copias *vincerent.* Ib. 15, 4. *Exortus* est *servus*, *qui*, quem in eculeo appellare non posset, eum *accuset**) solutus. C. Deiot. 1. Virtutis magistri *philosophi inventi sunt*, *qui* summum malum dolorem *dicerent.* C. Tusc. 2, 12. *Perpauci equites*, *qui* equos secum *eduxissent* **), *inventi sunt.* L. 41, 3. Difficile est, enumerare, quot *viri fuerint*, *qui* non una aliqua in re separatim *elaborarint*, sed omnia, quaecunque possent, vel scientiae pervestigatione, vel disserendi ratione *comprehenderint* ***). C. Or. 1, 3.

Nulla est laus, ibi esse integrum, ubi *nemo est*, *qui* †) aut *possit*, aut *conetur* corrumpere. C. Verr. A. 1, 16. *Nemo est orator*, *qui* se Demosthenis similem esse *nolit.* C. Opt. 2. *Nemo reperietur*, *qui* unum se in quaestura M. Fonteio nummum dedisse *dicat.* C. Font. in Fragm. 2, 3. *Non deerunt*, *qui* Cassii et Bruti *meminerint.* Tac. 4, 35. *Nullum est animal*, praeter hominem, *quod habeat* notitiam aliquam dei. C. Leg. 1, 8. *Senatus consultum nullum exstat*, *quo* reductio regis Alexandrini tibi *ademta sit.* C. Fam. 1, 7, 8. *Neque* vero tam remisso et languido animo *quisquam* omnium *fuit*, *qui* ea nocte *conquieverit.* Caes. C. 1, 21. *Nihil est*, *quod* tam *de-*

---

*) jetzt nämlich.

**) sie hatten die Pferde nicht mitnehmen können, als man sie antraf. Cf. C. Brut. 78, 270.

***) hier steht das Perfectum Coni. weil fuerint verschiedne Zeiträume der Vergangenheit bezeichnet, deren jedem einzelne der mit qui comprehenderint Bezeichneten angehörten, daher das referirende, nicht das beschreibende Tempus anzuwenden war. So: Pauci reperti sunt, qui — obiecerint. C. Balb. 10. extr.

†) durch die vorhergehende Negation, hier nemo est, wird nämlich der mit qui folgende Satz bestimmt und seine positive Bedeutung (die Wirklichkeit) aufgehoben.

Digitized by Google

ceat, quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam. C. Off. 1, 34. Septimum primum pilum Tullius ducebat: *neque erat* in exercitu, *qui* quidem pedestria stipendia *fecisset*, vir factis nobilior. L. 7, 13. *Nemo* omnium *est*, *quem* ego nunc magis videre *cuperem* ††), quam te. T. Eun. 3, 5, 13. Polycratem Samium felicem appellabant. *Nihil acciderat* ei, *quod nollet*, nisi quod annulum, quo delectabatur, in mari abiecerat. C. Fin. 5, 30. Helvetiis, omnibus fructibus amissis, domi *nihil erat*, *quo* famem *tolerarent*. Caes. 1, 28. *Quis est*, *qui* †††) utilia *fugiat*? C. Off. 3, 28. *Quid est*, *quod* *) plus *valeat* ad ponendum dolorem, quam quum est intellectum, nihil profici? C. Tusc. 3, 28. *Quotusquisque est*, *qui* voluptatem *neget* esse bonum? C. Div. 2, 39.

2. Nach den Verbis activis *habeo*, *reperio*, *invenio*, *nanciscor*, *desidero*, *quaero*, *relinquo* und ähnlichen, wobei *qui* mit ſeinem Verbo im Coniunctivo angibt, was mit dem hinzugedachten oder angegebenen Gegenſtand, auf welchen es ſich bezieht, geſchehen könne. (Ueber habeo quid und habeo quod §. 159, 1. Not. 2.)

Quod laudabile bonum est, in se *habeat*, *quod laudetur*, necesse est. C. Leg. 1, 17. Quid dulcius, quam *habere*, *quicum* omnia *audeas* sic loqui, ut tecum? C. Lael. 6. Non ex alitis involatu tibi augŭror: *habeo* alia signa, *quae observem*. C. Fam. 6, 6. Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi *haberes*, *qui* illis aeque, ac tu ipse, *gauderet*? C. Lael. 6. *Reperies* multos, *quibus* periculosa et calida consilia quietis et cogitatis et splendidiora et maiora *videantur*. C. Off. 1, 24. Plures auctores *invenio*, *qui* Romanos Horatios *vocent*. L. 1, 24. *Nactus sum*, *qui* Xenophontis similem esse se *cuperet*. C. Or. 9. Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eodem die, magis quia *nactus eram*, *cui darem*, quam quo *haberem*, *quod scriberem*. C. Fam. 16, 6. Num amplius quid *desideras*, *quod respondeas*? C. Acad. 2, 25. *Relinquo* tibi, *quod* ab aliis *quaeras*. Ib. 8, 7.

Germani *neque* Druides *habent*, *qui* rebus divinis *praesint*, neque sacrificiis student. Caes. 6, 21. Natura *nihil habet*, *quod* magis *expetat*, quam honestatem. C. Tusc. 2, 20. *Nihil habebam* novi, *quod* post *accidisset*, quam *dedissem* ad te literas. C. Att. 6, 3. Tanta prosperitas Caesarem est consecuta, ut *nihil* ei *non tribuerit* fortuna, *quod* cuiquam ante

††) als Modus conditionalis. §. 166, 1, b.
†††) ohne Frage ſo viel, als nemo est, qui.
*) ſ. nihil est, quod.

Digitized by Google

detulerit. N. 25, 19. *Quid habeo, quod faciam* pro tuis in me meritis, nisi ut eam fortunam, quaecunque erit tua, ducam meam? C. Mil. 36.

3. Nach *is sum*, wenn *is* auf eine Eigenschaft des bes stimmt genannten Subjects hinzeigt, deren Wirkung an ihm der Relativsatz als möglich angibt. Die Verba beider Sätze stehen hier in gleicher Person. §. 158, 4, a. Der Deutsche drückt diese Eigenschaft mit aus: Ich bin der Mann, ich bin so gesinnt, ich bin nicht so leichtgläubig, daß —. Eben so wird in der Frage *quis sum* gebraucht.

Ego *is sum*, *qui* *) Caesari concedi *putem* utilius esse, quod postulat, quam signa conferri. C. Att. 7, 5. cf. C. Sull. 24, 67. Or. 3, 20, 74. Ego *is sum*, *qui* **) nihil unquam mea potius, quam meorum civium causa *fecerim*. C. Fam. 5, 21. Quid in dicendo rectum sit, aut pravum, ego iudicabo, si modo *is sum*, *qui* ***) id *possim* aut *sciam* iudicare. C. Brut. 49. Num tu *is es*, *qui* †) in disputando non tuum iudicium *sequare*, sed auctoritati aliorum *pareas?* C. Leg. 1, 13. Ego *eum* te *esse*, *qui* horum malorum initia multo ante *videris*, praeclare memini. C. Fam. 4, 7. *Ea est* Romana *gens*, *quae* ††) victa quiescere *nesciat*. L. 9, 3. Ego *is sum*, *cui* vel maxime *concedant* omnes, ut vel ea defendam, quae Pompeius velit, vel taceam. C. Fam. 1, 8. Antonius *is est*, *qui* †††) semper senatus iudicium et auctoritatem *contemserit*. C. Phil. 6, 3. Dixisti, vos *eos esse*, *qui* vitam insuavem sine literarum studiis *putaretis*. C. Or. 2, 6. Ego semper *is fui*, *qui* de te, oratore, sic *praedicarem*, unum te in dicendo mihi videri tectissimum. C. Or. 2, 73. *Is fueram*, *cui* quum liceret, si quid accideret acerbius universis, parem cum ceteris fortunae conditionem subire, non *dubitaverim* me gravissimis tempestatibus ac paene fluminibus ipsis obvium ferre, conservandorum civium causa. C. Rep. 1, 4.

Non is sum, *qui* ‡), quidquid videtur, tale *dicam* esse, quale videatur. C. Acad. 2, 7. *Non* tu *is es*, *qui*, qui sis, *nescias*. C. Fam. 5, 12, 21. *Non* tu *is es*, *quem* nihil, nisi ius civile, *delectet*. C. Top. 19. Zeno *nullo modo is erat*, *qui*

---

*) ich bin derjenige, der glauben kann, d. i. ich bin der Meinung, daß ich glaube.
**) ich bin so patriotisch, daß.
***) ein solcher Kenner bin, daß.
†) so gefällig, daß.
††) so kriegerisch, daß es.
†††) so frech, daß er — hat verachten können.
‡) ich bin nicht so einfältig, daß ich.

Digitized by Google

nervos virtutis *inciderit* **): sed contra, *qui* omnia, quae ad beatam vitam pertinerent, in una virtute *poneret*. C. Acad. 1, 10. Agesilaus *se eum esse* dixit, *qui* ad officium peccantes redire *cogeret*, *non*, *qui* urbes nobilissimas *expugnaret* Graeciae. N. 17, 5. *Non sumus ii*, *quibus* nihil verum esse *videatur*, sed *ii*, *qui* omnibus veris falsa quaedam adiuncta esse *dicamus*. C. N. D. 1, 5. *Non* ego *sum ille ferreus*, *qui* fratris maerore non *movear*. C. Cat. 4, 2.

Quis sum, *cuius* aures laedi nefas *sit*. S. Ira. 3, 24. *Quis tu es*, *qui dicas*, si (Caesar) in Hispaniam profectus erit, si praesidia dimiserit? C. Att. 7, 17.

4. Nach *talis*, *qualis*, *hic*, *is*, *eiusmodi* in der Bedeutung ein solcher, wenn diese Wörter auf eine Beschaffenheit hindeuten, die ein Subject haben soll, kann, oder in welcher der Grund zu einer im Vorhergehenden ausgesprochenen Behauptung liegt. In demselben Sinn werden auch ohne diese Wörter allgemein genommene Subjecte und Substantiva mit folgendem *qui* und dem Conjunctiv gebraucht.

Innocentia est affectio *talis* animi, *quae noceat* ***) nemini. C. Tusc. 3, 8. Si quis est *talis*, *qui* me *accuset*, quod tam capitalem hostem non comprehenderim potius, quam emiserim: non est ista mea culpa, sed temporum. C. Cat. 2, 2. Erat iter *tale*, *per quod* vix tranquillum ab hostili metu agmen expediri *posset*. L. 35, 30. *Qualis* ista philosophia est, *quae* non interitum *afferat* pravitatis, sed *sit* contenta mediocritate vitiorum? C. Fin. 2, 9. An ego, *qui* meae salutis defensor *fuisset*, *huius* in periculo non dolorem meum significarem? C. Planc. 31. *Ea* vita expetitur, *quae sit* animi corporisque expleta virtutibus. C. Fin. 5, 13. Habetis *eum* consulem, *qui* parere vestris decretis non *dubitet*. C. Cat. 4, 11. Discendae sunt *eae* artes, *quae efficiant*, ut usui civitati simus. C. Rep. 1, 20. In *ea* es urbe, *in qua* haec parietes ipsi loqui posse *videantur*. C. Fam. 6, 3. Caesar quum respectum ad senatum et ad bonos non haberet, *eam* sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, *quam* virtus liberi populi ferre non *posset*. C. Phil. 5, 18. Est non modo *eius*, *qui* sociis et civibus, sed etiam *eius*, *qui* servis *praesit*, *eorum*, *quibus praesit* †), commodis utilitatique servire. C. Q. Fr. 1, 1, 8. Phalereus fuit suavitate *ea*, *qua perfunderet* animos, non *qua perfringeret*.

**) das Pf. Conj. so streng, daß er sollte haben abschneiden wollen.

***) die Niemand schaden darf.

†) vorstehen soll, will.

Digitized by Google

C. Brut. 9. Si, id quod praeclare a sapientibus dicitur, vultu saepe laeditur pietas; quod iudicium satis acre reperietur in *eum*, *qui* mortem *obtulerit* ††) parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura divina atque humana cogebant? C. S. Rosc. 13. Tu ea cogita, quae esse in *eo* civi ac viro debent, *qui sit* rem publicam afflictam in veterem dignitatem ac libertatem *vindicaturus*. C. Fam. 2, 5. Etiamne Epicurus post mortem coletur? idque testamento cavebit *is*, *qui* nobis quasi oraculum *ediderit*, nihil post mortem ad nos pertinere? Haec non erant *eius*, *qui* innumerabiles mundos, infinitasque regiones mente *peragravisset* *). C. Fin. 2, 31. Meam causam senatus palam, omnes boni proprie enixeque susceperant. *eas* res gesseram, *quarum* non unus auctor, sed dux omnium voluntatis *fuissem*, *quaeque* ad salutem communem omnium civium *pertinerent* **). C. Sext. 16. — Est *huiusmodi* reus, *in quo* homine nihil sit, praeter summa peccata. C. Verr. A. 1, 16. Nomen legati *eiusmodi* esse debet, *quod* non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume *versetur*. C. Verr. 1, 33. In corpore si quid *eiusmodi* est, *quod* reliquo corpori *noceat*, uri secariqne patimur. C. Phil. 8, 5. De futuris rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere, cum est res *eiusmodi*, *cuius* exitus provideri *possit*. C. Fam. 6, 4. Occidisse patrem S. Roscius arguitur. Scelestum facinus atque *eiusmodi*, *quo* uno maleficio scelera omnia complexa esse *videantur* C. S. Rosc. 13.

Quid aut praeclarum putet in rebus humanis, *qui* haec deorum regna *perspexerit?* aut diuturnum, *qui cognoverit*, quid sit aeternum? C. Rep. 1, 17. Audies ex me fortasse, *quod* non omnes *probent*. C. Brut. 49. Nonne satius est mutum esse, quam *quod* nemo *intelligat*, dicere? C. Phil. 3, 9. — Mea quidem sententia *paci* ***), *quae* nihil *habitura sit* insidiarum, semper est consulendum. C. Off. 1, 11. Adhibenda

---

††) hat tödten können.

*) qui ediderit, qui peragravisset bezeichnet den Grund zu einem, dem hier angegebenen entgegen gesetzten Verfahren, daß nämlich Epikur nicht in seinem Testamente die Feier seines Geburtstags hätte verordnen sollen. Eben so drückt der Conjunctivus esset — praestaret den Grund aus, N. 25, 3, 3. und didicisset. C. Deiot. 5, 13. cf. L. 26, 12, 8.

**) Diese Thaten (die Unterdrückung der Catilinarischen Verschwörung) waren der Grund, aus welchem man sich für Cicero wegen seiner Zurückberufung aus dem Exil verwendete. Zugleich aber erforderte hier Bescheidenheit des sich selbst Lobenden den Conjunctivus.

***) einem solchen Frieden.

Digitized by Google

munditia est non exquisita nimis, tantum *quae* †) *fugiat* agrestem et inhumanam negligentiam. Ib. 36. Sint *aures tuae, quae* id, quod audiunt, *existimentur* audire, non *in quas* ficte et simulate quaestus causa *insusurretur*. C. Q. Fr. 1, 1, 4. *Oratorem* plane perfectum et *cui* nihil admodum *desit*, Demosthenem facile dixeris. C. Brut. 9. Homines rationem habent a natura datam, *mentemque* sagacem, *quae* et causas rerum et consecutiones *videat* et cum praesentibus futura *copulet*. C. Fin. 2, 14. L. Pinarius erat *vir* acer, et *qui* plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum *reponeret*. L. 24, 37. Secutae sunt complures dies *tempestates*, *quae* et nostros in castris *continerent* ††) et hostem a pugna *prohiberent*. Caes. 4, 34. Titus Augustus erat *forma* egregia, et *cui* non minus auctoritatis *inesset*, quam gratia. Suet. Tit. 3. Arminius dolo propinquorum cecidit: *liberator* haud dubie Germaniae, et *qui* non primordia populi Romani, sicut alii reges ducesque, sed florentissimum imperium *lacessierit*. Tac. 2, 88. Fuit mirificus quidam in Crasso *pudor, qui* tamen non modo non *obesset* eius orationi, sed etiam probitatis commendatione *prodesset*. C. Or. 1, 26. Haud parva res, sub titulo prima specie minime atroci, ferebatur; sed *quae* patriciis omnem potestatem per clientium suffragia creandi, quos vellent, tribunos *auferret*. L. 2, 56. Octo *hominum* millia tenebat Hannibal, non *quos* in acie *cepisset*, aut *qui* periculo mortis *diffugissent*, sed *qui* relicti in castris *fuissent* a Paullo et a Varrone consulibus. C. Off. 3, 32. Heraclius magistratum Syracusis habebat, *homo* nobilis, *qui* sacerdos Iovis *fuisset*. C. Verr. 4, 61.

5. Nach *tam*, *tantus*, gewöhnlich hinter Negationen, nach *quis?* und nach Comparativis mit *quam*, wenn diese Wörter den Grad einer Eigenschaft andeuten, den sie bei einem Subject haben kann oder soll. Der Deutsche übersetzt hier *qui* durch daß er.

In C. Coelio fuit eloquentiae *tantum*, *quod esset* in re publica ipsius dignitati satis. C. Brut. 45. *Nulla* acies humani ingenii *tanta* est, *quae* penetrare in coelum, terram intrare *possit*. C. Acad. 2, 39. *Nihil tanti* fuit, *quo venderemus* fidem nostram et libertatem. C. ad Brut. 16. *Cuius* opes *tantae* esse possunt, aut unquam fuerunt, *quae* sine multorum amicorum officiis stare *possint?* C. Planc. 33. Quod huic officium, *quod* decus erit *tanti*, *quod* adipisci cum dolore corpo-

†) nur eine solche, die.
††) die vermochten, die so heftig waren, daß sie. Cf. C. Verr. 4, 2, 4. 4, 3, 5.

Digitized by Google

ris *velit*, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit? C. Tusc. 2, 6. Illud miror, adduci potuisse te, ut me existimares *tam improvidum*, *qui* ab excitata fortuna ad inclinatam et prope iacentem *desciscerem*. C. Fam. 2, 16. *Nulla* gens *tam fera*, *nemo* omnium *tam immanis est*, *cuius* mentem non *imbuerit* deorum opinio. C. Tusc. 1, 13. cf. C. Or. 2, 45, 190. Verr. 3, 82. pr. — *Quis* potest esse *tam aversus* a vero, *tam* mente *captus*, *qui neget*, haec omnia, quae videmus, deorum nutu atque potestate administrari? C. Cat. 3, 9. cf. C. Verr. 3, 57, 131. — Philippo, insueto vera audire, *ferocior* Aemilii oratio visa est, *quam quae* habenda apud regem *esset*. L. 31, 18. *Maius* gaudium fuit, *quam quod* universum homines *caperent*. L. 33, 32. Campani *maiora* deliquerant, *quam quibus* ignosci *posset*. L. 26, 12. Macedones et *maiores* et *magis ramosas* arbores caedebant, *quam quas* ferre cum armis miles *posset*. L. 33, 5.

6. Nach *dignus*, *indignus*, *idoneus*, *aptus*, wenn *qui* mit dem Conjunctiv dasjenige ausdrückt, wozu das Subject des Hauptsatzes die Würdigkeit oder Fähigkeit hat. Der Deutsche braucht hier zu mit dem Infinitiv oder daß.

Qui modeste paret, videtur, *qui* aliquando *imperet*, *dignus* esse. C. Leg. 3, 2. Livianae fabulae non satis *dignae* sunt, *quae* iterum *legantur*. C. Brut. 18. Intermisso more clavi figendi, *digna* per se visa res, *propter quam* dictator *crearetur*. L. 7, 3. Forsitan non *indigni* sumus, *qui* nobismet ipsi multam *irrogemus*. L. 30, 30. Academici et Peripatetici mentem volebant rerum esse iudicem: solam censebant *idoneam*, *cui crederetur*. C. Acad. 1, 8. Vibullium Rufum Caesar *idoneum* iudicaverat, *quem* cum mandatis ad Pompeium *mitteret*. Caes. C. 3, 10. In Catone maiore Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur *aptior* persona, *quae* de aetate *loqueretur*. C. Lael. 1.

Not. 1. In demselben Sinn, wie qui nach est und habeo, s. oben 1. 2. stehen nach *est*, *non est*, *nihil est*, *quid est*; *habeo*, *non habeo*, auch andre Relativa mit dem Conjunctiv, wie *quod* (i. e. propter quod, §. 132, 5.), *cur*, *quo*, *unde*, *ubi*, z. B. est oder habeo, quod gaudeam ich habe Ursache mich zu freuen, kann mich freuen.

Si animum vicisti potius, quam animus te, *est quod gaudeas*. Plaut. Trin. 2, 2, 29. Si unquam ante alias ullo in bello *fuit*, *quod* diis immortalibus gratias *ageretis*, hesternum id proelium fuit. L. 1, 28. Numa omnia publica privataque sacra pontificis scitis subiecit, *ut esset*, *quo* *) consultum plebes *veniret*.

*) i. e. aliquis, ad quem damit das Volk Jemand hätte, bei welchem es sich Raths erholen könnte.

Digitized by Google

L. 1, 20. *Est quatenus* *) amicitiae dari venia *possit*. C. Lael. 17. Dum *est*, *unde* **) ius civile *discatur*, adolescentes in disciplinam tradite. C. Verr. 1, 45. *Est ubi* ***) profecto damnum *praestet* facere, quam lucrum. Plaut. Capt. 2, 2, 77. — *Non est*, *quod* te *pudeat* †) sapienti assentiri. C. Fin. 2, 3. *Nihil est*, *quod* quisquam magnitudinem artium *pertimescat*. C. Or. 3, 23. *Quid est*, *quod* ††) tu cum fortuna queri *possis*? C. Fam. 4, 5. Si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque optima duce cursum vitae conficere possemus; *haud erat* sane, *quod* quisquam rationem ac doctrinam *requireret*. C. Tusc. 3, 1. cf. §. 165. Not. 1. *Non est*, *cur* eorum, qui se studio eloquentiae dediderunt, spes *infringatur*, aut *languescat* industria. C. Or. 2. *Non est causa*, *cur* Epicurus fatum *extimescat*. C. Fat. 9. *Erat nihil*, *cur* properato opus *esset*. C. Mil. 19. *Quid est*, *cur* virtus ipsa per se non *efficiat* beatos? C. Tusc. 5, 7. *Non habeo*, *quod* quem *accusem* mecum. C. Att. 5, 11. *Nihil habeo*, *quod* increpem senectutem. C. Sen. 5. Dolores nunquam vim tantam habent, ut *non* plus *habeat* sapiens, *quod gaudeat*, quam *quod angatur*. C. Fin. 1, 19. *Quid habes*, *quod reprehendas*? C. Verr. 1, 44. Multis locupletioribus civibus utimur, quod *habent* propinquam, fidelem, fructuosam provinciam (Siciliam), *quo* facile *excurrant*, *ubi* libenter negotium *gerant*. Ib. 2, 3. Antonius, *quo* se *verteret*, *non habebat*. C. Phil. 2, 25.

Not. 2. Durch die Formeln *sunt qui dicant*, *putent*; *fuerunt qui crederent* etc. werden unverbürgte Sagen, Meinungen und Behauptungen, deren Gültigkeit man auf sich beruhen läßt, überhaupt, wobei man eine gewisse Zurückhaltung oder Bedenklichkeit bemerklich machen will, angedeutet. Findet der Schriftsteller dieses nicht nöthig, oder will er einen solchen Satz geradezu als unbedingte Behauptung geben und sagen, daß etwas sich wirklich so befinde, so braucht er den Indicativus. Daher führt Sallustius von Catilina's Mitverschwornen mehrere böse Sagen mit der Formel an: Fuere *qui dicerent*. Sall. C. 2. cf. 13. extr. Fuere qui *crederent*. Ib. 17; denn unter ihnen waren angesehene Männer, die er schonen mußte. Hingegen sagt er: Sed is Piso, in provinciam iter faciens, occisus est. *Sunt*, *qui* ita *dicunt*, imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati. Nos eam rem in medio relinquemus. Ib. 19. — Auch eine unverbürgte Sage; aber Piso war todt, und er hatte die vornehmsten Römer zu Feinden. So lesen ferner alle Handschriften und ältesten Editionen (auch Lunt. 15, 4. 8.); *Sunt qui* unum officium consolantis *putent*, malum illud omnino non esse, ut Cleanthi placet. *sunt qui*, non magnum malum, ut Peripatetici. *sunt qui abducant* a malis ad bona, ut Epicurus. *sunt qui* satis *putant*, ostendere, nihil inopinati accidisse. (cf. C. Fam. 6, 2, 6.) — *sint* etiam, *qui* haec omnia genera consolandi *colligunt*, ut fere nos in Consolatione omnia in

*) in gewisser Hinsicht kann man wohl.
**) i. e. aliquis, a quo.
***) Bisweilen ist es sicherlich besser. So: ut esset, ubi — possent. Caes. C. 2, 9, 3.
†) du darfst dich nicht schämen.
††) welche Ursache hast du?

Digitized by Google

consolationem unam coniecimus. C. Tusc. 3, 31. Offenbar wollte hier Cicero der ersten Meinung, die er mißbilligte, vgl. c. 32, 77. die übrigen, die mehr seinen Beifall hatten, behauptend entgegen stellen. Ganz unstatthaft würde auch der Conjunctivus in folgenden Beispielen seyn: Insularum (Rheni) pars magna a feris barbarisque nationibus incolitur, ex quibus *sunt*, *qui* piscibus atque ovis avium vivere *existimantur*. Caes. 4, 10. *Sunt*, *quae appellantur* Alces. Id. 6, 27. *Sunt*, *qui* officia lucis noctisque *pervertunt*, nec ante *diducunt* oculos, quam appetere nox coepit. S. Ep. 122. *Sunt*, *qui* testudinum sanguinem excipere novo fictili *iubent*. P. 32, 4. *Sunt*, *qui vetant*. P. 17, 22. 23. Asplenum *sunt qui* hemionion *vocant*. P. 27, 5. cf. 25, 13, 11. *Sunt*, *qui putant*. P. 6, 32. 20, 23. *Sunt*, *qui tradunt*. P. 6, 26. 20, 21. *Sunt*, *qui appellant*. P. 12, 17. *Sunt*, *qui interpretantur*. P. 15, 22. *Sunt*, *qui destinant*. Colum. 2, 19, 2. *Sunt*, *qui volunt* te conventam. Plaut. Cist. 4, 2, 38. Nec non *inveniuntur*, *qui* hanc feminam esse *dicunt*. P. 27, 12, cf. 25, 13, 9. Eben so richtig aber steht der Indicativus auch in folgenden: *Sunt*, quemadmodum supra dixi, *qui* urbanis rebus bellicas *anteponunt*. C. Off. 1, 24. *Sunt qui*, quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamen invidiae metu non *audent* dicere. Ibid. *Sunt qui dicunt*, foedus quoddam esse sapientum, ut ne minus amicos, quam se ipsos diligant. C. Fin. 1, 20. *Sunt*, *qui putant*, nonnunquam posse complexione supersederi. C. Inv. 1, 40. Anders ists nach fuerunt, worauf qui mit dem Imperfecto, als gleichzeitigem Tempus, im Conjunctivo regelmäßig folgt, obgleich auch hier in einigen Stellen der Indicativus vorkommt: *Fuit* haud ignobilis Argis, *qui* se *credebat* miros audire tragoedos, in vacuo laetus sessor plausorque theatro; cetera *qui* vitae *servaret* munia recto more; bonus sane vicinus, amabilis hospes, comis in uxorem, *posset qui* ignoscere servis. H. Ep. 2, 2, 128., wo der Unterschied beider Modi deutlich zu bemerken ist. *Aderant*, *qui* Miseni fuisse, illud ruisse *nuntiabant*. P. Ep. 6, 20, 15. Nicht hierher gehören hingegen Stellen, wie: Sunt principes consilii publici; *sunt* (sc. alii), *qui* eorum sectam *sequuntur*. C. Sext. 45. Tum primum *reperta sunt* (sc. ea), *quae* per tot annos rempublicam *exedere*. Tac. a, 27. und viele, wo qui im Casu obliquo steht, wie: *Fuere*, *quos* per commercia venumdatos — indicium tanti casus *illustravit*. Tac. Agr. 28. *Sunt*, *quibus* e ramo frondea *facta* casa *est*. O. Fast. 3, 527.

Eben so kommt auch in den übrigen Fällen der Indicativus in derselben Bedeutung vor: *Est qui* nec veteris pocula Massici, nec partem solido demere de die *spernit*. H. Carm. 1, 1, 19. *Est deus*, occultos *qui vetat* esse dolos. Tibull. 1, 9, 24. Volo audire, *quid sit*, *propter quod* matronae *procurrerunt* in publicum. L. 34, 3. *Est*, *quod* me transire ad forum iam *oportet* *). T. Hec. 2, 2, 31. Interdum vulgus rectum videt: *est*, *ubi peccat*. H. Ep. 2, 1, 63. *Inventus est Numida*, *qui*, acceptis literis, per media Romana castra nocte egressus spem *accendit* Campanis

*) *oportet*, durch das Metrum gesichert, eben so verschieden von oporteat, wie: est quod gaudes du freust dich, und dazu hast du Ursache, und est quod gaudeas es ist Ursache da, daß du dich freuen kannst, du kannst dich freuen.

Digitized by Google

eruptionem tentandi. L. 26, 4. *Multa sunt, quae* dici *possunt.* C. Cluent. 60. *Sunt multa, quae* nos cum dignitate, tum fructu suo *ducunt.* C. Inv. 2, 55. *Duae sunt artes, quae possunt* locare homines in amplissimo gradu dignitatis: una imperatoris, altera oratoris boni. C. Mur. 14. *Sunt nonnullae disciplinae, quae* officium omne *pervertunt.* C. Off. 1, 2. *Sunt multi, qui eripiunt* aliis, quod aliis largiantur. Ib. 1, 14. Sunt *permulti optimi viri, qui* valetudinis causa in his locis *conveniunt.* C. Fam. 9, 14. cf. C. Att. 14, 17. *Multi sunt et fuerunt, qui* tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis *se removerunt* ad otiumque *refugerunt.* C. Off. 1, 20. *Fuere* extra coniurationem *complures, qui* ad Catilinam initio *profecti sunt.* Sall. C. 39, 5. *Multi sunt, qui*, quicunque sunt, modo ad illos se recipere volent, *recipientur.* C. Att. 11, 15. *Habeo, quod volo.* C. Acad. 2, 11. *Quis est, qui facit* nihil nisi sua causa? C. Fam. 7, 12. *Quid est, quod* minus verisimile proferre *potuistis?* C. Cluent. 64. *Quid est, quod* laetus *es?* T. Eun. 3, 5, 11. *Quid* quisquam *meminit, quod* non animo *comprehendit* et *tenet?* C. Acad. 2, 7. Dagegen iſt in den Stellen: Mortalis *nemo est, quem* non *attingit* dolor. C. Tusc. 3, 25. Miserrimus est, qui quum esse cupit, *quod edit* non habet. Plaut. Capt. 3, 1, 3. attingit und edit die alte Conjunctivform, vgl. §. 53, II, 1.*) §. 62, 5, d.

Not. 3. Auch bei den übrigen Conſtructionen dieſer Art (außer nach dignus, idoneus etc. 6.) ſteht der Indicativus bei unbedingten Behauptungen.

Ista quidem sententia *ea est, quae* neque amicos *parat*, neque inimicos *tollit.* L. 9, 3. Tu es *is, qui* me tuis sententiis saepissime *ornasti.* C. Fam. 15, 4, 24. Ego *eum* non tuear, *quem* omnes in re publica principem esse *concedunt?* C. Planc. 39. Praesta te *eum, qui* mihi a teneris unguiculis *es cognitus.* C. Fam. 1, 6. Mihi causa *talis* oblata est, *in qua* oratio deesse nemini *potest.* C. Manil. 1. Ab omnibus *eiusmodi* civis laudandus ac diligendus est, *qui* non solum ab re publica civem improbum *removet*, verum etiam se ipsum eiusmodi fore *profitetur* ac *praestat*, ut sibi recte sit honesteque vivendum. C. Verr. 3, 1. Quid poterit queri *is, qui* auferre pecuniam cum posset, *noluit?* C. Att. 6, 3. Nobis satis est, *ea* de moribus hominum et scire et dicere, *quae* non *abhorrent* ab hominum moribus. C. Or. 1, 51. Maximis in malis hoc tamen boni assecuti videmur, ut *ea* literis mandaremus, *quae* nec satis *erant* nota nostris, et *erant* cognitione dignissima. C. Off. 2, 2. In Campania ex omnium rerum affluentia primum illa nata sunt: *arrogantia, quae* a maioribus nostris alterum Capuae consulem *postulavit;* deinde *ea luxuries, quae* ipsum Hannibalem voluptate *vicit.* C. Agr. 2, 35. Quis est *tam tardus, qui* illas quoque non *animadvertit* similitudines? Varr. L. L. 8, 25. *Maius, quam quod* casus et iuvenum furor *conatur*, aliquid cupio. S. Phoen. 353.

Not. 4. Statt qui ſteht *ut* bei 3. 4. 5., wenn eine Wirkung angedeutet wird, auch, wenn Deutlichkeit es erfordert.

Eum me fuisse in maximis imperiis arbitror, *ut* non ita mihi multum gloriae *sit* ex quaesturae laude repetendum. C. Planc. 26. Ego unus ita me gessi in iudiciis, *is* in causis patronus, *is* in re publica civis et sum et semper fui, solus *ut* a te *constituar*, qui nihil a iudicibus debeam unquam impetrare. Ib. 31. Num

Digitized by Google

tibi videmur homines ab hoc genere disputationis alieni, qui omnes *ii sumus* *), *ut* sine his studiis vitam nullam esse *ducamus?* C. Or. 2, 5. Nuper *is* homo *fuit* **) in civitate P. Sulla, *ut* nemo *ei* se neque honore, neque gratia, nec fortunis *anteferret.* C. Sull. 32. *Non is es*, Catilina, *ut* te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore *revocarit.* C. Cat. 1, 9. — *Non is sum*, *ut* mea me maxime *delectent.* C. ad Brut. 15. *Is* tu vir *es*, et *eum* me *esse* cupio, *ut*, quoniam in eadem reipublicae tempora incidimus, coniunctionem amicitiamque nostram utrique nostrum laudi *sperem* fore. C. Fam. 5, 8.

Talem te esse oportet, *qui* primum te ab impiorum civium societate *seiungas;* deinde et senatui, bonisque omnibus auctorem, principem, ducem *praebeas;* postremo *ut* pacem esse *iudices* non in armis positis, sed in abiecto armorum et servitutis metu. C. Fam. 10, 6. Omnes fere dissensiones in urbe *eiusmodi* fuerunt, *ut* non reconciliatione concordiae, sed internecione civium *diiudicatae sint.* C. Cat. 3, 10. Cum artifex *eiusmodi* sit Roscius, *ut* solus *dignus videatur* esse, *qui* in scena spectetur: tum vir *eiusmodi* est, *ut* solus *dignus videatur*, *qui* eo non *accedat.* C. Quint. 25. Olim *tanta* opibus Etruria erat, *ut* iam non terras solum, sed mare etiam per totam Italiae longitudinem, ab Alpibus ad fretum Siculum, fama nominis sui *implesset.* L. 1, 2. cf. C. Orat. 3, 31, 124. Non sum *tam stultus*, *ut* te usura falsi gaudii frui *velim.* C. Fam. 6, 12. cf. 3, 8, 13. C. Plauc. 18, 45. Mil. 27. pr. *Quis* est *tam demens*, *ut* sua voluntate *maereat?* C. Tusc. 3, 29. Haec *maior* esse ratio videtur, *quam ut* hominum *possit* sensu aut cogitatione comprehendi. C. Or. 3, 6. Hoc videtur esse *altius*, *quam ut* nos, humi strati, suspicere possimus. Ibid. cf. C. Or. 13, 41. *Maior* sum, *quam ut* mancipium *sim* mei corporis. S. Ep. 65. Hannibali nimis laeta res est visa, *maior*que, *quam ut eam* ***) statim capere animo *posset.* L. 22, 51. *Dignus* es, *ut possis* †) totum servare clientem. Martial. 10, 34. cf. L. 23, 42. extr. *Indigni*, *ut* a vobis *redimeremur*, visi sumus. L. 22, 59. Quicunque senator voluit fieri, si is pretio apud Verrem fieret *idoneus*, *ut vinceret*, factus est semper. C. Verr. 2, 49.

III. *Quod* daß, weil, ſteht jedesmal in Beziehung auf 178
ein Nomen, ein ausgedrücktes oder hinzugedachtes hoc, id, illud, ex eo, in eo, eo, ideo, propterea, nihil, und umſchreibt bald einen Nominativus als vorliegenden Gegenſtand oder Umſtand auf die Frage: Was iſt das? bald einen Accuſativus (oder Ablativus) §. 132, 5. wo es dann zugleich eine Urſache anzeigt, wie nach den Verbis loben, tadeln, bewundern, ſich freuen, ſich ärgern, ſich betrüben, beklagen, bedauern, beſchuldigen, verdammen und ähnlichen. Die Meinung eines Andern

*) die wir alle ſo geſinnt ſind.
**) war ein ſo mächtiger Mann.
***) Nicht quam *quam*.
†) Ueber dignus mit dem Infinitiv §. 168, B. 1. Not.

Digitized by Google

wird durch den Conjunctivus angedeutet; außerdem steht der Indicativus dabei.

Me una *consolatio* sustentat, *quod* tibi, T. Anni, nullum a me pietatis officium defuit. C. Mil. 36. Complures mihi sunt necessitudines cum L. Tuberone; magnum etiam *vinculum*, *quod* iisdem studiis semper usi sumus. C. Ligar. 7.

Vitium est, *quod* quidam nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias. C. Off. 1, 6. Quanta est *benignitas* naturae, *quod* tam multa ad vescendum, tam varia, tamque iucunda gignit! C. N. D. 2, 53. Pace per Italiam parta, et externae curae redierę. Augebat iras, *quod* soli Iudaei non *cessissent* *). Tac. H. 5, 10. Eumeni multum detraxit inter Macedones viventi, *quod* alienae erat civitatis. N. 18, 1. In Caesare mitis est clemensque natura. *Accedit*, *quod* mirifice ingeniis excellentibus delectatur. C. Fam. 6, 6. Ad communem omnium trepidationem *accessit*; *quod* **) phalanx Macedonum, gravis atque immobilis, non circumagere se poterat. L. 33, 9. Multa sunt admirabilia, sed *nihil* magis, quam *quod* ita stabilis est mundus, atque ita cohaeret ad permanendum, ut nihil ne excogitari quidem possit aptius. C. N. D. 2, 45. Habet *hoc* optimum in se generosus animus, *quod* concitatur ad honesta. S. Ep. 39. *Hoc uno* praestamus vel maxime feris, *quod* colloquimur inter nos, et *quod* exprimere dicendo sensa possumus. C. Or. 1, 8. cf. C. Lael. 5, 19. Brut. 54, 199. Mitto, *quod* invidiam, *quod* omnes meas tempestates *subieris*, C. Fam. 15, 4, 27. Phocion non *in eo* solum offenderat, *quod* patriae male consuluerat, sed etiam *quod* amicitiae fidem non praestiterat. N. 19, 2.

Amicitiam non spe mercedis adducti, sed *quod* ***) omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. C. Lael. 9. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, *quod* is contra imperium in hostem pugnaverat, necari iussit. Sall. C. 52, 30. Dupliciter *delectatus sum* tuis literis, et *quod* ipse risi, et *quod* te intellexi iam posse ridere. C. Fam. 9, 20. *Dolebam*, *quod* consortem gloriosi laboris amiseram. C. Brut. 1. Curas Senatui Romano *metus* augebat, *quod* erexerant omnium ani-

*) der Umstand, daß; wie in den folgenden Beispielen. Der Conjunctivus als Meinung der Römer.

**) So häufig; auch huc accedit, accedit eo, quod, hierzu kam der Umstand, daß. C. Fam. 10, 31. a med. Att. 1, 13. post init. 13, 21. extr. Sall. C. 11, 5. Caes. 3, 2. 5, 6. L. 4, 20, 9. 35, 10, 6.

***) weil, statt eo, quod.

Digitized by Google

mos Scipio et Hannibal, velut ad supremum certamen comparati duces. L. 30, 28. *Gratulor* tibi, quod ex provincia salvum te ad tuos recepisti, C. Fam. 13, 73. Tibi *ago gratias, quod* me omni molestia *liberas*. C. Fam. 13, 62. Num *reprehendis, quod* libertus patronum iuvabat eum, qui tum in miseriis erat? C. Verr. 1, 47. — Aristides nonne *ob eam causam* expulsus est patria, *quod* *) praeter modum iustus *esset?* C. Tusc. 5, 36. Alcibiades ostendit, Lacedaemonios *eo* **) nolle confligere classe, *quod* pedestribus copiis plus, quam navibus *valerent*. N. 7, 8. Helvetii, seu *quod* timore perterritos Romanos discedere a se *existimarent*, sive *eo, quod* re frumentaria intercludi posse *confiderent* ***), nostros insequi ac lacessere coeperunt. Caes. 1, 23. *Laudat* Africanum Panaetius, *quod* †) *fuerit* abstinens. C. Off. 2, 22. Phalereus Demetrius Periclem *vituperat, quod* tantam pecuniam in praeclara illa propylaea *coniecerit*. Ib. 2, 17. Hannibal unus Antiocho, Magis *mirari* se, aiebat, *quod* non iam in Asia *essent* Romani, quam venturos dubitare. L. 36, 41. Nemo unquam *est* oratorem, *quod* Latine *loqueretur, admiratus*. C. Or. 3, 14. Falso *queritur* de natura sua genus humanum, *quod* imbecilla atque aevi brevis, forte potius, quam virtute *regatur*. Sall. I. 1. Socrates *accusatus est, quod corrumperet* iuventutem et novas superstitiones *introduceret*. Q. 4, 4, 5. Commentabar declamitans, etiam Latine, sed Graece saepius: vel *quod* Graeca oratio plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latine dicendi *afferebat*; vel *quod* a Graecis summis doctoribus, nisi Graece dicerem, neque corrigi *possem*, neque doceri. C. Brut. 90.

Not. 1. Ist bei den Verbis sentiendi, declarandi, der Affecten und bei tadeln, loben, beschuldigen nicht von der Ursache oder dem veranlassenden Umstand die Rede, sondern der Gegenstand des Affects, Tadels, der Klage ꝛc. gemeint, so steht hier der Acc. c. Inf. §. 168, 3, b. Nach den Verbis sentiendi et declarandi hingegen kommt das umschreibende *quod* selten vor.

---

*) Hier mit dem Conjunctiv als Meinung derjenigen, die ihn vertrieben.

**) deswegen, cf. C. Fam. 2, 13, 4. 3, 6, 11.

***) Der Conjunctivus, die Vermuthung Cäsars ausdrückend. So: quod existimarent, Caes. 1, 27. quod intelligeret. Caes. C. 1, 30. quod non auderent. Ib 3, 25. quod posset. C. Brut. 29, 112. Hierher gehört auch: Neque pudentes suspicari oportet, sibi parum credi; neque improbos scire, sese timeri: *quod* illis licentiam timor *augeat* noster, his studia *deminuat*. Caes. C. 2, 31. weil — vermehren, mindern muß; als Modus potentialis von künftig wahrscheinlich eintretenden Fällen, die durch etwas Vorhergehendes bedingt sind.

†) mit dem Conjunctiv als Meinung des Panätius. So in den folgenden Beispielen.

Digitized by Google

Illud moleste fero, nihil *me* adhuc his de rebus *habere* tuarum literarum. C. Fam. 2, 12. Plerique *culpabant* Cerialem, *passum* iungi, quos discretos intercipere licuisset. Tac. H. 4, 75. Ego *te abfuisse* tamdiu a nobis et *dolui*, *quod* carui fructu iucundissimae consuetudinis, et *laetor*, *quod* absens omnia cum maxima dignitate es consecutus. C. Fam. 2, 1. Caesar pauca apud eos *loquitur*, *quod* sibi a parte eorum gratia *relata* non *sit* pro suis in eos maximis beneficiis. Caes. C. 1, 23. Quam feliciter rem publicam administraverim, et *quod* duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, *non ignorare* vos, Quirites, arbitror. L. 45, 41. Titus Augustus, *recordatus* quondam super coenam, *quod* nihil cuiquam toto die *praestitisset*, memorabilem illam vocem edidit, Amici, diem perdidi! Suet. Tit. 8. *Scio*, *quod*. Phaedr. 5, 2, 11. Drak. ad L. 3, 52, 2. *Sensissent*, *quod*. Flor. 1, 23.

Not. 2. Außerdem bedeutet noch *quod*, ebenfalls umschreibend:

a. was das anlangt, daß. *Quod* scire vis, qua quisque in te fide sit et voluntate; difficile dictu est de singulis. C. Fam. 1, 7. cf. 5, 2, 13. Tu *quod* me hortaris, ut spem habeam recuperandae salutis, id velim sit eiusmodi, ut recte sperare possimus. Ib. 14, 4.

b. in so fern. Suae cuique utilitati, *quod* *) sine alterius iniuria fiat, serviendum est. C. Off. 3, 10. Tu, *quod* poteris, ut adhuc fecisti, nos consiliis iuvabis. C. Att. 10, 2. Carbo, *quod* vita suppeditavit, est in multis iudiciis causisque cognitus. C. Brut. 27. cf. Gör. ad C. Leg. 2, 9, 22.

c. in so fern, so viel. Epicurus se unus, *quod* **) *sciam*, sapientem profiteri est ausus. C. Fin. 2, 3. Aristides unus post hominum memoriam, *quod* quidem nos *audierimus*, cognomine Iustus appellatus est. N. 3, 1. — Edico tibi, si te in platea offendero hac post unquam, *quod* ***) *dicas* mihi, alium quaerebam, iter hac habui: periisti! T. Eun. 5, 9 (8), 34.

d. deswegen, in dieser Hinsicht. Graecia nunc M. Bruti imperio tendit dexteram Italiae, suumque ei praesidium pollicetur. *Quod*, qui ab illo abducit exercitum, et respectum pulcherrimum, et praesidium firmissimum adimit reipublicae. C. Phil. 10, 4. cf. Manut. ad C. Fam. 14, 4. pr.

e. selbdem. Tertius dies est, *quod* audivi recitantem Sentium Augurinum. P. Ep. 4, 27.

f. *Tantum quod* nur daß, steht auch für kaum daß, als kaum, so eben, gerade. Componit edictum iis verbis, ut quivis intelligere possit, unius hominis causa conscriptum esse. *Tantum quod* hominem non nominat: causam quidem totam perscribit. C. Verr. 1, 45. cf. 3, 53, 124. Graev. h. l. Mithrobarzanem persequitur. Qui *tantum quod* ad hostes pervenerat, Datames signa inferri iubet. N. 14, 6. *Tantum quod* ex Arpinati veneram,

---

*) So: quod commodo tuo fiat, in so fern es mit deiner Bequemlichkeit geschehen mag. C. Fam. 4, 2. extr. Att. 14, 16. Caes. 1, 35. extr. cf. C. Fam. 3, 5. sub fin. 13, 2. 13, 61. extr.

**) so viel ich weiß, vgl. §. 166, 2. Dafür quantum sciam. Q. 3, 1, 19.

***) trotz dem, daß du mir sagen magst, oder: obschon du sagen magst.

Digitized by Google

quum mihi literae a te redditae sunt. C. Fam. 7, 23. cf. Drak. ad L. 33, 4, 6. Burm. ad Vellei. 2, 117, 1. Guntheri Lat. rest. II. p. 978. sqq.

IV. *Ut* wie, daß, gibt die Art und Weise an, wie man 179
Etwas sich denken oder vorstellen soll, und hat daher, wie eine abhängige Frage §. 174, II, sein Verbum im Conjunctivo bei sich. Es steht so

1. nach Verbis sentiendi et declarandi.

Videmus, ut luna accessu et recessu suo solis lumen *accipiat*. C. Or. 3, 45. *Videmusne, ut* pueri aliquid scire se *gaudeant? ut* aliis narrare *gestiant?* C. Fin. 5, 18. In me ipso saepissime *experior, ut exalbescam* in principiis dicendi, et tota mente atque omnibus artubus *contremiscam* *). C. Or. 1, 26. Credo, te *audisse, ut* me *circumsteterint* iudices. C. Att. 1, 6. Iam hoc non *ignoratis, ut* etiam bestiae, fame dominante, plerumque ad eum locum, ubi pastae aliquando sint, *revertantur*. C. Cluent. 25. Caesar *docebat, ut* omni tempore totius Galliae principatum Aedui *tenuissent*. Caes. 1, 43. Qui *probari* potest, *ut* sibi mederi animus non *possit*, quum ipsam medicinam corporis animus invenerit? C. Tusc. 3, 3. *Effici* vult Socrates, *ut* discere nihil aliud *sit*, nisi recordari. Ib. 1, 24. Si Stoicis *concedis, ut* virtus sola, si adsit, vitam *efficiat* beatam: concedis etiam Peripateticis. C. Fin. 5, 26. *Mirum est, ut* animus agitatione, motuque corporis *excitetur*. P. Ep. 1, 6. *Mirum dictu, ut sit* omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos. Tac. H. 1, 79.

Not. Nach den Verbis sehen steht ut mit dem Indicativo nur bei Dichtern: Nonne *vides*, croceos *ut* Tmolus odores, India *mittit* ebur, molles sua tura Sabaei? V. Georg. 1, 56. cf. Voss ad V. Ecl. 4, 52.

2. nach Demonstrativis und Interrogativis mit und ohne ein Nomen, wo *ut* daß, mit seinem Verbo erklärend angibt, wie das Angedeutete seyn, oder wie man sich es denken soll. Bisweilen wird auch das Demonstrativum unnöthig.

Haec vel *summa laus est* verbi transferendi, *ut* sensum *feriat* id, quod translatum sit. C. Orat. 3, 41. *Est* Zenonis *haec* definitio, *ut* perturbatio *sit* aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio. C. Tusc. 4, 6. *Illa sententia* non vera est, *ut*, quemadmodum in se quisque, sic in amicum *sit* animatus. C. Lael. 16. *Est hoc* commune *vitium* in magnis liberisque civitatibus, *ut* invidia gloriae comes *sit*, et libenter de his *detrahant*, quos eminere videant altius. N. 12, 3. Apud

*) Cicero führt seine eigne Vorstellung an, die er zu andrer Zeit, als der gegenwärtigen, hat.

Digitized by Google

omnes Graecos *hic mos est, ut* *) honorem hominibus habitum in monumentis huiusmodi, nonnulla religione deorum consecrari *arbitrentur*. C. Verr. 2, 65. *Erat tum mos* humanior, *ut* faciles *essent* in suum cuique tribuendo. C. Brut. 21. *Mos est* hominum, *ut nolint* eundem pluribus rebus excellere. Ib. Philodamus negavit *moris esse* Graecorum, *ut* in convivio virorum *accumberent* mulieres. C. Verr. 1, 26. *Vetus est lex illa* iustae veraeque amicitiae, *ut* idem amici semper *velint*. C. Plane. 2. cf. C. Mil. 36, 99. Caesari Ariovistus respondit: *Ius esse* belli, *ut*, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, *imperarent*. Caes. 1, 36. *Genus erat pugnae* militum Hispanorum, *ut* magno impetu primum *procurrerent*, audacter locum *caperent*, ordines suos non magnopere *servarent*, rari dispersique *pugnarent*. Id. C. 1, 44. *Extremum illud est, ut* te *orem et obsecrem*, animo ut maximo sis. C. Fam. 4, 13. cf. C. Agr. 2, 10, 26. 2, 20, 54. *Praeclarum illud est*, et, si quaeris, *rectum* quoque et *verum, ut* eos, qui nobis carissimi esse debeant, aeque ac nosmet ipsos *amemus*. C. Tusc. 3, 29. Quum iam *in eo esset, ut* in muros evaderet miles, deditio est facta. L. 2, 17. cf. Drak. h. l. *Fuit hoc* in Crasso, *ut* non tam existimari *vellet* non didicisse, quam nostrorum hominum prudentiam Graecis anteferre. C. Orat. 2, 1. *Huc* potius Vinii vita famaque inclinat, *ut* conscius sceleris *fuerit*, cuius causa erat. Tac. H. 1, 43. Id si *ita est, ut* optimi cuiusque animus in morte facillime *evolet*, tanquam e custodia vinculisque corporis: cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse, quam Scipioni? C. Lael. 4. Qua re nuntiata, Caesar omnibus consiliis antevertendum existimavit, *ut* Narbonem *proficisceretur*. Caes. 7, 7. i. e. *eo*, ut, dadurch, daß. *Quam habet aequitatem, ut* agrum multis annis, aut etiam saeculis, ante possessum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, *amittat*? C. Off. 2, 22. fin. cf. Heusing. h. l. *Ut* colloqui cum Orpheo, Musaeo, Homero, Hesiodo *liceat*, *quanti* tandem *aestimatis*? C. Tusc. 1, 41.

3. nach imperſonellen Sätzen, wie accedit, convenit, expedit, placet, sequitur, restat, relinquitur, est, reliquum est, verisimile est, verum est, prope est und ähnlichen, mit hinzugedachtem hoc, id, illud, wobei *ut* daß mit ſeinem Verbo um,

*) Eine Sitte iſt zwar als ſolche ſchon vorhanden, aber ſie iſt doch noch fernerhin zu beobachten. *Ut* gibt daher hier und in den folgenden Beiſpielen an, was zufolge der Sitte, Gewohnheit, Einrichtung geſchieht und wie man ſich dieſes vorſtellen ſoll.

Digitized by Google

schreibend das angibt, wovon man sich eine Vorstellung machen, oder was erst noch geschehen soll.

Ad Appii Claudii senectutem *accedebat* etiam, *ut* †) caecus *esset*. C. Sen. 6. Clari viri verecundius ipsi de sese scribant necesse est, si quid est laudandum, et praetereant, si quid reprehendendum est. *Accedit* etiam, *ut* minor *sit* fides, minor auctoritas. C. Fam. 5, 12. Qui *convenit*, *ut* tibi Aricina natus ignobilis *videatur*, quum tu eodem materno genere soleas gloriari? C. Phil. 3, 6. *Expedit* omnibus, *ut* singulae civitates sua iura et suas leges *habeant*. I. 34, 1. *Placuit* Caesari, *ut* ad Ariovistum legatos *mitteret*, qui ab eo postularent, ut aliquem locum medium utriusque colloquio diceret. Caes. 1, 34. *Sequitur*, *ut* de una reliqua parte honestatis *dicendum sit*. C. Off. 1, 27. cf. C. Parad. 3, 1. extr. *Restat*, *ut doceam* omnia, quae sint in hoc mundo, quibus utantur homines, hominum causa facta esse et parata. C. N. D. 2, 62. *Relinquebatur*, *ut* ex longinquioribus regionibus Galliae, Picenique, et a freto naves *essent exspectandae*. Caes. C. 1, 29. cf. 5, 19. C. 1, 63. 79. 3, 44. 109. *Est*, *ut* plerique philosophi nulla *tradant* *) praecepta dicendi, et *habeant* paratum tamen, quid de quaque re dicant. C. Orat. 2, 36. *Reliquum est*, *ut* officiis *certemus* inter nos. C. Fam. 7, 31. *Verisimile* non *est*, *ut* **) Heius religioni suae monumentisque maiorum pecuniam *anteponeret*. C. Verr. 4, 6. Si *verum est*, quod nemo dubitat, *ut* populus Romanus omnes gentes virtute *superarit*, non est infitiandum, Hannibalem tanto praestitisse ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedebat fortitudine cunctas nationes. N. 23, 1. Iam *prope erat*, *ut* ne consulum quidem maiestas *coerceret* iras hominum. L. 2, 23. cf. 2, 30, 2. 2, 65, 6.

Not. Quod umschreibt Etwas als schon vorhanden, in so fern es wirklich da ist; *ut*, wie es seyn oder geschehen soll. Der Acc. c. Inf. hingegen führt einen Zustand als bloßen Gegenstand an, der in diesen Fällen als Subject zu dem nebenstehenden Prädi-

†) accedit quod gibt einen neuen Grund oder noch vorhandenen Umstand an; accedit ut einen Nebenumstand, der noch in Betrachtung zu ziehen ist. So L. 23, 4, 6. 28, 12, 7. 1, 49, 4. 8, 29, 1. C. Tusc. 1, 19. pr. Or. 2, 48, 198. Fam. 10, 21. Att. 3, 8. pr. 14, 13. p. 971. Ern. C. S. Rosc. 31, 86. Verr. 2, 12, 31. Mur. 22, 45. Deiot. 1. Phil. 2, 25, 62. Caes. 3, 13. 5, 16. C. 3, 24.

*) es ist der Fall, daß. cf. C. Off. 2, 24. init. Div. 1, 56, 128. Hensing. ad C. Off. 2, 8, 20. 2, 24, 1. Garat. ad C. Mil. 13, 35. p. 114.

**) So C. S. Rosc. 41, 121. Sull. 20, 57. Sext. 36, 78.

Digitized by Google

cat zu betrachten ist. In einigen Beispielen scheint *ut* statt des Acc. c. Inf. der Deutlichkeit wegen vorgezogen zu seyn; weswegen auch das silberne Zeitalter oft *ut* gebraucht zu haben scheint, wo im goldnen nur der Acc. c. Inf. gewöhnlich war.

Ea est causa, ut veteres cloacae, primo per publicum ductae, nunc privata passim *subeant* tecta, formaque urbis *sit* occupatae magis, quam divisae similis. L. 5, 55. cf. Drak. h. l. *ut* hier als Folge gedacht. Videsne igitur minus quadringentorum annorum esse hanc urbem *ut* sine regibus *sit*. C. Rep. 1, 37. *ut* von videsne abhängig, als Vorstellung. In der Stelle: Primum, *ut* in iudiciis — honestius *est* ei nullum dare, cet. C. Verr. 5, 22, 57. ist der entsprechende Folgesatz hinzu zu denken: sic et Verri vulnus inde inflictum est, quod non nisi unum dare potuit. Cf. Garat. et Back. h. l. —

Non *est integrum* Cn. Pompeio consilio iam *uti* tuo. C. Pis. 24. der Gebrauch deiner Maßregel steht dem P. nicht mehr frei. Dionysio ne *integrum* quidem *erat*, *ut* ad iustitiam *remigraret*, civibus libertatem et iura *redderet*. C. Tusc. 5, 21. *Aequum* videtur tibi, *ut* ego, alienum quod est, meum esse *dicam*? Plaut. Rud. 4, 7, 4. gewöhnlicher mit dem Acc. c. Inf. *Aequum est me* a te *impetrare*, ut cohortes ad me missum facias. Pompeius Domitio in C. Att. 8, 12. p. 774. Ern. cf. Plaut. Rud. 2, 2, 7. T. Eun. 3, 2, 25. Heaut. 2, 1, 2. N. 2, 7, 2. Doctorum *est ista consuetudo*, eaque Graecorum, *ut* iis ponatur, de quo disputent quamvis subito. C. Lael. 5, 17. Germanorum *consuetudo haec est* a maioribus tradita, quicunque bellum inferant, *resistere*, neque *deprecari*. Caes. 4, 7. Si, quod honestum est, id solum est bonum, *sequitur*, *vitam beatam* virtute *confici*. C. Tusc. 5, 8. *Restabat* aliud nihil, nisi oculos *pascere*. T. Phorm. 1, 2, 35.

Patronus quoties poterit, instabit huic loco, *ut* nihil *credibile sit* *) factum esse sine causa. Q. 7, 2, 36. Facilius est, *ut* esse aliquis successor tuus *possit*, quam *ut velit* **). P. Pan. 44.

180 V. *Quin* (von qui ne) der nicht, daß nicht, steht mit dem Coniunctivo §. 166, 1. nach negativen und Fragsätzen mit negativem Sinn, hebt aber zugleich durch seine Negation die des vorhergehenden Satzes auf; sein Tempus folgt den §. 164, 10. §. 175, III, 1. und §. 177, 1 *) angegebenen Bestimmungen. Es steht

1. für qui, quae, quod non, wenn auf der Negation kein Accent liegt.

Nemo est, quin aptas *malit* et integras omnes partes corporis, quam, eodem usu, imminutas aut detortas habere. C. Fin. 3, 5. cf. C. Or. 1, 25, 116. Fam. 1, 4, 4. Hominem *esse* arbitror *neminem*, qui nomen Verris audierit, *quin* facta

---

*) elliptisch, statt ut *dicat*, credibile esse, nihil factum etc. cf. Q. 7, 1, 35. 7, 2, 38.

**) st. esse aliquem successorem tuum posse, quam velle. So Ib. 60, 1. 6. 69, 6.

Digitized by Google

quoque eius nefaria commemorare *possit*. C. Verr. A. 1, 5. *Quis est, quin cernat*, quanta vis sit in sensibus? C. Acad. 2, 7. *Nihil est, quin* male narrando *possit* depravari. T. Phorm. 4, 4, 17. *Nihil* tam difficile *est, quin* quaerendo investigari *possit*. T. Heaut. 4, 2, 8. *Nihil est*, quod sensum habeat, *quin intereat*. C. N. D. 3, 13. *Quis est*, in quo sit cupiditas, *quin* recte cupidus dici *possit*? C. Fin. 2, 9. *Nemo* vestrum *est, quin*, quemadmodum captae sint a M. Marcello Syracusae, saepe *audierit*. C. Verr. 4, 52. Hortensius *nullum patiebatur esse* diem, *quin* aut in foro *diceret*, aut *meditaretur* extra forum. C. Brut. 88. *Nullum* adhuc *intermisi* diem, *quin* aliquid ad te literarum *darem* *). C. Att. 7, 15. *Nunquam venit* in contentionem de accusando, qui quaestor fuisset, *quin repudiaretur*. C. Caecil. 19. *Quis* unquam templum illud *adspexit, quin* avaritiae tuae testis *esset*? C. Verr. 1, 59. cf. C. Leg. 1, 14, 40. Orat. 61, 208. Caes. C. 2, 19. 3, 53. 81. 87. *Nego* in Sicilia tota ullam picturam *fuisse, quin* Verres *conquisierit, inspexerit;* quod placitum sit, *abstulerit* **). C. Verr. 4, 1. Literas ad te *nunquam habui*, cui darem, *quin dederim*. C. Fam. 12, 19. i. e. cui non.

2. für qui non wie nicht, wo der Deutsche warum nicht, daß nicht, auch ohne zu, ohne daß mit dem Infinitiv braucht, besonders nach non dubito, non dubium est, quis dubitat? non possum, facere non possum, fieri non potest, non multum abest, non fas est, nihil praetermitto, non recuso, non fefellit, deesse mihi nolui, mihi non tempero, *vix* resisto, *aegre* abstineo.

Quin ***) ad diem *decedam*, *nulla* causa est. C. Fam. 2, 17. *Causae nihil erat, quin* seeus *iudicaret* ipse de se Quintius. C. Quint. 9. *Quid est causae, quin* decemviri coloniam in Ianiculum *possint* deducere? C. Agr. 2, 27. *Non est in nostra potestate, quin* illa *eveniant*, quorum causae fuerint. C.

---

*) st. quo non. So C. Phil. 2, 10, 23. N. 25, 20, 1. Caes. 5, 53. 55. L. 28, 8, 2.

**) i. e. quam non. Auf ein Praeteritum folgt auch hier das Impf. Coniunctivi, wenn eine Handlung als gleichzeitig auf das vorhergehende Tempus bezogen wird, wie: In castello *nemo fuit* omnium militum, *quin vulneraretur*. Caes. C. 3, 53. wird hingegen eine solche Handlung nur historisch angeführt, so wird das Perfectum Coniunctivi gebraucht, cf. C. Orat. 1, 3, 10. Verr. 4, 4. pr. 5, 54, 140. Daher muß das Pf. Coni. stehen, wenn die Handlung später eingetreten ist, als die des vorhergehenden Verbi.

***) warum ich nicht zur bestimmten Zeit aus meiner Provinz abgehen soll.

Digitized by Google

Fat. 19. Cleanthes *negat* ullum esse cibum tam gravem, *quin* †) is die et nocte *concoquatur*. C. N. D. 2, 9. Caesarem *non fefellit*, *quin* ab iis cohortibus, quae contra equitatum in quarta acie collocatae essent, initium victoriae *oriretur*. Caes. C. 3, 94. Te miramur, Antoni, *non potuisse continere* iracundiam tuam, *quin* ††) nobis de morte Caesaris *obiiceres*. C. Fam. 11, 3. *Nullam moram interponendam* putavimus, *quin videremus* Varronem. C. Acad. 1, 1. Virgilii et Titi Livii scripta et imagines, *paulum afuit*, *quin* ex omnibus bibliothecis *amoveret* Caligula. Suet. Calig. 34. cf. Caes. C. 2, 35. L. 31, 37, 9. 34, 29, 8. 1, 5, 6. *Quid abest*, *quin actum* nobis nihil *sit*, quod a Philippo liberavimus Graeciam? L. 35, 16. Caesar oppido Genabi potitur, *perpaucis* ex hostium numero *desideratis*, *quin* cuncti vivi *caperentur*. Caes. 7, 11. *Deesse* mihi *nolui*, *quin* te *admonerem* †††). C. Fam. 5, 12. Timoleontem mater, post fratris necem, *nunquam adspexit*, *quin* *) eum fratricidam impiumque *compellaret*. N. 20, 1. *Non dubitari* debet, *quin fuerint* **) ante Homerum poetae. C. Brut. 18. *Quis* unquam *dubitavit*, *quin* in republica nostra primas eloquentia *tenuerit* semper; secundas iuris scientia? C. Or. 41. cf. C. Caecil. 20, 65. *An dubitamus*, *quin* Romani iam ad nos interficiendos *concurrant*? Caes. 7, 38. *Non* debes *dubitare*, *quin*, aut aliqua republica, *sis futurus*, qui esse debes; aut perdita, *non* ***) afflictiore conditione, quam ceteri. C. Fam. 6, 1. cf. C. Mil. 4. extr. Si Philippo vita longior suppetisset, *haud dubium fuit*, *quin* Antigonum in possessione regni *relicturus fuerit*. L. 40, 56.

---

†) quin ist hier der Deutlichkeit wegen; wie C. Verr. 1, 59, 154. Sall. I. 63. extr.

††) so sibi non temperare, quin. Caes. 1, 33. C. Verr. 4, 15, 34. neque arcere, quin. L. 26, 44, 9. vix resistere, vix temperare animis, quin. L. 4, 43, 11. 5, 45, 7. aegre abstinent, quin. L. 2, 45, 10. non recuso, quin me audiatis. C. Verr. 2, 6, 17. und öfter nach den Verbis abhalten, hindern mit einer vorhergehenden Negation.

†††) dich zu ermahnen.

*) ohne ihn zu schelten, wie nulli excedere licebat, quin exciperetur. Caes. C. 1, 79.

**) cf. T. Eun. 5, 8, 62.

***) Diese Negation zum nächsten Worte gehörig, wird durch quin nicht aufgehoben, so quin nunquam daß niemals. C. Off. 3, 5, 1. quin non possim. C. Verr. 1, 40. pr. mihi non est dubium, quin venturae non sint. C. Fam. 2, 17. quin non saepe esse debeat. C. Or. 2, 78, 317. Non dubito, quin istis persuaderi nullo modo possit. C. Att. 11, 17.

Digitized by Google

Not. 1. *Qui non* bleibt, wenn non einem andern Satztheil angehört oder stark accentirt ist, z. B. im Gegensatz der positiven Behauptung, und in diesem Fall steht es mit dem Indicativo, wenn eine unbedingte Behauptung auszudrücken ist.

Quis fundum *colit* nostrum, *quin* sues habeat, et *qui non audierit* patres nostros dicere, ignavum et sumtuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quam ex domestico fundo? Varr. R. R. 2, 4, 3. Quis est *qui* hoc non *sentiat*, quidvis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur? C. Ligar. 12. Nulla est civitas, *quae non* et improbos cives aliquando, et imperitam multitudinem semper *habeat*. L. 45, 23, 8. cf. C. Fam. 1, 8, 11. Orat. 2, 57, 233. Nihil quisquam unquam me audiente egit orator, *quod non* in memoria mea penitus *insederit*. C. Or. 2, 28. Nihil est, *quod* deus efficere *non possit*. C. N. D. 3, 39. Adhuc neminem cognovi poetam, *qui* sibi *non* optimus *videretur*. C. Tusc. 5, 22. Quis navigavit, *qui non* se aut mortis, aut servitutis periculo *committeret*? C. Manil. 11. cf. 18, 54. Nihil erat cuiusquam, quod quidem Clodius adamasset, *quod non* hoc anno suum fore *putaret*. C. Mil. 32. Caesar cum esset in urbe, nullus dies temere intercessit, *quo non* ad Atticum *scriberet*. N. 25, 20. Nihil mihi in mentem venit optare, *quod non* ultro mihi Caesar *detulerit* *). C. Fam. 4, 13. — An quidquam bonum est, *quod non* eum, qui id possidet, meliorem *facit*? C. Par. 1, 3. Nihil potest placere, *quod non decet*. Q. 1, 11, 11.

Not. 2. Eben so steht *cur non*, wenn eine Frage, *ut non*, wenn Wirkung oder Folge, *ne*, wenn eine negative Absicht auszudrücken ist.

Quid fuit causae, *cur* **) in Africam Caesarem *non sequerere*? C. Phil. 2, 29. — Non possunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere, *ut non* ***) plures secum in eandem calamitatem *trahant*. C. Manil. 7. Fieri non potest, *ut non* †) *dicas*, quid non probes eius, a quo dissentias. C. Fm. 1, 8. Augustus nunquam filios suos populo commendavit, *ut non* ††) *adiiceret*: si merebuntur. Suet. Aug. 56. Non adeo virtutum sterile fuit saeculum, *ut non* et bona exempla *prodiderit*. Tac. H. 1, 2. — Quum primum frater meus poterit recurrere, non dubitabit, *ne* quo loco reipublicae *desit*. C. Fam. 10, 21. Non est periculum, qui leonem, aut taurum pingat egregie, *ne* idem in multis aliis quadrupedibus facere non *possit*. C. Or. 2, 16.

wird; beſonders aber folgt auf ein Präteritum das Perfectum Coniunctivi dann, wenn die Wirkung in Hinſicht des Zeitraums der Urſache ſpäter eingetreten, oder ohne Beziehung auf denſelben wie eine vorübergehende Begebenheit bloß hiſtoriſch angeführt; oder endlich, wenn ſie als bedingt (ſtatt des deutſchen Plusquamperfecti) ausgeſprochen wird; ferner das Futurum Coniunctivi, wenn von einer bevorſtehenden Wirkung die Rede iſt, §. 164, 9, a.

Hierher gehören folgende Fälle:

1. Wenn eine Wirkung als unmittelbar aus einem Zuſtande hervorgehend ausgedrückt wird, wie nach den Verbis machen, bewirken, ausführen, geſchehen, ſich ereignen, auch nach *est* in der Bedeutung evenit, fieri potest, und nach *fore*. §. 168. Not. 5.

Perpessio ceterorum hominum *facit*, *ut* *) ea, quae acciderint, multo minora, quam quanta sint existimata, *videantur*. C. Tusc. 3, 24. Sol *efficit*, *ut* omnia *floreant* et in suo quaeque genere *pubescant*. C. N. D. 2, 15. Qui libros Sibyllinos composuit, callide *perfecit*, *ut*, quodcunque accidisset, praedictum *videretur*, hominum et temporum definitione sublata. C. Div. 2, 54. *Fieri* non potest, *ut* quis Romae *sit*, quum est Athenis. Q. 5, 9, 5. Per Fetiales *fiebat*, *ut* iustum *conciperetur* bellum, et *ut* foedere fides pacis *constitueretur*. Varr. L. L. 4, 15. Plerisque *accidit*, *ut* praesidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam *remittant*. Caes. 6, 14. Apud Romanos nunquam fere *usu venit*, *ut* in magno discrimine *non* et proximi vestem *mutarent*. L. 6, 20. *Est*, *ut* plerique philosophi nulla *tradant* praecepta dicendi, et *habeant* paratum tamen, quid de quaque re dicant. C. Or. 2, 36. *Esto*, *ut* hi *sint*, quam tu nationem appellasti, qui et integri sunt et bene de rebus domesticis constituti. C. Sext. 45. Ille (Clodius) *erat ut* **) *odisset* defensorem salutis meae. C. Mil. 13. — Vos *effici* negatis sine divina posse sollertia, *ut* innumerabiles natura mundos *effectura sit*, *efficiat*, *effecerit*. C. N. D. 1, 20. Quid *mereas*, *ut* ***) Epicureus esse *desinas*? C. N. D. 1, 24.

---

*) Facere laſſen, efficere beweiſen, mit dem Infinit. §. 168, 3, c.

**) Statt Erat, ut ille — jener hatte Urſache zu haſſen, cf. Garat. h. l. p. 114. Lambin. ad Hor. Ep. 1, 12, 2. C. Div. 1, 56. Huius in magnis catervis amicorum, si fuit etiam Coelius, magis *est*, *ut* ipse moleste *ferat* errasse se, quam *ut* istius amicitiae crimen *reformidet*. C. Coel. 6. fin.

***) Cf. C. Orat. 1, 54, 232. Verr. 4, 60, 135. Fin. 2, 22, 74. Plaut. Men. 1, 3, 34. Bacch. 5, 2, 65.

Digitized by Google

2. Wenn aus einem Satz eine Folge hergeleitet wird, wo der Deutsche für *ut* so daß, daß also, daher braucht.

Magna vis est conscientiae et magna in utramque partem, *ut* neque *timeant*, qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos versari *putent*, qui peccarint. C. Mil. 23. In virtute multi sunt ascensus, *ut* is gloria maxime *excellat*, qui virtute plurimum praestet. C. Planc. 25. Quanta Scipionis fuit gravitas! quanta in oratione maiestas! *ut* facile ducem populi Romani *diceres*. C. Lael. 25. Arboribus consita Italia est, *ut* tota pomarium *videatur*. Varr. 1, 2. Romani ex loco superiore strage ac ruina fudere Gallos, *ut* nunquam postea nec pars, nec universi *tentaverint* tale pugnae genus. L. 5, 43. Dionem legatum a Dionysio missum Karthaginienses *suspexerunt*, *ut* neminem unquam graeca lingua loquentem magis *sint admirati*. N. 10, 1.

3. Wenn der Folgesatz sich auf ein durch so oder ein solcher bestimmtes Prädicat bezieht, wie auf ita, sic, tam, talis, tantus, tantopere, tot, adeo, hactenus, is, hic, eo, vgl. §. 179, 2. Eine solche demonstrative Bestimmung ist jedoch bisweilen auch unnöthig.

Talis est ordo actionum adhibendus, *ut* in vita omnia *sint* apta inter se et convenientia. C. Off. 1, 14. Romani colonias *sic* idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, *ut* esse non oppida Italiae, sed propugnacula imperii *viderentur*. C. Agr. 2, 27. Habet *hoc* virtus, *ut* viros fortes species eius et pulcritudo etiam in hoste posita *delectet*. C. Pis. 32. *Ea* natura rerum est, *ut*, qui sensum verae gloriae ceperit, nihil cum hac gloria comparandum *putet*. C. Phil. 5, 18. Pompeius *ea* virtute ac fortuna est, *ut* ea *potuerit* semper, quae nemo praeter illum. C. Mil. 29. Cum Antonio *sic* agemus, *ut perspiciat*, si nobis satis fecerit, totum me futurum suum. C. Att. 15, 1. Salsum hunc possum dicere, atque *ita*, non *ut* eiusmodi oratorem esse *velim*, sed *ut* *) mimum. C. Orat. 2, 61. — Siciliam Verres per triennium *ita* vexavit ac perdidit, *ut* ea restitui in antiquum statum nullo modo *possit*. C. Verr. A. 1, 4. *Tanta* vis admonitionis inest in locis, *ut* non sine causa ex his memoriae *ducta sit* disciplina. C. Fin. 5, 1. Hannibal, petens Etruriam, *adeo* gravi morbo afficitur oculorum, *ut* postea nunquam dextro aeque bene *usus sit*. N. 23, 4. Hortensius ardebat dicendi cupiditate *sic*, *ut* in nullo unquam flagrantius studium *viderim*. C. Brut. 88. *Tanto* discrimine urbs nuta-

*) Ueber dieses wiederholte *ut*, cf. Heusing. ad C. Off. 1, 20, 2.

bat, *ut* decem haud amplius dierum frumentum in horreis *fuerit*, quum a Vespasiano commeatus subvenere. Tac. H. 4, 52. cf. L. 3, 29, 3. Attalus, rex Pergami, regnum *adeo* stabile ac firmum reliquit, *ut* ad tertiam stirpem possessio eius *descenderit*. L. 33, 21. Sortiti sunt provincias Consules. Sicilia et classis Marcello evenit. Quae sors, velut iterum captis Syracusis, *ita* exanimavit Siculos, *ut* comploratio eorum flebilesque voces et extemplo oculos hominum *converterent*, et postmodo sermones *praebuerint* **). L. 26, 28. Summa difficultate rei frumentariae affecto exercitu, *usque eo*, *ut* complures dies milites frumento *caruerint*, et, pecore e longinquioribus vicis adacto, extremam famem *sustentarent* ***): nulla tamen vox est ab iis audita, populi Romani maiestate et superioribus victoriis indigna. Caes. 7, 17. Epaminondas paupertatem *adeo* facile perpessus est, *ut* de re publica nihil, praeter gloriam, *ceperit*. N. 15, 3. Atticus quum *tanta* prosperitate usus esset valetudinis, *ut* annos triginta medicina *non indiguisset* †), nactus est morbum. N. 25, 21. Si *tantum* militum Romanorum fuisset, *ut* et Chalcis teneri, et non deseri praesidium Athenarum *potuisset* ††); magna res principio statim belli, Chalcis et Euripus ademta Philippo regi forent. L. 31, 23. Captivi *tantum* terrorem fecerunt, *ut*, si admotus extemplo exercitus foret, capi castra *potuerint* †††). L. 43, 4. *Adeo* inopia est coactus Hannibal, *ut*, nisi tum fugae speciem abeundo timuisset, Galliam *repetiturus fuerit* *). L. 22, 32. *Adeo* aequa postulatis, *ut* ultro vobis *deferenda fuerint*. L. 3, 53. — Si quid acciderit, *ut* mutandum consilium *sit*, te certiorem faciam statim. C. Fam. 5, 21. i. e. *eiusmodi*, ut.

4. Wenn der Folgesatz von einem Comparativ und quam abhängt.

Chabrias vivebat laute et indulgebat sibi *liberalius*, *quam*

**) *converterent*, gleichzeitig; *praebuerint*, späterer Erfolg, cf. L. 24, 40, 12. 13. 5. 45, 4. 8, 36, 7. Flor. 2, 12, 8.

***) caruerint, referirend, als vorübergehender Zustand, cf. C. Caecil. 1, 1.; sustentarent, beschreibend, als länger dauernder Zustand. So *tribuerit* (nicht tribueret) — leniret. C. Phil. 1, 15, 36. Vellei. 1, 9, 1.

†) die Folge war damals bereits vorbei, cf. L. 1, 2, 5. 3, 59, 4. 35, 51, 2. C. Att. 13, 45, init.

††) *potuisset*, durch den Vordersatz bedingte Folge. So: Ita tutelam huius loci habeam propitiam, *ut* ego, si secundum illum discumbere m, iam illi balatu *interdixissem*. Petron. 57.

†††) cf. N. 25, 9, 4. 10, 3. Drak. ad L. 3, 53, 4. L. 22, 40. extr. 42, 66, 8. 44, 4, 9. Tac. H. 3, 69.

*) cf. L. 26, 10, 7. Tac. H. 1, 26.

Digitized by Google

ut invidiam vulgi *posset* effugere. N. 12, 3. Isocrates *maiore* mihi ingenio videtur esse, *quam ut* cum orationibus Lysiae *comparetur*. C. Or. 13. Quis non intelligit, Canachi signa *rigidiora* esse, *quam ut imitentur* veritatem? C. Brut. 18. Samnites vociferabantur, se deceptos *potius*, quodcunque casus ferat, passuros, *quam ut* sprevisse pacis auctores Tarentinos *videantur*. L. 9, 14.

Not. 1. Durch eine vorhergehende Negation wird *ut* in solchen Constructionen erklärend, cf. §. 183, 2.

Nihil est in dicendo *molius*, *quam ut faveat* oratori is, qui audiet. C. Or. 2, 42. *Quid* est tam incredibile, *quam ut* iterum eques Romanus ex senatus consulto *triumpharet*? C. Manil. 21. Per dies aliquot *nihil ultra* motum, *quam ut* duae turmae *ostenderentur*. L. 40, 30.

Not. 2. *Ut* steht hier, wenn der zweite Satz sich wie eine Folge zu dem ersten verhält; *qui*, wenn an dem nämlichen Subjecte zwei Eigenschaften mit einander verglichen werden, §. 177, 5. Werden hingegen die beiden Prädicate mit einander in Vergleichung gestellt, so steht *quam* mit dem Conjunctiv, wenn der Satz bedingt, mit dem Indicativ, wenn er als positive Behauptung ausgedrückt ist.

Aream esse oportet in agro *sublimiori* loco, *quam* perflare *possit* ventus. Varr. R. R. 1, 51. Depugna *potius*, *quam servias* *). C. Att. 7, 7. Eam plagam *potius* accipiam, *quam* fato omnia fieri *comprobem*. C. Fat. 10. cf. Drak. ad L. 37, 37, 8. C. Verr. 5, 40, 105. Garat. h. l. Zeno Eleates perpessus est omnia *potius*, *quam* concessis delendae tyrannidis *indicaret*. C. Tusc. 2, 22. cf. Caes. 7, 17. L. 2, 15, 2. C. Fam. 7, 2, 1. Fin. 2, 20, 66. Brut. 64, 229. N. 22, 1, 6. T. Andr. 4, 5, 2. Poma *formosiora*, *quam sint*, videntur, si innatant vitro. S. N. Q. 1, 6. cf. §. 166. 2. Pausanias epulabatur more Persarum *luxuriosius*, *quam*, qui aderant, ferre *possent*. N. 4, 2. Galba *parcior* fuit, *quam conveniret* principi. Suet. Galb. 14. *Moreretur prius* millies Gracchus, *quam* in eius concione carnifex *consisteret*. C. C. Rab. 5. cf. §. 166, 1, b. Quum Dolabella *celerius* Asia excessisset, *quam* eo praesidium adduci *potuisset*; diutius morari non necesse habui. C. Fam. 12, 15. Legesue, quaeso, *potius* viles naenias, *impendas* curam *quam* rei domesticae? Phaedr. 3. prol. 10.

Oppianicus Staleno auctore utebatur *cupidiore*, *quam* fides iudicis *postulabat*. C. Cluent. 24. Ut Stoicorum astrictior est oratio, aliquantoque *contractior*, *quam* aures populi *requirunt*, sic Peripateticorum Academicorumque *liberior et latior*, *quam patitur* consuetudo iudiciorum et fori. C. Brut. 31, 120. Quare sollicitum *potius* aevum ducitis, *quam* me *creatis* regem? Phaedr. 1, 31, 7. Numidia pantomimos fovebat *effusius*, *quam* principi feminae *convenit*. P. Ep. 7, 24.

Not. 3. Nach *tantum abest* es fehlt so viel, weit gefehlt oder anstatt daß, folgt einem erklärenden *ut* ein zweites mit dem auf *tantum* sich beziehenden und den vorhergehenden überbietenden Folgesatz. Doch kann der überbietende Satz auch als Hauptsatz im

*) als daß du Sclav seyn solltest.

Indicativo dem *tantum abest*, *ut* vorangehen, oder mit *etiam*, *vix*, ihm folgen.

Tantum abest, *ut* †) haec bestiarum etiam causa parata *sint*, *ut* ipsas bestias hominum gratia generatas esse *videamus*. C. N. D. 2, 63. *Tantum abest*, *ut enervetur* oratio compositione verborum, *ut* aliter in ea vis esse non *possit*. C. Or. 68. *Tantum abest*, *ut* nostra *miremur*, *ut* usque eo difficiles ac morosi *simus*, ut nobis non satis faciat ipse Demosthenes. Ib. 30. cf. C. Tusc. 1, 31, 76. 2, 2, 4. *Tantum abfuit*, *ut* Rhodiorum praesidio nostram *firmaremus* classem, *ut* etiam a Rhodiis urbe, portu, commeatu, aqua denique *prohiberentur* nostri milites. C. Fam. 12, 15, 4. Iuliae uxori *tantum abfuit*, *ut* relegatae humanitatis aliquid *impertiret* Tiberius, *ut* domo quoque egredi et commercio hominum frui *vetuerit*. Suet. Tib. 50.

Vincula amoris nostri sunt arctissima: *tantum abest*, *ut* ego ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid *velim*. C. Att. 6, 2. — Qui totos se ad studia doctrinae conferunt, *tantum abest*, *ut* voluptates *consectentur*; *etiam* curas, sollicitudines, vigilias perferunt. C. Fin. 5, 20. cf. 2, 17, 54. *Tantum abfuit*, *ut inflammares* nostros animos; somnum isto loco vix tenebamus. C. Brut. 80.

Statt *ut etiam* im zweiten Satz, bei Cicero öfter vorkommend, braucht Livius nur zweimal *ut contra*; *ut potius* hingegen, welches kein Römer sagte, läßt sich weder durch die falsch erklärten Stellen, C. Tusc. 1, 31, 76. Phil. 10, 7, 14. noch durch die verdorbene Hirt. b. Alex. 22. begründen.

Tantum abfuit, *ut* civilia certamina terror externus cohiberet, *ut contra* eo violentior potestas tribunicia *esset*. L. 6, 31. cf. 6, 15, 5.

C. Zeit bestimmende Sätze (Adverbia Temporis).

185 Bei einem Hauptsatz, welcher eine Begebenheit aufstellt, mit welcher eine andre, vorher geschehene, gleichzeitige oder noch bevorstehende im Zusammenhange gedacht werden soll, wird in dem untergeordneten die letztere durch eine Zeitpartikel mit dem Conjunctivo angedeutet. Solche Zeitpartikeln sind die Relativa *quum*, *quoad*, *quando*, *ut*, *ubi*, *antequam*, *priusquam*, *postquam*, und die Demonstrativa *dum*, *donec*.

I. *Quum* (cum zusammen, §. 150, 5.) da, als, während, indem, seitdem, steht mit dem Imperfecto und Plusquamperfecto Coniunctivi Zeit bestimmend, wenn die damit bezeichnete Begebenheit als gleichzeitig oder früher vollendet mit einer im Praeterito angeführten Hauptbegebenheit im Zusammenhange gedacht werden soll; umschreibend oder erklärend aber in Beziehung auf einen gleichzeitigen Umstand mit dem Imperfecto oder Praesente Coniunctivi, §. 164, 10.

---

†) So steht ut nach prope est. L. 2, 23. cf. 2, 30, 2. 2, 65, 6. auch: Nae ille sapiens *longe aberit*, *ut* argumentis *credat* philosophorum. C. Acad. 2, 36. cf. §. 179, 2.

Digitized by Google

Zenonem, *quum* Athenis *essem*, audiebam frequenter. C. N. D. 1, 21. Haec *quum scriberem*, tantum quod existimabam ad te orationem meam esse perlatam. C. Att. 15, 13. Agrippina turdum habuit, imitantem sermones hominum, *quum* haec *proderem*. Habebant et Caesares luscinias, Graeco atque Latino sermone dociles. P. 10, 42. Haec scripsi postridie eius diei, *quum* castra *haberem* in agro Mopsuhestiae. C. Fam. 3, 8, 30. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, *quum* humeris *sustineret* bovem vivum. C. Sen. 10. *Quum* in ea parte, in qua Camillus erat, ea fortuna *esset*; aliam in partem terror ingens ingruerat *). L. 6, 3. Atticus *quum* septem et septuaginta annos *complesset*, nactus est morbum. N. 25, 21. Epaminondas *quum vicisset* Lacedaemonios apud Mantineam, atque ipse gravi vulnere exanimari se *videret*, quaesivit, salvusne esset clypeus. C. Fin. 2, 30. Antistius se in Bithyniam contulit. Ibi eum Caesar *quum vidisset*, nihil aspere, nihil acerbe dixit. C. Fam. 13, 29. Iam tum, *quum* bello fugitivorum tota Italia *arderet*, C. Norbanus in summo otio fuit. C. Verr. 5, 4. Thucydides libros suos tum scripsisse dicitur, *quum* a republica *remotus* atque in exsilium *pulsus esset*. C. Or. 2, 13. Proelium, *quum* haec *legeres* **), iam decretum arbitrabar fore. C. Fam. 10, 10.

Percrebuerat ea tempestate pravissimus mos, *quum* plerique orbi fictis adoptionibus *asciscerent* ***) filios. Tac. 15, 19. Fuit tempus, *quum* rura *colerent* homines, neque urbem *haberent* †). Varr. 3, 1. Munatius Plancus, tribunus plebis, quotidie meam potentiam criminabatur, *quum diceret*, senatum, non quod sentiret, sed quod ego vellem, decernere. C. Mil. 5. Contendi cum P. Clodio, *quum* ego publicam cau-

---

*) So: *Quum inambularem* in xysto et *essem* otiosus domi, Marcus ad me Brutus venerat. C. Brut. 3. pr.

**) *legeres* wenn du dieſes leſen würdeſt, von der Zukunft; aber in der Vergangenheit (arbitrabar) gedacht.

***) quum — asciscerent filios iſt Erklärungsſatz des vorhergehenden Begriffs pravissimus mos, und ſo in den folgenden Beiſpielen, wo tempus oder das vorhergehende Verbum zu erklären war.

†) cf. Caes. 6, 24. C. Or. 1, 1, 1. Fam. 10, 3, 6. So: vidi, quum prodiret O. Am. 3, 11, 13. quum premeres. Tibull. 1, 4, 33. memini, quum darem. Ib. 1, 2, 14. audivi eum, quum diceret etc. Ganz ungewöhnlich folgt hier auf das Imperfectum das Praes. historicum: Tempus *erat*, coeli *quum* torrentissimus axis *incumbit* terris. — Iamque dies *aderat*, profugis *quum* regibus aptum *fumat* Aricinum Triviae nemus. Stat. Silv. 3, 1, 53. sqq.

Digitized by Google

sam, ille suam *defenderet*. C. Anton. in C. Att. 14, 13. — Saepe soles audire Roscium, *quum* ita *dicat*, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem. C. Or. 1, 28. cf. §. 186, 5.

Bildet dagegen *quum* mit seinem Verbo einen unabhängigen oder Hauptsatz, so steht das letztere im Indicativo, und zwar:

1. wenn eine Begebenheit als einzelne neben einer andern in dem Verhältniß einer unabhängigen Hauptbegebenheit zu einer begleitenden oder als Folge zu betrachtenden angeführt wird. Dann steht neben *quum* a. das Praesens oder Futurum, wenn ein solcher Zustand dem Angeredeten als gegenwärtig oder bevorstehend dargestellt wird; b. das Imperfectum und Plusquamperfectum, wenn er der Erinnerung vergegenwärtigt, oder mitten in seiner Dauer der Einbildungskraft anschaulich gemacht werden soll, §. 163, 2. 5.; c. das Perfectum aber, wenn die Begebenheit als historisches Factum, das ist, ohne Andeutung irgend einer andern Rücksicht, bloß in so fern sie wirklich erfolgt ist, angegeben wird, §. 163, 4. Daher auch bei *quum primum* so bald als.

a. Quanto hosti facilius abire fuit, quum procul abessemus, quam nunc, *quum* in cervicibus *sumus*? L. 44, 39. Praedones sine ullo metu in portum ipsum Syracusarum penetrare coeperunt. *Quum* in portum *dico*, in urbem dico. C. Verr. 5, 37. Cornelii tu periculo stultus es, *quum* te ab eo sapere didicisse *profiteris*. C. Fam. 7, 8. cf. 3, 2, 8. *Quum redeo*, Hortensius venerat et ad Terentiam salutatum deverterat. C. Att. 10, 16. cf. §. 164, 2, a. — Dabo operam, ut te videam, *quum* id satis commode facere *potero*. C. Fam. 13, 1. *Quum* inimici nostri venire *dicentur*, tum in Epirum ibo. C. Fam. 14, 3. Quid egeris, tunc apparebit, *quum* animam *ages*. S. Ep. 26. Poteritis exploratam habere pacem, *quum* in civitate Antonium *videbitis*? C. Phil. 7, 6.

b. Tum, quum haberet res publica Luscinos, Calatinos, Acidinos, homines non solum honoribus populi rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos; et tum, *quum erant* *) Catones, Phili, Laelii, quorum sapientiam temperantiamque in publicis privatisque rebus perspexeratis: tamen huiuscemodi res commissa nemini est. C. Agr. 2, 24. Quid?

*) Die letztern hatten Cicero's Zuhörer noch gesehen; die erstern gehörten einer ältern Zeit an. So vergegenwärtigt der Indicativus Impf. C. Phil. 2, 18, 45. vidit, quum rubebas. O. Her. 20, 97. memini. quum eras. Ib. 19, 85. memini, quum fuit. Plaut. Truc. 2, 4, 29.

Digitized by Google

quum dabas legatis Appianis literas, non eos ad me venturos arbitrabare? C. Fam. 3, 7, 5. Memini, neque unquam obliviscar noctis illius, *quum* tibi maerenti vana quaedam miser, atque inania, falsa spe inductus *pollicebar*. C. Planc. 42. — Tum, quum in Asia res magnas permulti *amiserant*, scimus, Romae, solutione impedita, fidem concidisse. C. Manil. 7.

Res, *quum* haec *scribebam*, erat in summum adducta discrimen. C. Fam. 12, 6. cf. 3, 13. extr. 3, 11, 12. *Quum* haec in Hispania *gerebantur*, comitiorum iam appetebat dies. L. 35, 8. Credo tum, *quum* Sicilia *florebat* opibus et copiis, magna artificia fuisse in ea insula. C. Verr. 4, 21. Dionysius tyrannus ea ipsa, quae concupierat, ne tum quidem, *quum* omnia se posse *censebat*, consequebatur. C. Tusc. 2, 20. cf. C. Caecil. 21, 69. Fuit quoddam tempus, *quum* in agris homines passim bestiarum more *vagabantur*. C. Inv. 1, 2. cf. C. Flacc. 25, 61. — *Quum* diutius in negotio curaque *fueram*: ut requiescerem curamque animi remitterem, ad Carpinatii praeclaras tabulas revertebar. C. Verr. 4, 61. Romae haud minus terroris erat, quam fuerat biennio ante, *quum* castra Punica obiecta Romanis moenibus portisque *fuerant*. L. 27, 44. cf. C. Att. 3, 18. pr.

Quum Collatino collegae Brutus imperium *abrogabat* *), poterat videri facere id iniuste. C. Off. 3, 10. Fulgentes gladios hostium videbant Decii, *quum* in aciem eorum *irruebant*. C. Tusc. 2, 24. *Quum* Africanus censor tribu *movebat* eum centurionem, qui in Paulli pugna non affuerat, quum ille se custodiae causa diceret in castris remansisse, quaereretque cur ab eo notaretur: Non amo, inquit, nimium diligentes. C. Or. 2, 67. Fuit, *quum* hoc dici *poterat*: Patricius enim eras et a liberatoribus patriae ortus. L. 7, 32.

c. Patro Epicureus et initio Romae, *quum* te quoque et tuos omnes *observabat*, me coluit in primis, et nuper, *quum* ea, quae voluit, *consecutus est*, me habuit suorum defensorum fere principem. C. Fam. 13, 1. Ligarius eo tempore paruit, *quum* parere senatui necesse *erat*; vos tum paruistis, *quum paruit* nemo, qui noluit. C. Ligar. 7. Quod si fuit in re publica tempus ullum, quum extorquere arma posset e manibus iratorum civium boni civis auctoritas et oratio; tum profecto fuit, *quum* patrocinium pacis exclusum est aut errore hominum,

*) Dieser Satz verhält sich hier zum folgenden, wie ein Subject zum Prädicat. Eben so in den folgenden Beispielen, wie: Quum hoc dici poterat, fuit die Zeit, wo man so sagen konnte, ist vorbei. Dieses Verhältniß kommt bei diesen Constructionen öfter vor.

Digitized by Google

aut timore. C. Brut. 2. Maxima laetitia affectus sum, *quum audivi*, te consulem factum esse. C. Fam. 15, 7. Tu, *quum* istiusmodi sermones ad te *delati* de me *sunt*, non debuisti credere. Ib. 3, 8, 19. Maximum exemplum est iustitiae in hostem a maioribus nostris constitutum, *quum* a Pyrrho perfuga senatui *est pollicitus*, se venenum regi daturum et eum necaturum. C. Off. 1, 13. *Quum* Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre *voluit*, Iphicratem ab Atheniensibus petivit ducem. N. 11, 2. *Quum* Caesar in Galliam *venit* *), alterius factionis principes erant Aedui, alterius Sequani. Caes. 6, 12. Recordare, quam multa de te verba fecerim, *quum* tu ipse *dixisti* mihi, orationem meam in te honorificam fuisse. C. Fam. 5, 2, 9. *Quum* in C. Matii familiaritatem *venisti*, non dici potest, quam valde gaudeam. Ibid. 7, 15. seitdem, cf. §. 183. Not. Fabius praetor *quum primum* Cretae litus *attigit*, nuntios circa civitates misit, ut armis absisterent. L. 37, 60.

2. wenn *quum* mit seinem Verbo einen unabhängigen Nachsatz bildet, dessen Prädicat als unbedingte Behauptung auszudrücken ist, z. B. nach iam, vix, nondum, wo neben *quum* auch das Praesens historicum und der Infinitivus historicus stehen kann. §. 164, 2, a. §. 168, 5.

Iam ver appetebat, *quum* Hannibal ex hibernis *movit*. L. 22, 1. cf. 1, 36. pr. Romae interim plerumque obsidio segnis et utrimque silentium esse: *quum* repente iuvenis Romanus admiratione in se cives hostesque *convertit*. L. 5, 46. Dies haud multi intercesserunt, *quum* ex Leontinis legati, praesidium finibus suis orantes, *venerunt*. L. 24, 28. Bis consul fuerat P. Africanus et duos terrores Romani imperii, Karthaginem Numantiamque deleverat, *quum accusavit* L. Cottam. C. Mur. 28. Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meae, *quum* Sulpicius *accusavit* C. Norbanum, defendente me. C. Or. 2, 21. Vix explicandi ordinis spatium Etruscis fuit, *quum* pugna iam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, *venerat* **). L. 2, 46. Hannibal iam scalis subibat Locrorum muros: *quum* repente in eum patefacta porta *erumpunt* Romani. L. 29, 7. cf. Tac. H. 4, 33. Fusis Auruncis, victor tot bellis Romanus promissa consulis exspectabat: *quum* Appius, et

*) Cäsar gibt hier, bei der Beschreibung Galliens, an, in welchem Zustande er Gallien angetroffen habe. Daher durfte der erste Satz nicht als Zeit bestimmend von dem zweiten abhängig gemacht werden; vielmehr war der zweite als Resultat seiner Beobachtung anzuführen.

**) Iam Messalina — profluebat, *quum* Silius *urgebat*. Tac. 11. 26. pr. aber sonst nur bei Dichtern.

Digitized by Google

insita superbia animo, et ut collegae vanam faceret fidem, ius de creditis pecuniis *dicere* ***). L. 2, 27. Aegerrime id plebs ferebat, iacere tamdiu irritas sanctiones, quae de suis commodis ferrentur: *quum* interim de sanguine et supplicio suo latam legem confestim *exerceri* et tantam vim *habere* †). L. 4, 51. — Multi anni sunt, *quum* ††) Fabius in aere meo *est*. C. Fam. 15, 14. Triginta dies erant ipsi, *quum* has *dabam* literas. C. Att. 3, 21. Nondum centum et decem anni sunt, *quum* de pecuniis repetundis a L. Pisone *lata* lex *est*, nulla antea quum fuisset. C. Off. 2, 21. Permulti anni iam erant, *quum* inter patricios magistratus tribunosque nulla certamina *fuerant*. L. 9, 33. Caedebatur virgis in medio foro Messanae civis Romanus; *quum* †††) interea nulla vox alia illius miseri *audiebatur*, nisi haec, civis Romanus sum. C. Verr. 5, 62. Gratiosi fuimus ipsi, *quum* ambitionis nostrae tempora *postulabant* *). C. Planc. 18.

*) Anders ist: Iam vero, consilio ac sapientia qui regere ac gubernare rem publicam possent, multi nostra, plures patrum memoria exstiterunt, *quum* boni perdiu nulli, vix autem singulis aetatibus singuli tolerabiles oratores *inveni-rentur*. C. Or. 1, 2. cf. L. 2, 5, 8. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat, *quum* Viridovix contra eum duum millium spatio *consedisset*, quotidieque productis copiis pugnandi potestatem *faceret*. Caes. 3, 17. wo *quum* da, während hingegen, in einem Causal- und Concessivverhältniß steht. — Statt quum steht in dieser Verbindung auch bisweilen *et*, Tac. 4, 23. H. 2, 95. 3, 10. V. Aen. 5, 858. 6, 499. auch fehlt dieses *quum*, wie O. Met. 2, 47. 3, 15. 20. 51. V. Aen. 2, 172. 5, 765. 10, 659. Sil. 5, 28.

3. wenn *quum* wenn, so oft als, eine oft wiederholte Handlung, oder Etwas, das gewöhnlich geschieht, andeutet.

Tua res agitur, paries *quum* proximus *ardet*. H. Ep. 1, 18, 84. Facile omnes, *quum valemus*, recta consilia aegrotis damus. T. Andr. 2, 1, 8. Confirmantur nostra consilia, *quum sentimus*, prudentibus fideliterque suadentibus idem videri. C. Fam. 2, 13. Philosophiae praecepta ne obsolescerent, renovabam, *quum licebat*, legendo. C. Acad. 1, 3. Veteres Romani, *quum* consilium publicum *desiderabatur*, e villis ar-

---

***) cf. L. 3, 37, 6. Tac. 2, 40. 4, 50. extr. 6, 44. H. 3, 31. pr. Ohne dicere, L. 3, 35, 3. cf. Stroth. h. l.

†) cf. L. 6, 27, 6. Sall. I. 98, 2.

††) seitdem; ipsi, §. 157, 1, e. — Plaut. Aul. Pr. 4. C. Cluent. 30, 82.

†††) während; so *quum* interea — *accepi*. C. Fam. 3, 6, 8. *quum* interim non *destitit*. N. 17, 7, 1.

*) während, so lange als; so *quum* tu *abfuisti*. C. Brut. 96, pr.

Digitized by Google

cessebantur in senatum. Colum. 1. Praef. 18. Ager *quum* multos annos *quievit*, uberiores efferre fructus solet. C. Brut. 4. *Quum* tactra prodigia *nuntiata sunt*, decemviri libros Sibyllinos adire iubentur. L. 22, 9. *Quum* ver esse *coeperat*, eius initium Verres non a Favonio notabat; sed, *quum* rosam *viderat*, tunc incipere ver arbitrabatur. C. Verr. 5, 10. Galli laqueis falces avertebant, quas *quum destinaverant*, tormentis introrsus reducebant. Caes. 7, 22. cf. C. Brut. 24, 93. 34, 130. Orat. 32, 113.

Not. 1. Der Conjunctivus ſteht jedoch auch in dieſen Fällen, wenn die §. 166. angegebenen Bedingungen Statt finden.

Curata fac sint, *quum* a foro *redeam* *) domum. Plaut. Aul. 2, 3, 6. Erit, erit illud profecto tempus et illucescet aliquando ille dies, *quum* tu et amicissimi benevolentiam et fortissimi viri magnitudinem animi *desideres*. C. Mil. 26. En erit unquam ille dies, mihi *quum liceat* **) tua dicere facta? V. Ecl. 8, 7. Quis non, *quum* haec *videat*, irriserit? C. Leg. 2, 1. Verborum translationes quasi mutationes sunt, *quum*, quod non habeas, aliunde *sumas*. C. Or. 3, 38. §. 166, 1, a. §. 161, 3. — Caesar *quum primum* pabuli copia esse *inciperet* ***), ad exercitum venit. Caes. 2, 2. Nos tum, *quum* maxime consilio nostro subvenire communi saluti *oporteret* †) in senatum non vocabamur. C. Phil. 5, 1. — Milites, quod infensum Othoni Senatum arbitrabantur, causam et initium caedis quaerebant: *quum* alius insuper metus Senatoribus *instaret* ††), ne, praevalidis iam Vitellii partibus, cunctanter excepisse victoriam crederentur. Tac. H. 2, 52. — Vercingetörix nostras pabulationes frumentationesque observabat, dispersosque, *quum* longius necessario *procederent* †††), adoriebatur. Caes. 7, 16. In Scauri oratione naturalis quaedam inerat auctoritas, non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, *quum* pro reo *diceret*. C. Brut. 29. Catulus erat talis, ut, *quum* quosdam *audires*, qui tum erant praestantes, videretur esse inferior: *quum* autem ipsum *audires* sine comparatione, me

*) ungewiß wann; alſo bedingt behauptend, daher nicht redeo.

**) Cf. §. 166, 1. und ſo darf auch in den durch Mss. hinlänglich geſicherten Stellen: Tempus erit, *quum faciat — redigantur*. O. Met. 14, 147. Tempus erit, *quum — deducat*. Tibull. 1, 4, 70. nicht faciet, redigentur, deducet geändert werden; denn der Indicativus, oben 1, a. und V. Georg. 1, 493. Aen. 1, 283. 10, 11. Claudian. 8, 652. gibt einen ganz andern Sinn.

***) anfangen wollte, und Zeit beſtimmend. So quum eriperet. C. Mil. 4, 9.

†) nöthig geweſen wäre. §. 166, 1, b.

††) Cf. §. 183, 1. Die Mordluſt der Soldaten machte dem Senat deſto mehr Beſorgniß, da noch der Umſtand dazu kam, daß —.

†††) etwa, zufällig. So, das Zufällige bei oft wiederholten Handlungen ausdrückend, kommt mit quum der Conjunctivus oft vor, z. B. quum valerem. C. Lael. 2, 8. N. 5, 4, 2. 17, 8, 1. 20, 4, 2. 6. 25, 2, 4. Caes. C. 3, 47. extr. 48. V. Georg. 4, 135. Aen. 6, 881.

Digitized by Google

lius non quaereres. Ibid. 35. cf. §. 161, 3. Parvi primo ortu sic iacent, tamquam omnino sine animo sint. *quum* autem paulum firmitatis *accesserit* *), et animo utuntur, et sensibus. C. Fin. 5, 15. Epaminondas *quum* in circulum *venisset* **), in quo aut de re publica disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur, nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus. N. 15, 3. Platonis in libris ita loquitur Socrates, ut, etiam *quum* de moribus, de virtutibus, denique de re publica *disputet*, numeros tamen et geometriam et harmoniam studeat Pythagorae more coniungere. C. Rep. 1, 10.

Not. 2. *Ubi* wo, als, wenn, von einem Zeitpunkt, von welchem etwas Anderes seinen Anfang nimmt, hat den Conjunctivus unter den §. 176. angegebenen Bedingungen bei sich; *quando* wenn einmal, von öfter wiederkehrenden Umständen einer unbestimmten Zeit gebraucht, in der indirecten Frage; außerdem den Indicativus. Nur mit dem Indicativo steht *ut* wie, so wie, so bald als, von einem Erfolg, nach welchem sogleich ein andrer eingetreten ist.

Ubi exercitus instructus *esset*, hastati omnium primi pugnam inibant. L. 8, 8. cf. 1, 32, 13. Saevum spectaculum erant milites, tergis ferarum et ingentibus telis horrentes, quum turbam populi per inscitiam parum vitarent, aut, *ubi* lubrico viae vel occursu alicuius *procidissent*, ad iurgium, mox ad manus et ferrum transirent. Tac. H. 2, 88 zufällig, cf. L. 3, 65, 8. *Quando utendum sit*, aut non *sit* narratione, id est consilii. C. Or. 2, 81. pr. cf. §. 174. II.

Miserum est opus tum demum foderе puteum, *ubi* sitis fauces *tenet*. Plaut. Most. 1, 2, 32. Equites, adorti peditum aciem, nuntios ad consules rei gestae mittunt, *ubi* iam *inclinabatur* hostium acies. L. 3, 70. Inter miracula Aegypti fuit Memnonis saxea effigies, *ubi* radiis solis *icta est*, sonum reddens. Tac. 2, 61. *Ubi* spectaculi tempus *venit*; deditaeque eo mentes cum oculis *erant*, tum ex compositо orta vis: signoque dato iuventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. L. 1, 9. vgl. unten II. Not. 1. Romani veteres, *ubi* pericula virtute *propulerant*, sociis auxilia porrabant. Sall. C. 6. Hostes *ubi* ex litore aliquos singulares ex navi egredientes *conspexerant*, incitatis equis impeditos adoriebantur. Caes. 4, 26. cf. Sall. C. 13, 4. *Ubi* satur *sum*, nulla crepitant intestina: *quando esurio*, tum crepant. Plaut. Men. 5, 5, 27. — Curio silebat, *ut erat* semel a concione universa relictus. C. Brut. 89. Romam *ut nuntiatum est*; Veios captos, velut ex insperato immensum gaudium fuit. L. 5, 23. cf. 2, 45, 9. Messanam *ut* quisque nostrum *venerat*, canephoras Polycleti visere solebat. C. Verr. 4, 3.

II. *Ante quam*, *prius quam* eher als, und *pridie quam* beziehen auf eine frühere Begebenheit eine spätere, die dann, als noch bevorstehend oder in ungewisser Zukunft liegend, der Conjunctivus andeutet; wird sie aber als gewiß erwartet oder als bereits erfolgt betrachtet, so steht der Indicativus. Außerdem folgt

*) So von einer unbestimmten, allgemein genommenen Zeit. C. Fin. 5, 22, 61. 4, 14, 37. N. D. 2, 52, 129. Caes. 4, 33.
**) zufällig, wie Caes. 3, 12. C. 2, 41.

Digitized by Google

hier und auf *postquam* ſpäter als, nachdem; da, *postridie quam* einen Tag ſpäter als, der Conjunctivus nach §. 176. Vgl. §. 148. Not. 1.

Tragoedi quotidie, *antequam pronuntient* *), vocem sensim excitant. C. Or. 1, 59. In omnibus negotiis *prius*, *quam aggrediare*, adhibenda est praeparatio diligens. C. Off. 1, 21. *Ante* videmus fulgurationem, *quam* sonum *audiamus*. S. N. Q. 2, 12. hören können. Si quis de coelo servavit, non habitis comitiis, sed *prius*, *quam habeantur*, debet nuntiare. C. Phil. 2, 32. gehalten werden ſollen. Aegyptii quamvis carnificinam *prius* subierint, *quam* ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum *violent*. C. Tusc. 5, 27. verletzen würden. Vercingetŏrix, *priusquam* munitiones ab Romanis *perficiantur*, consilium capit, omnem ab se equitatum noctu dimittere. Caes. 7, 71. Hannibal omnia et in proelio apud Zamam, et ante aciem, *priusquam excederet* pugna, erat expertus. L. 30, 35. Aristides interfuit pugnae navali apud Salamina, quae facta est *prius*, *quam* poena exsilii *liberaretur* **). N. 3, 2. Caesar ad Pompeii castra pervenit *prius*, *quam* Pompeius sentire *posset*. Caes. C. 3, 67. Providentia est, per quam animus futurum aliquid videt, *antequam factum sit* ***). C. Inv. 2, 54. Saepe magna indoles virtutis, *priusquam* rei publicae prodesse *potuisset* †), exstincta fuit. C. Phil. 5, 17. Scis, me quodam tempore Metapontum venisse, neque ad hospitem *ante* devertisse, *quam* Pythagorae ipsum illum locum, ubi vitam ediderat, sedemque *viderim* ††). C. Fin. 5, 2. Quum, *pridie quam* legati ad Tarquinios *proficiscerentur*, coenatum forte apud Vitellios esset, coniuratique ibi, remotis arbitris, multa inter se de novo consilio egissent; sermonem eorum ex servis unus excepit. L. 2, 4.

Abeo ab illis, *postquam video*, me sic ludificari. Plaut. Capt. 3, 1, 27. cf. Tac. 14, 44. Galli, *postquam* nihil usquam hostile *cernebatur* †††), viam ingressi, haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perveniunt. L. 5, 39. Eros comoedus nuper, *posteaquam* e scena sibilis *explodebatur* ‡), ...

*) ehe ſie declamiren wollen.
**) cf. Caes. 6, 37. init. 7, 47. Tac. H. 2, 96. 4, 66.
***) cf. N. 18, 4, 2. Caes. 1, 53. pr.
†) cf. C. Verr. 2, 70, 171. L. 26, 41, 3.
†† Meinung oder Vorſtellung eines Andern, wie Caes. 3, 18. N. 1, 5, 4. C. Planc. 41, 98. L. 35, 25, 3. Caes. 7, 71.
†††) cf. Sall. C. 6, 3. 56, 4. Caes. 7, 87, 5. Tac. 6, 51. fin. 12, 15. init. H. 2, 19. pr. 3, 48. L. 1, 54, 5.
‡) cf. L. 25, 33, 8. Caes. C. 3, 58.

Digitized by Google

sicut in aram, confugit in Roscii domum. C. Q. Rosc. 11. Caesar *postquam* omnes Belgarum copias ad se venire *vidit*, neque iam longe abesse ab his, quos miserat, exploratoribus et ab Remis *cognovit*, flumen Axonam exercitum transducere maturavit. Caes. 2, 5. P. Africanus *posteaquam* bis consul et censor *fuerat*, L. Cottam in iudicium vocabat. C. Caecil. 21. cf. C. Verr. 4, 24, 54. 5, 38, 100. Manil. 9, 25. — *Posteaquam* mihi nihil de adventu tuo *scriberetur* **), verebar, ne id ita caderet, ne ante, quam tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem. C. Fam. 2, 19. His de rebus multa disputata sunt quondam in Hortensii villa, quum eo Catulus et Lucullus nosque ipsi *postridie* venissemus, *quam* apud Catulum *fuissemus* ***). C. Acad. 2, 3. *Postquam* luba ante portas diu multumque primo minis pro imperio *egisset* cum Zamensibus; deinde, quum se parum proficere intellexisset, precibus quoque *orasset* †), uti se ad suos deos penates admitterent; ubi eos in sententia perstare animadvertit, tertio petit ab eis, ut sibi coniuges liberosque redderent. Hirt. B. Afr. 91. Nihil habebam novi, quod *post* accidisset, *quam dedissem* ad te liberto tuo literas. C. Att. 6, 3.

Ante occupatur animus ab iracundia, *quam* providere *potuit*, ne occuparetur. C. Q. Fr. 1, 1, 13. *Ante*, *quam* ob*primit* lux, maioraque hostium agmina *obsepiunt* iter, erumpamus. L. 22, 50. Dabo operam, ut istuc veniam *ante*, *quam* plane ex animo tuo *effluo*. C. Fam. 7, 14. cf. C. Cat. 4, 10. pr. *Ante quam delectata est* Atheniensium civitas laude dicendi, multa iam memorabilia et in domesticis et in bellicis rebus effecerat. C. Brut. 13. Membris utimur *prius*, *quam didicimus*, cuius ea utilitatis causa habeamus. C. Fin. 3, 20. Non *prius* sum conatus misericordiam aliis commovere, *quam* misericordia *sum* ipse *captus*. C. Or. 2, 47. Omnia experiri certum est, *priusquam pereo*. T. Andr. 2, 1, 11. Memmius *pridie*, *quam* ego Athenas *veni*, Mitylenas profectus erat. C. Att 5, 11.

Not. 1. Bei *postquam*, *postea quam* bezeichnet das Perfectum Indicativi einen Zustand als vollendet, das Imperfectum aber als

---

**) Meinung Cicero's in früherer Zeit; cf. Varr. R. R. 3, 17, 9. Caes. 4, 19.

***) von quum mit abhängig.

†) Vermuthungsweise, wie posteaquam illa minaretur. C. Cluent. 64, 181. Dagegen ist posteaquam aedificasset cet. C. Manil. 7, 9. Deiot. 13, 36. mehr als Zeitbestimmung und als Grund zum Folgenden (wie bei quum) zu betrachten. In diesem Sinn ist es in einigen Stellen mit postea quum verwechselt worden, wie C. Att. 11, 12. Leg. 2, 20, 61. cf. Görenz h. l.

Digitized by Google

noch unvollendet, mitten in seiner Dauer; daher auch diese Tempora neben einander stehen können. Das Tempus des damit verbundenen Satzes hat darauf keinen Einfluß.

Philodamus, *posteaquam* ius suum obtinere non potuit, ut humanitatem consuetudinemque suam retineret, laborabat. C. Verr. 1, 26. pr. *Posteaquam* Pompeii commoratio diuturnior *erat*, quam putaram: vide, quid mihi sumserim. C. Fam. 7, 5. *Postquam* divitiae honori esse *coepere*, et eas gloria, imperium, potentia *sequebatur*: hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci coepit. Sall. C. 12, 1. cf. Cort. h. l. Drak. ad L. 54, 26, 12. Quae *postquam sunt audita*, et undique primores Patrum et prioris anni consules *increparent*, quod eas largitiones coetusque plebis in privata domo passi essent fieri: tum T. Quinctius, consules immerito increpari, ait. L. 4, 13. Hierher gehört auch: Coa uva et Berytia servantur, nullius suavitati postferendae. Quidam ut has faciant, in cinere lixivio tingunt *protinus, quam detraxere* vitibus, mox in sole siccant. P. 15, 17. extr.

Not. 2. Mit *postquam* ist quum nicht zu verwechseln, welches nur von Dingen gebraucht wird, die als Facta in einer Erzählung aufgeführt werden, nie aber von örtlichen Verhältnissen, z. B. von Stellen in einem Buche, wo die Römer postquam, ubi brauchen. Stellen, wie C. Tusc. 1, 48, 103. Acad. 2, 32, 104. N. D. 2, 27, 69. können für das Gegentheil nur scheinbar angeführt werden.

III. *Quoad, dum, donec* so lange als, so lange bis, bis, deuten mit dem Conjunctivo einen zu erwartenden oder bevorstehenden Zustand an; mit dem Indicativo aber einen, der jetzt schon im Werden und unbezweifelt gewiß, oder der bereits vollendet ist. *Quoad* von quo-ad bis wohin, §. 151, 3, b. cf. C. Arch. 1, 1. *dum, donec*, §. 86, II, 3. §. 87, I, 8.

Epaminondas exercebatur luctando ad eum finem, *quoad* stans complecti *posset* (adversarium) atque contendere. N. 15, 2. *Quoad perventum sit* eo, quo sumta navis est, non domini est navis, sed navigantium. C. Off. 3, 23. Me admones, ut me integrum, *quoad possim*, servem. C. Att. 7, 26. Meinung. Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidem opperiri, *quoad* scire *possis*, quid tibi *agendum sit*. C. Fam. 6, 20. — Exspectate, *dum* consul aut dictator *fiat* Kaeso, quem privatum viribus et audacia regnantem videtis. L. 3, 11. cf. C. Sen. 10, 33. Or. 1, 62, 265. In muris Gallorum omne opus contexitur, *dum* iusta muri altitudo *expleatur*. Caes. 7, 23. Quantus amor bestiarum est in educandis custodiendisque iis, quae procreaverunt, usque ad eum finem, *dum* se *possint* ipsa defendere. C. N. D. 2, 51. Latrones, *dum sit*, quod rapiant, quod auferant, nihil sibi defuturum arbitrantur. C. Phil. 4, 4. Meinung. Caesar ex eo tempore, *dum* ad flumen Varum *veniatur*, se frumentum militibus daturum pollicetur. Caes. C. 1, 87. cf. C. Quint. 21, 67. — Elephanti in traiiciendo nihil tre-

Digitized by Google

pidabant, *donec* continenti velut ponte agerentur. L. 21, 28. Perseus in castris Romanis progredi prae turba occurrentium ad spectaculum non poterat, *donec* consul lictores *misisset*, qui submovendo iter ad praetorium facerent. L. 45, 7.

Cato *quoad vixit* *) virtutum laude crevit. N. 24, 2. Milo in senatu fuit eo die, *quoad* senatus *dimissus* est. C. Mil. 10. — Aegroto *dum* anima *est*, spes esse dicitur. C. Att. 9, 10. Delibera hoc, *dum* ego *redeo*. T. Ad. 2, 1, 42. Saltem *dum*, quid de Hispaniis agamus, *scitur*, exspecta. C. Att. 10, 9. Lacedaemoniorum gens fortis fuit, *dum* Lycurgi leges *vigebant*. C. Tusc. 1, 42. Catilina erat unus timendus ex his omnibus, sed tamdiu, *dum* **) moenibus urbis *continebatur*. C. Cat. 3, 7. Hoc feci, *dum licuit*. C. Phil. 3, 13. cf. 14, 12, 33. S. Rosc. 25, 70. Redemtio mansit usque ad eum finem, *dum* iudices *reiecti sunt*. C. Verr. A. 1, 6. Tiberius Gracchus tamdiu laudabitur, *dum* memoria rerum Romanarum *manebit*. C. Off. 2, 12. — De comitiis, *donec rediit* Marcellus, silentium fuit. L. 23, 31. cf. Drak. ad L. 1, 7, 14. Iulius Caesar exanimis aliquamdiu iacuit, *donec* lecticae impositum tres servuli domum *retulerunt*. Suet. Caes. 82.

Hierbei iſt zu bemerken:

1. *Dum*, auf einen vorliegenden Zuſtand hinzeigend, welchem ein andrer gleichzeitig geſetzt wird, hat in der Bedeutung während, indem, häufig das Praesens historicum bei ſich, §. 164, 2, a. den Conjunctivus als Meinung und wenn er mit dem nebenſtehenden Hauptſatze durch einen Cauſalnexus zuſammenhängt.

Homines, *dum docent*, discunt. S. Ep. 7. Peto a vobis, ut me, *dum* de his singulis *disputo* iudiciis, attente audiatis. C. Cluent. 32. cf. C. Mil. 9, 23. Nunquam mihi minus placui, quam hesterno die; qui, *dum obsequor* adolescentibus, me senem esse sum oblitus. C. Or. 2, 4. Haec *dum* apud Hellespontum *geruntur*, Perdiccas apud flumen Nilum interficitur. N. 18, 5. *Dum* ea Romae *geruntur*, iam Sutrium ab Etruscis obsidebatur. L. 9, 35. ***). Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium in Ponto reliquit. Haec *dum* nostri *colligunt* †) omnia diligentius, rex

*) Dafür: Carbo, *quod* vita suppeditavit, est in multis iudiciis causisque cognitus. C. Brut. 27. cf. Gör. ad C. Acad. 2, 20, 66.
**) So tamdiu, dum habuit. C. Verr. 4, 3, 6.
***) cf. L. 21, 7. pr. 31, 1. pr. Tac. 3, 78. H. 4, 33.
†) dum colligunt ſoll hier die Sorgfalt der Zuſammenſuchenden lebhafter darſtellen und vergegenwärtigen, wie C. Mil. 10, 28. Verr.

Digitized by Google

ipse e manibus effugit. C. Manil. 9. Intelligetis, si in verbis ius constituamus, omnem utilitatem nos, *dum* versuti et callidi *volumus* esse, amissuros. C. Caecin. 19. Quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui *dum* in pulvere quaedam *describit* attentius, ne patriam quidem captam esse senserit? C. Fin. 5, 19. *Dum* Sulla in aliis rebus *erat* *) occupatus, qui summam rerum administrabat, erant interea, qui suis vulneribus mederentur. C. S. Rosc. 32. In magnas clades incidimus, *dum* metui, quam cari esse et diligi *maluimus* **). C. Off. 2, 8. Ut Clodius absolveretur, commissum est Hortensii consilio: qui *dum veritus est* ***), ne Fufius ei legi intercederet, quae ex senatus consulto ferebatur, non vidit illud, satius esse, illum in infamia relinqui, quam infirmo iudicio committi. C. Att. 1, 16. — Augustus saepe indigens somni et, *dum* per vicos *deportaretur* †), et deposita lectica inter aliquas moras condormiebat. Suet. Aug. 78. Die insequenti quievere milites, *dum* praefectus iuventutem Apolloniatium *inspiceret*. L. 24, 40. Gloriae maximum certamen inter iuvenes erat: sese quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, *dum* tale facinus *faceret*, properabat. Sall. C. 7, 6. Hoc video, *dum* breviter *voluerim* ††) dicere, dictum a me esse paulo obscurius. C. Or. 1, 41.

2. Auch *donec* bis, kann das Praesens historicum bei ſich haben. Statt des Indicativi aber brauchen dabei ſpätere Schriftſteller den Conjunctivus von Zuſtänden der Gegenwart und der Vergangenheit, deren Ziel ſich der Leſer als bevorſtehend vorſtellen ſoll.

Nec minor caedes in urbe, quam in proelio, fuit; *donec* hostes, abiectis armis, nihil praeter vitam petentes, dictatori *deduntur*. L. 4, 34. Danubius plures populos adit, *donec* in Ponticum mare sex meatibus *erumpit*. Tac. G. 1. alii: *erumpat*.

Rhenus servat nomen et violentiam cursus, qua Germaniam praevehitur, *donec* Oceano *misceatur*. Tac. 2, 6. Pythagorae et Alcibiadi simulacra in Comitio dicata. Ea stetere, *donec* Sulla dictator ibi Curiam *faceret*. P. 34, 6, 12. Regna

---

2, 66. fin. Orat. 1, 53, 230. Caes. 1, 27. und mit folgendem Plusq. C. Verr. 5, 35. pr. L. 21, 29. pr. Tac. 1, 54.

*) cf. L. 41, 14. pr. 10, 36, 16. Tac. Agr. 41. extr.

**) cf. C. Phil. 14, 12, 33.

***) cf. N. 21, 2, 2.

†) §. 176. So in folgendem Beiſpiel und dum te fugeret. V. Georg. 4, 457. dum ferret. Phaedr. 1, 4, 2. wo beide Sätze ſich zu einander, wie Grund und Folge verhalten.

††) Ciceros eigne Gedanken in früherer Zeit.

Digitized by Google

bellaque per Gallias semper fuere, *donec* in nostrum ius *concederetis*. Tac. H. 4, 74. Agrippinenses obsessi miseriarum patientiaeque documentum fuere: *donec* egregiam laudem fine turpi *maculârent*, missis ad Civilem legatis, vitam orantes. Ib. 4, 60. cf. Tac. 2, 34. 5, 11. H. 2, 8. 49. 54. 59. 60. 67. 3, 9. 10. 78. 82. 4, 16. 35. 37. 46. 5, 12. 13.

D. *Oratio obliqua.*

I. In Oratione obliqua stehen in einer zusammenhängen- 186
den Rede alle einzelnen Nebensätze, die eigne oder fremde Meinung und Vorstellung als bloßen Gedanken durch den Conjunctivus ausdrücken. Sie müssen entweder durch das Prädicat, von welchem sie abhängen, als solche angekündigt, oder durch ihren Zusammenhang mit einem Infinitivus oder Conjunctivus leicht erkennbar seyn. Hierher gehören auch abhängige Fragen, §. 174, II.

a. Nebensätze, in welchen der Redende seine eignen Gedanken, Meinungen und Vorstellungen, die er jetzt oder frühern hatte, als solche darstellt.

Videor mihi gratum fecisse Siculis, *quod* eorum iniurias meo labore, inimicitiis, periculo *sim persecutus*. C. Verr. 2, 6. Quum contemplor animo, *reperio* quatuor causas, cur senectus misera videatur: unam, *quod avocet* a rebus gerendis; alteram, *quod* corpus *faciat* infirmius; tertiam, *quod privet* omnibus fere voluptatibus; quartam, *quod* haud procul *absit* a morte. C. Sen. 5. Praeclarum mihi quiddam *videtur* adeptus is, *qui*, qua re homines bestiis praestant, ea in re hominibus ipsis *antecellat*. C. Inv. 1, 4. Saepenumero *admirari soleo*, M. Cato, *quod* nunquam senectutem tibi gravem esse *senserim*. C. Sen. 2. Utinam istum diem *videam*, *quum* ista oratio ita libere *vagetur*, ut etiam in Sicae domum introeat. C. Att. 16, 11. *Fateor*, me salutis omnium causa ad eam partem accessisse reipublicae sublevandae, *quae* maxime *laboraret*. C. Caecil. 3. Secutum est bellum gestum apud Mutinam. In quo si tantum Atticum prudentem dicam, minus, *quam debeam*, praedicem. N. 25, 9. — Camillus, Equidem, inquit, quum abessem, quotiescunque patria in mentem veniret, haec omnia *occurrebant*, colles, campique et Tiberis, et hoc coelum, *sub quo* natus educatusque *essem*. L. 5, 54. Hanc perfectam philosophiam semper *iudicavi*, *quae* de maximis quaestionibus copiose *posset*, ornateque dicere. C. Tusc. 1, 4. *Mihi* semper Peripateticorum Academiaeque consuetudo, de omnibus rebus in contrariam partem disserendi, ob eam causam *placuit*, *quod* aliter non *posset*, quid in quaque re veri simile esset inveniri. C.

Digitized by Google

Tusc. 2, 3. Non *dubitavi* id a te per literas petere, *quod* mihi omnium *esset* maximum, maximeque necessarium. C. Fam. 2, 6. Ista vestra nomina nunquam sum admiratus; viros eos, *qui* ea vobis *reliquissent*, magnos *arbitrabar*. C. Fam. 3, 7. Adolescentulus sic initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, *quod* continuo consilium *dimiserit*, *simulac* me fractum ac debilitatum metu *viderit*. C. Or. 1, 26.

b. Nebenſätze, in welchen der Redende die Meinung und Vorſtellung eines Andern als ſolche vorträgt.

ducendis, tulisse M. Antonius dicitur; easdem leges de integro, ut populum teneant, salvis auspiciis ferri placet. C. Phil. 5, 4. — Si nocte, *sive* luce, si servus, *sive* liber faxit sacrum, probe factum esto. L. 22, 10. Dasne hoc nobis, Pomponi, ratione, potestate, mente, numine, *sive* *) quod est aliud verbum, quo planius significem, quod volo, naturam omnem regi? C. Leg. 1, 7. Apud Germanos suam quisque domum spatio circumdat, *sive* adversus casus ignis remedium, *sive* inscitia aedificandi. Tac. G. 16. Ascanius Lavinium urbem matri *seu* **) novercae reliquit. L. 1, 3. — Thrasybulus legem tulit, ne quis ante actarum rerum accusaretur, *neve* ***) multaretur. N. 8, 3. Aedilibus datum est negotium, ut animadverterent, ne qui, nisi Romani dii, *neu* quo alio more, quam patrio, colerentur. L. 4, 30. cf. Drak. ad L. 2, 15, 2. 34, 35, 7. 9. Pompeius suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent, *neve* se loco moverent. Caes. C. 3, 92. cf. Drak. ad L. 33, 46, 7. Caesar munitiones contra exteriorem hostem perfecit, ut ne magna quidem multitudine praesidia circumfundi possent: *neu* cum periculo ex castris egredi cogantur, dierum XXX pabulum frumentumque habere omnes convectum iubet. Caes. 7, 74. und damit nicht, cf. Drak. ad L. 2, 15, 2.

2. Eintheilend stehen *aut* — *aut* entweder — oder, wenn solche Sätze nicht nur einander selbst, sondern auch alle übrigen Fälle der Art ausschließen; *vel* — *vel* entweder — oder, theils — theils, wenn sie einander nur zum Theil aufheben; *ve* — *ve* brauchen nur Dichter; *sive* — *sive*, auch wechselnd mit *seu* entweder — oder; es sey, es mag nun — oder, bedingungsweise, wenn es ungewiß ist, ob der eine oder der andre, ob keiner oder alle Statt finden; *neve* — *neve* auch wechselnd mit *neu*, verbietend.

In omnibus disiunctionibus, in quibus *aut* etiam, *aut* non †) ponitur, alterutrum est verum. C. N. D. 1, 25. Marius promisit, si se consulem fecissent, brevi tempore *aut* vivum, *aut* mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani daturum. C. Off. 3, 20. *Aut* nemo, quod quidem magis credo, *aut*, si quisquam, Cato sapiens fuit. C. Lael. 2. Quae-

*) So wird sive immer bei synonymen Wörtern gebraucht. Dagegen: Ardor coelestis, qui aether *vel* coelum nominatur. C. N. D. 2, 15, 41. in so fern ihn wirklich Einige (die Gelehrtern) aether, Andre coelum nennen.

**) Es war ungewiß, ob es seine Mutter oder Stiefmutter war.

***) weder das Eine, noch das Andere, noch auch Beides zugleich sollte geschehen.

†) entweder Ja oder Nein.

Digitized by Google

dam terrae partes incultae sunt, quod *aut* frigore rigent, *aut* uruntur calore. C. Tusc. 1, 28. Omne corpus *aut* aqua, *aut* aer, *aut* ignis, *aut* terra est, *aut* aliquid, quod est concretum ex his, *aut* ex aliqua parte eorum. C. N. D. 3, 12. — Eventus est, cum sic aliquid evenit, ut *vel* non evenire, *vel* aliter evenire potuerit. C. Div. 2, 6. Serius a Romanis poetae *vel* cogniti sunt, *vel* recepti. C. Tusc. 1, 2. Amicitia omnibus rebus humanis est anteponenda. nihil est enim tam naturae aptum, tam conveniens ad res *vel* secundas, *vel* adversas. C. Lael. 5. cf. C. Fam. 3, 10, 14. 27. Mil. 7, 20. Quid est tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus *vel* tectus ipse possis, *vel* provocare integer, *vel* te ulcisci lacessitus? C. Or. 1, 8. Quis nescit, maximam vim exsistere oratoris in hominum mentibus *vel* ad iram, aut ad odium, aut dolorem incitandis, *vel* ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem, misericordiamque revocandis? Ib. 1, 12. — Nostra corpora vertuntur, nec quod fuimus*ve*, sumus*ve*, cras erimus. O. Met. 15, 215. — Veniet tempus mortis, et quidem celeriter; et *sive* retractabis, *sive* *) properabis. C. Tusc. 1, 31. Homines nobiles, *seu* recte, *seu* perperam facere coeperunt, in utroque excellunt. C. Quint. 8. Cretum leges, quas *sive* Iupiter, *sive* Minos sanxit, laboribus erudiunt iuventutem. C. Tusc. 2, 14. Rogationem novem tribuni promulgarunt, ut populo potestas esset, *seu* de plebe, *seu* de patribus vellet, consules faciendi. L. 4, 1. cf. 4, 2, 7. Caes. 7, 36. med. Interrogant: si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere; *sive* medicum adhibueris, *sive* non adhibueris, convalesces. C. Fat. 12. cf. §. 166, 2. *sive* — *seu*, L. 7, 18, 2. *seu* — *sive*, Caes. 1, 23. cf. Drak. ad L. 10, 14, 9. — Carthaginiensibus conditiones pacis dictae, bellum *neve* in Africa, *neve* extra Africam iniussu populi Romani gererent. L. 30, 37. Quae terra fruges ferre et, ut mater, cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, *neve* vivus, *neve* mortuus. C. Leg. 2, 27. Collocationis est componere et struere verba, ut *neve* asper eorum concursus, *neve* hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et levis. C. Or. 3, 43. Vercingetŏrix docet, oppida parum munita incendi oportere, *neu* suis sint ad detractandam militiam receptacula, *neu* Romanis proposita ad copiam commeatus praedamque tollendam. Caes. 7, 14. cf. 1, 35.

Not. 1. Als steigerndes Adverbium heißt *vel* sogar, auch, wie beim Superlativ §. 155, 6. und so bisweilen *ve* in *sive*, *seu*.

*) du magst zögern, oder eilen.

Quid est tam furiosum, quam verborum, *vel optimorum* atque ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia, nec scientia? C. Or. 1, 12. Videmusne, ut pueri ludis teneantur, ob eamque rem *vel famem* et sitim perferant? C. Fin. 5, 18. Veteres artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant, quae *vel* si *nulla* sint, nihilo sint tamen obscuriores clari viri. C. Fam. 5, 12. Raras tuas quidem, sed suaves accipio literas: *vel* quas proxime acceperam, quam prudentis! quam multi et officii et consilii! Ib. 2, 13. — *Sive* opus in mores, in luxum, in prandia regum dicere, res grandes nostro dat Musa poetae. Pers. 1, 67. i. e. si vel. In der Stelle: Caesar Brundisium ad suos scripsit, nacti idoneum ventum ne occasionem navigandi dimitterent, *sive* ad litora Apolloniatium cursum dirigere, atque eo naves eiicere possent. Caes. C. 3, 25. haben zwar alle Mss. *sive*; der Zusammenhang aber verlangt hier *si*. Ferner: Exibit quam saepe, time; *seu* visere dicet sacra Bonae, maribus non adeunda, Deae. Tibull. 1, 6, 21. *Seu* mare per longum mea cogitet ire puella, hanc sequar. Prop. 2, 20, 29 (3, 20, 9). cf. Burm. ad Val. Flacc. 1, 100. Huschke ad Tibull. l. c. — *Seu* und *neu* braucht übrigens Cicero selten.

Not. 2. Die ältern Lateiner brauchten *si — sive*, *si — si* statt sive — sive. Dichter und spätere Schriftsteller setzen *sive* bald nur bei dem zweiten Gliede, bald wechseln sie mit diesen Partikeln.

a. *Si* media nox est, *sive* est prima vespera, tamen est eundum. Plaut. Curc. 1, 1, 4. Sinito ambulare, *si* foris, *si* intus volent. Id. Capt. 1, 2, 5. *Si* omnes atomi declinabunt, nullae unquam cohaerescent; *sive* aliae declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur: erit hoc quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur. C. Fin. 1, 6. Superstitio instat, et urget, et, quo te cunque verteris, persequitur; *sive* tu vatem, *sive* tu omen audieris, *sive* immolaris, *sive* avem aspexeris; *si* Chaldaeum, *si* haruspicem videris; *si* fulserit, *si* tonuerit, *si* tactum aliquid erit de coelo. C. Div. 2, 72.

b. Bassus *pudore*, *seu* *) metu, quisnam exitus foret, intra domum opperiebatur. Tac. H. 3, 12. Hic herus: *Albanum*, Maecenas, *sive* Falernum te magis appositis delectat, habemus utrumque. H. Serm. 2, 8, 16. Nero iam iamque affore matrem, obtestabatur, vindictae properam, *sive* servitia armaret, *vel* militem accenderet, *sive* ad Senatum et Populum pervaderet. Tac. 14, 7. *seu* — *aut*. V. Aen. 12, 685. *sive* herbae tenues *aut* flores. Tac. H. 5, 7. auch *sive* — *an*. Tac. 11, 26. 14, 59. ne contra Caii quidem, *aut* Claudii, *vel* Neronis domum exsurgimus. Ib. 2, 76. cf. Lachmann. ad Propert. 4 (3), 21, 25. *vel* — *aut*. Q. 9, 2, 18.

Not. 3. Nach einer Negation bleibt *aut* an sich disjunctiv, d. i. es unterscheidet nur die dazu gehörenden Begriffe, und bekommt erst durch die Negation, als positiver Bestandtheil eines negativen Satzes, negativen Sinn. Der Deutsche aber übersetzt hier *aut — aut* durch weder — noch, wie *neque — neque*, welches den Satz selbst verneint. Eben so erhält *ve* erst durch eine vorhergehende Negation negativen Sinn.

*) Statt *seu* pudore, seu. So *metu seu* perfidia. Tac. H. 4, 35. fatali quodam *motu seu* prava solertia. Tac. 5, 4.

Digitized by Google

Hunc *neque* dira venena, *nec* hoſticus auferet enſis; *nec* laterum dolor, *aut* tuſſis, nec tarda podagra. H. Serm. 1, 9, 51. cf. Bentl. ad H. Serm. 1, 6, 68. (Dagegen: Plebes *nihil* ex ea familia triſte, *nec* ſuperbum timebat. L. 2, 30.) Hanc laudem ſapientiae ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendere, *nec* extrinſecus *aut* bene *aut* male vivendi ſuſpenſas habere rationes. C. Fam. 5, 13. init. entweder — oder. Ita prorſus exiſtimo, *neque* eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, *aut* torquem illum hoſti detraxiſſe, ut aliquam ex eo perciperet voluptatem corpore, *aut* cum Latinis tertio conſulatu conflixiſſe apud Veſerim propter voluptatem. C. Fin. 1, 7. weder — noch. Obſidebatur Capua acrius, quam oppugnabatur: *nec aut* famem tolerare ſervitia ac plebs poterant, *aut* mittere nuntios ad Hannibalem per cuſtodias tam artas. L. 26, 4. Germani ineſſe feminis etiam ſanctum aliquid et providum putant; *nec aut* conſilia earum aſpernantur, *aut* reſponſa negligunt. Tac. G. 8. *Nec* dii, *nec* homines, *aut* ipſam (Veſtalem), *aut* ſtirpem a crudelitate regia vindicant. L. 1, 4. Caesar nonnullos damnatos ſtatuerat prius iudicio populi debere reſtitui, quam ſuo beneficio videri receptos, *ne aut* ingratus in referenda gratia, *aut* arrogans in praecipiendo populi Romani beneficio videretur. Caes. C. 3, 1. Quinctius *negabat*, Aetolos *aut* moris Romanorum memores, *aut* ſibi ipſis convenientem ſententiam dixiſſe. L. 33, 12. *Nemo aut* miles, *aut* *) eques a Caesare ad Pompeium transierat. Caes. C. 3, 61. — *Non* Treveri, *neque* Lingones, ceteraeve rebellium civitates pro magnitudine ſuscepti discriminis agebant. Tac. H. 4, 70. So ſelten; ähnlich iſt *nec* — *que*, Hor. Epod. 16, 6. 8. wo auch que durch die vorhergehende Negation negativen Sinn erhält. Ruhnken. ad Vellei. 2, 45, 1. führt auch *vel* — *vel* mit vorhergehender Negation an, wofür ich noch kein Beiſpiel gefunden habe. Mit Unrecht aber läugnet er den Einfluß einer vorhergehenden Negation auf ac, et und que.

190 **Adverſativ heißen zwei Sätze, die einander widerſtreiten, entweder durch einzelne entgegengeſetzte Begriffe (Oppoſita), oder durch Widerlegung, oder durch Einwendung.**

A. **Sind in den beiden Sätzen Oppoſita einander gleich gegenüber geſtellt, ſie mögen einander gerade entgegen geſetzt ſeyn (Contraria)**), oder durch entgegen geſetzte Beziehungen (re-**

*) Hier gehört das Prädicat transierat zu nemo, welches die Frage voraus ſetzt: Ob Jemand übergegangen ſey? miles und eques als Appoſitionen zu nemo. Nemo neque miles, neque eques hingegen würden dieſe Begriffe unmittelbar mit transierat verbinden, und die Frage vorausſetzen: Wer übergegangen ſey? ob ein Fußgänger oder Reiter? vgl. §. 188. Not. 1.

**) Man unterſchied die *Contraria* nach drei Arten: 1. *Adversa*, wenn zwei Begriffe als Genera von einander völlig verſchieden oder einander gerade entgegen geſetzt ſind, wie frigus, calor; vita, mors; celeritas, tarditas (nicht debilitas); oder als entgegengeſetzte Species deſſelben Genus, wie sapientia, stultitia. 2. *Disparata*, theils *privantia* (στερητικά) z. B. caecitas; und die mit

lative Opposita), ſo werden ſie ohne Adverſativpartikel zuſammengeſtellt, und nur im Deutſchen durch aber, hingegen, verbunden. Dann ſteht

a. entweder nur ein *Oppositum* dem andern gegenüber. So jedesmal dem poſitiven Begriff der negative; umgekehrt nur, wenn derſelbe Begriff nach der Negation poſitiv wiederholt wird.

Vincere *scis*, Hannibal; victoria uti *nescis*. L. 22, 51. Concludunt ratiunculas Stoici, cur non sit malum: quasi *de verbo, non de re* laboretur. C. Tusc. 2, 12. Qui occasione aliqua, etiam invitis suis civibus, nactus est imperium, hunc *nomen honoris* adeptum, *non honorem* puto. C. Brut. 81. Hoc praestat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli *potest*, ex amicitia *non potest*. C. Lael. 5. Ergo arbores *seret* diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam; vir magnus leges, instituta, rem publicam *non seret?* C. Tusc. 1, 14. Honorum gradus summis hominibus et infimis sunt *pares;* gloriae *dispares*. C. Planc. 24. *Auxilii, non poenae* ius datum erat tribuniciae potestati; *plebis*que, *non Patrum*, tribuni erant. L. 2, 35. Critolaus evertit Corinthum, Karthaginem Hasdrubal: *hi duo* illos oculos orae maritimae effoderunt, *non* iratus aliquis deus. C. N. D. 3, 38. Octavium quidem sui Caesarem *salutabant;* Philippus *non*. C. Att. 14, 12. Rem publicam *vigilanti* homini, *non timido; diligenti, non ignavo* commisistis. C. Agr. 2, 37. *Commorandi* natura deversorium nobis, *non habitandi* locum dedit. C. Sen. 23. Officia *meminisse* debet is, in quem collata sunt; *non commemorare*, qui contulit. C. Lael. 20. Veritatem *laborare nimis saepe* aiunt, *exstingui nunquam*. L. 22, 39. Fato nescio quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum *semper detur facultas;* mihi ad remunerandum, *nihil suppetat*, praeter voluntatem. C. Fam. 15, 13. Etiam sapientissimi *multa* scisse dicuntur, *non omnia*. Columell. 12, 57, 4. Divico respondit, ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides *accipere, non dare* consuerint. Caes. 1, 14.

---

der Particula privativa *in* zuſammengeſetzten, wie humanitas, inhumanitas, dignitas, indignitas; theils *negantia* (ἀποφατικά), wie sapere, non sapere. 3. *Relata*, die als verſchiedne Species deſſelben Genus ſich nicht ohne einander denken laſſen, indem ſie ſich erſt durch Vergleichung ergeben, wie duplum, simplum; multa, pauca; longum, breve; maius, minus. Cf. C. Inv. 1, 28, 42. et Mar. Victorin. ad h. l. C. Top. 11. Specieller: *Contraria* hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat. C. Fat. 16. was Neuere Contradictorie opposita nennen.

Digitized by Google

Dicere fortasse, quae sentias, *non licet:* tacere plane *licet.* C. Fam. 4, 9. Illud absurdum est, quod ii, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, *non capiunt:* eam *capiunt*, qua debent vacare. C. Lael. 24. Trebatio ego *neque* praefecturam, *neque* ullius beneficii certum nomen *peto*, benevolentiam tuam et liberalitatem *peto.* C. Fam. 7, 5. Egone non intelligo, quid sit Latine voluptas? qui fit, ut ego *nesciam; sciant* omnes, quicunque Epicurei esse voluerunt? C. Fin. 2, 4. *Non* iam *metuo*, ne tu illi succenseas: illud *vereor*, ne tibi illum succensere aliquid suspicere. C. Deiot. 13. Insignia virtutis multi etiam *sine virtute* assecuti sunt: talium virorum tanta studia assequi *sola virtus* potest. C. Fam. 3, 13. *Non quaero*, quanta memoria Simonides fuisse dicatur: de communi hominum memoria *loquor.* C. Tusc. 1, 24.

b. oder mehrere.

Ab his me amari putabam, *qui invidebant; eos non sequebar, qui petebant.* C. Fam. 14, 1. Salutaria appetunt parvi, aspernanturque contraria: quod non fieret, nisi *statum* ipsum suum *diligerent*, *interitum timerent.* C. Fin. 3, 5. Themistoclis consilio triplex Piraeei portus constitutus est, isque moenibus circumdatus, ut ipsam urbem *dignitate aequipararet*, *utilitate superaret.* N. 2, 6. Quod *multi voluerunt, pauci potuerunt*, ab uno tyranno patriam liberare; Thrasybulo contigit, ut a triginta oppressam tyrannis ex servitute in libertatem vindicaret. N. 8, 1. *Palatium Romulus*, *Remus Aventinum* ad inaugurandum templa capiunt. L. 1, 6. In Hyrcania *plebs publicos* alit canes; *optimates domesticos.* C. Tusc. 1, 45. Iudicium hoc omnium mortalium est, *fortunam a deo* petendam, *a se ipso* sumendam esse *sapientiam.* C. N. D. 3, 36. *Mors honesta* saepe vitam quoque turpem *exornat: vita turpis ne* morti *quidem* honestae *locum relinquit.* C. Quint. 15. An *ex hostium urbibus Romam* ad nos transferri sacra *religiosum fuit: hinc sine piaculo in hostium urbem, Veios*, transferemus? L. 5, 52.

Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, *improbi* saepe *parvo.* C. Mil. 12. Est ridiculum, ad ea, quae habemus, nihil dicere; quaerere, quae habere non possumus; et de *hominum* memoria *tacere*, *litterarum* memoriam *flagitare.* C. Arch. 4. Plato reliquit perfectissimam disciplinam, Peripateticos et Academicos, *nominibus differentes*, *re congruentes.* C. Acad. 2, 5. Superbiam, verborum praesertim, *iracundi oderunt*, *prudentes irridenl.* L. 45, 23. Angusta et lubrica erat oratio sub Tiberio Principe, qui *libertatem metuebat*, *adulationem oderat.* Tac. 2, 87. Atticus multorum consulum

praetorumque praefecturas delatas sic accepit, ut *neminem* in provinciam *sit secutus*, *honore fuerit contentus*. N. 25, 6. *Opinionum commenta delet* dies, *naturae iudicia confirmat*. C. N. D. 2, 2. Sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, *ceterarum* rerum studia et *doctrina*, et *praeceptis*, et *arte* constare: *poetam natura ipsa* valere, et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu inflari. C. Arch. 8. Etsi nefarie fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem expromsisti tuam, *laudare non possum*, *irasci certe non debeo*. C. Mil. 15. aber auch zürnen darf ich wenigstens nicht.

B. Sind zwei Sätze einander so entgegen gesetzt, daß den ersten negativen der zweite positive widerlegt, so werden sie durch *non — sed*, *verum* nicht — sondern, verbunden.

Otii fructus est *non* contentio animi, *sed* *) relaxatio. C. Or. 2, 5. Est philosophi, de diis immortalibus habere *non* errantem et vagam, *sed* stabilem certamque sententiam. C. N. D. 2, 1. Sunt quidam ita naturae muneribus ornati, ut *non* nati, *sed* ab aliquo deo ficti esse videantur. C. Or. 1, 25. In Scauri oratione naturalis quaedam inerat auctoritas, *non* ut causam, *sed* ut testimonium dicere putares, quum pro reo diceret. C. Brut. 29. *Non* aetate, *verum* **) ingenio adipiscitur sapientia. Plaut. Trin. 2, 2, 88. Xenocrates animi figuram et quasi corpus *negavit* esse, *verum* numerum dixit esse. C. Tusc. 1, 10. cf. C. Or. 2, 87, 356. Impudens est, qui pro beneficio *non* gratiam, *verum* mercedem postulat. C. Inv. 2, 39. sondern, cf. 2, 6, 20. Or. 1, 60, 254. Bonorum verborum usus naturali sensu iudicatur: in quo *non* magna laus est, vitare vitium; *verum tamen* quasi hoc solum quoddam atque fundamentum est, verborum usus et copia honorum. C. Or. 3, 37. cf. C. Inv. 2, 4, 13.

Hierbei ist zu bemerken:

1. Wenn hier *sed* fehlen soll, so muß das erste Wort des zweiten Satzes einem des vorhergehenden entgegen gesetzt und beide stark accentirt seyn.

---

*) Dichter stellen diese Partikel auch nach dem ersten Worte des Satzes: *Ipsa sed* in somnis inhumati venit imago coniugis. V. Aen. 1, 353. cf. Tibull. 1, 7, 46. Propert. 1, 4, 11.

**) *Sed* stellt das wirkliche Seyn dem Nichtseyn, die Realität der Negation; *verum* das gedachte Seyn dem entgegen gesetzten, oder die Möglichkeit der Unmöglichkeit, die Nothwendigkeit der Nicht-Nothwendigkeit; mithin, da hier nur von Behauptungen die Rede seyn kann, einer unrichtigen Meinung oder Behauptung die entgegen gesetzte wahre entgegen: daher es hier und in dem folgenden Beispiel auch durch aber wohl übersetzt werden kann.

Digitized by Google

Quae pertinere ad dicendum putamus, ea nos *commodius*, quam ceteros, attendisse, *non* affirmamus; *perquisitius et diligentius* conscripsisse pollicemur. C. Inv. 1, 41. extr. Infestis armis terni iuvenes concurrunt: nec his, nec illis periculum *suum; publicum* imperium servitiumque obversatur animo. L. 1, 25. i. e. *sed* publicum. Cf. L. 2, 64, 4. Non agitur de vectigalibus, non de *sociorum iniuriis; libertas* et anima *nostra* in dubio est. Sall. I. 52, 6. Germanici mors non modo apud illos homines, qui *tum* agebant; *etiam secutis* temporibus vario rumore iactata est. Tac. 3, 19. Scipio Turdetaniam ita bello afflixit, ut non modo *nobis*, *ne posteris quidem* timenda nostris esset. L. 28, 39. i. e. non modo *non* nobis —. Cf. Cort. ad Sall. I. 21, 2. 33, 4. Garat. ad C. Phil. 3, 2, 3. 3, 1, 2. pro Domo 22. p. 171. Verr. A. 1, 10, 29. Oud. ad C. Inv. 1, 41. extr. Drak. ad L. 1, 25, 3. 6, 32, 8. Ern. ad Tac. 3, 19. H. 3, 3. sub fin. 4, 23.

2. Durch *non — sed* nicht — sondern, wird das erste Glied ganz verneint und dagegen das Stattfinden des zweiten behauptet; durch *non — sed etiam* nicht etwa — sondern so gar, in so fern als es gegen das zweite, mehr und Größeres bietende, wenig in Betrachtung kommt; durch *non modo, non solum — sed, verum* nur zum Theil, in so fern es neben dem zweiten Gliede, wodurch es überboten wird, bestehen kann, in dem Sinne, daß es nicht allein Statt finde, sondern neben ihm noch etwas Wichtigeres, Vorzüglicheres. In derselben Bedeutung steht *non modo, non solum* (seltner *non tantum*) — *sed, verum etiam*, nicht nur — sondern auch (noch obendrein), sondern sogar; nur wird hier durch *etiam* gegen das erste Oppositum mehr geboten. *Verum, verum etiam* bekräftigt das Mehr sagende und ist folglich stärker, als sed, welches den bloßen Gegensatz zur Negation angibt. *Sed quoque* sondern auch auf gleiche Weise, drückt aus, daß das zweite mehr bietende Oppositum in demselben Sinne, wie das erste, bei dem gemeinschaftlichen Prädicat gedacht werden solle.

a. Quum arma essent in templis, armati in foro, eaque *non* silentio consulum dissimularentur, *sed* et voce et sententia comprobarentur: tamen his tantis malis, tanto bonorum studio, restitissemus. C. Sext. 15. extr. *Non* regnum, *sed* fugam, exsilium, egestatem et omnes has, quae me premunt, aerumnas cum anima simul amisisti. Sall. I. 14, 23. In diesen und ähnlichen Stellen erklärt man *non — sed* durch non modo oder non tam — sed etiam; genau genommen aber wird auch hier das erste Glied in seinem Verhältniß zu dem zweiten mehr bietenden ganz verneint. Hierüber vgl. Cort. ad Sall. l. c. ad C. Fam. 6,

Digitized by Google

7, 17. Duk. ad Flor. 2, 2, 20. Oudend. ad Suet. Claud. 24. ad Frontin. 2, 13, 5. Döring ad Catull. 44, 20.

b. Quidam mihi videntur *non* vivis, *sed etiam* mortuis invidere. C. Acad. 2, 2. *Nec* vero supra terram, *sed etiam* in intimis eius tenebris plurimarum rerum latet utilitas. C. N. D. 2, 64. extr. cf. Garat. ad C. Agr. 2, 16. p. 152. ad C. Coel. 20. p. 491. ad C. Mil. 4, 11. p. 75. Orell. ad C. Planc. 2. p. 16. sq. Moser ad C. Leg. 3, 7, 16. — Hic mihi primum meum consilium defuit, *sed etiam* obfuit. C. Att. 3, 15.

c. Explicabo, voluptas ipsa quae, qualisque sit. *non* enim hanc *solam* sequimur, quae cum incunditate quadam percipitur sensibus; *sed* maximam illam voluptatem habemus, quae percipitur, omni dolore detracto. C. Fin. 1, 11. Sulpicius et Cotta tantam iam erant facultatem adepti, ut *non* aequalibus suis *solum* anteponerentur, *sed* cum maioribus natu compararentur. C. Or. 1, 8, 30. Cavebat magis Pompeius, quam timebat: *non* ea *solum*, quae timenda erant, *sed* omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. C. Mil. 24. cf. Gör. ad C. Leg. 3, 11, 25. Drak. ad L. 2, 6, 1. Stroth ad Liv. 22, 9, 3. Sum consecutus, *non modo* ut domus tua tota, *sed* ut cuncta civitas me tibi amicissimum esse cognosceret. C. Fam. 5, 8. cf. 15, 4, 28. 7, 1, 10. L. 2, 50, 11. Populi Romani haec est consuetudo, ut socios atque amicos *non modo* sui nihil deperdere, *sed* gratia, dignitate, honore auctiores velit esse. Caes. 1, 43. Quod si Verres *non modo* *) in causa, *verum* in aliquo honesto praesidio spem aliquam collocasset: profecto non haec omnia colligeret atque aucuparetur. C. Verr. A. 1, 3. Tum vero *non* populus *tantum* et imperita plebs in plausus et immodica studia, *sed* Equitum plerique ac Senatorum, posito metu incauti, refractis palatii foribus ruere intus ac se Galbae ostentare, praereptam sibi ultionem querentes. Tac. H. 1, 35.

d. Sed, ut illa secunda moderate tulimus, *sic* hanc *non solum* adversam, *sed* funditus eversam fortunam fortiter ferre debemus: ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur, ut mortem, quam etiam beati contemnere debebamus, propterea quod nullum sensum esset habitura, nunc, sic affecti, *non modo* contemnere debeamus, *sed etiam* optare. C. Fam. 5, 21, 13. Peripatetici perturbationes *non modo* naturales esse dicunt, *sed etiam* utiliter a natura datas. C. Tusc. 4, 19. Antistius abdidit se in intimam Macedoniam, quo potuit longissi-

*) ich will nicht ſagen, wie *non modo* — sed, C. Cat. 2, 12. extr. Quint. 24, 77. Manil. 22. extr. Dafür auch: Quid? si haec, *non dico*, maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone, *sed* in illo maxima, nulla in hoc: quid vultis amplius? C. Mil. 13.

Digitized by Google

me a castris, *non modo* ut non praeesset ulli negotio, *sed etiam* ut ne interesset quidem. C. Fam. 13, 29, 10. Volo, ut in scena, sic etiam in foro, *non* eos *modo* laudari, qui celeri motu et difficili utantur, *sed* eos *etiam*, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta. C. Brut. 30. cf. L. 2, 7, 11. 3, 57, 9. Memoriae prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset (Orestem), *non solum* divina, *sed etiam* sapientissimae deae sententia liberatum. C. Mil. 3. Tullus Hostilius *non solum* proximo regi dissimilis, *sed* ferocior *etiam* Romulo fuit. L. 1, 22. *Non* paranda nobis *solum* sapientia, *sed* fruenda *etiam*. C. Fin. 1, 1. cf. C. Brut. 30, 113. L. 24, 21, 5. 1, 2, 5. — Si *non modo* omnes, *verum etiam* multi Catones essent in civitate nostra, in qua unum exstitisse mirabile est, quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? C. Fam. 15, 6. cf. C. Inv. 2, 18, 55. 2, 54, 165. Or. 3, 33, 133. Fin. 1, 11, 38. *non modo — neque — verum etiam*. C. Inv. 1, 4, 5. Perficiendum est, si quid agere aut perficere vis, ut homines te *non solum* audiant, *verum etiam* libenter studioseque audiant. C. Caecil. 12. *Non solum* verbis arte positis moventur omnes, *verum etiam* numeris ac vocibus. C. Or. 3, 50. extr. Congruere naturae cumque ea convenienter vivere, est in sapientis situm *non* officio *solum*, *verum etiam* potestate. C. Tusc. 5, 28. cf. C. Inv. 2, 18, 56. 2, 56, 169. N. D. 2, 28, 71. Orat. 1, 34, 139. Segetes fecundae et uberes *non solum* fruges, *verum* herbas *etiam* effundunt inimicissimas frugibus. C. Or. 15. — Tarquinius Latinorum sibi maxime gentem conciliabat; *neque* hospitia *modo* cum primoribus eorum, *sed* affinitates *quoque*, iungebat. L. 1, 49. *non — modo — sed — quoque*. L. 2, 34, 3. 41, 22, 5. Signorum annuae commutationes *non modo* quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt; *verum* ad utilitates *quoque* rerum omnium sunt accommodatae. C. Inv. 1, 34. Reliquum est, ut tibi me in omni re eum praebeam praestemque, ut ad omnia, quae tui velint, ita adsim praesto, ut me *non solum* omnia debere tua causa, quae possim, *sed* ea *quoque* etiam, quae non possim, putem. C. Fam. 4, 8. Porsena adeo infestum omnem Romanum agrum reddidit, ut *non* cetera *solum* ex agris, *sed* pecus *quoque* omne in urbem compelleretur. L. 2, 11. cf. 28, 5, 5. *Nec solum* — Fabii *quoque*. Tac. H. 2, 27. Iam *non* motus *tantum* corporum, agitatioque anceps telorum armorumque, *sed* vulnera *quoque* et sanguis spectaculo erant. L. 1, 25. cf. Phaedr. 1, 20. pr.

3. Wenn bei dieſer Conſtruction zwei *Contraria* ſich wie

Digitized by Google

adversa und *disparata* (§. A **)) zu einander verhalten, oder einander so entgegen gesetzt sind, daß bei dem Stattfinden des zweiten das erste nothwendig verneint werden muß, so steht bei *non modo*, *non solum* das erste Contrarium mit seiner besondern Negation; das zweite folgt positiv mit *sed*, überbietend; mit *sed etiam*, mehr bietend; negativ aber mit *sed ne quidem*, *sed neque*, *sed vix*, weniger bietend. Gehören beide zu einem gemeinschaftlichen Prädicate, so ist dieses positiv.

a. Quintus *non modo non* cum magna prece ad me, *sed* acerbissime scripsit. C. Att. 11, 15. Hoc *non modo non* pro me, *sed* contra me est potius. C. Or. 3, 20. *Non modo non* remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia: *sed* eo vehementius a te contendimus, ut Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias. C. Fam. 13, 19. cf. C. Verr. 5, 62, 162. Inv. 1, 15, 21. 44, 82. 55, 108. Or. 1, 60, 255. Orat. 66, 221. Illud *non modo non* arrogantis, *sed* potius prudentis, intelligere, se habere sensum et rationem. C. N. D. 3, 10. Callicrates religione *non modo* ab incepto *non* deterritus, *sed* ad maturandum concitatus est. N. 10, 8. cf. L. 3, 37. extr. Pestilentior annus tantum metum vastitatis in urbe agrisque fecit, ut *non modo* praedandi causa *quisquam* ex agro Romano *non* exiret, bellive inferendi memoria Patribus aut plebi esset; *sed* ultro Fidenates populabundi descenderent in agrum Romanum. L. 4, 21. Mithridates *non modo* adhuc poenam *nullam* suo dignam scelere suscepit, *sed* ab illo tempore annum iam tertium et vicesimum regnat. C. Manil. 3. cf. C. Verr. 4, 6, 11. 5, 15, 39. *Non modo* in Plancio *nihil* unquam reprehensum, *sed* laudata sunt omnia. C. Planc. 13.

b. Plancius meae salutis *non modo non* oppugnator, *sed etiam* defensor fuit. C. Planc. 31. cf. C. Fam. 15, 4, 32. Saepe disserui, Latinam linguam *non modo non* inopem, *sed* locupletiorem *etiam* esse, quam Graecam. C. Fin. 1, 3. cf. 2, 47, 196. 3, 2, 5. Brut. 13, 52. Qualis habendus est is, qui *non modo non* repellit, *sed etiam* adiuvat iniuriam? C. Off. 3, 18. cf. C. Fin. 2, 17, 55. Or. 1, 26, 122. 51, 219. 2, 6, 25. Brut. 42, 156. Cat. 1, 12, 29. Sull. 2. extr. Pis. 5. extr. Fam. 15, 1, 7. Videtis, ut senectus *non modo* languida atque iners *non* sit, *verum etiam* sit operosa. C. Sen. 8. cf. C. Off. 1, 21, 71. 2, 13, 45. 3, 27, 101. Agr. 2, 29, 81. Flacc. 41, 103. Aspis *non solum* imperio regis *non* parebat, *sed etiam* finitimas regiones vexabat. N. 14, 4. cf. C. Brut. 13, 52. Num pro aliena re publica quemquam fore putatis, qui se opponat periculis, *non modo nullo* proposito praemio, *sed etiam* interdicto? C. Balb. 10. extr. cf. C. Sext. 14, 33. Sen.

Digitized by Google

13, 44. Fam. 6, 4, 15. *Non modo nihil* prodest, *sed* obest *etiam* P. Clodii mors Miloni. Mil. 13.

c. En unquam fando auditum est, Numam Pompilium, *non modo non* patricium *), *sed ne* civem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi iussu Romae regnasse? L. 4, 3. Ita cedere soleo, ut *non modo non* abiecto, *sed ne* reiecto *quidem* scuto fugere videar. C. Or. 2, 72. Velim existimetis, huius rationis *non modo non* inventorem, *sed ne* probatorem quidem esse me. C. Caecin. 29. cf. C. Top. 12, 51. Regium est ita vivere, ut *non modo* homini *nemini*, *sed ne* cupiditati *quidem ulli* servias. C. Sull. 8. cf. C. Verr. 1, 43, 111. 2, 46, 113. Multis Siculis a Verre *non modo* granum *nullum*, *sed ne* paleae *quidem* ex omni fructu atque ex annuo labore relinquebantur. C. Verr. 3, 48. cf. C. Ligar. 2, 4. Ego *non modo* tibi *non* irascor, *sed ne* reprehendo *quidem* factum tuum. C. Sull. 18. cf. C. Caecil. 4, 16. Verr. 2, 49, 120. 3, 6, 14. *Non solum* ab optimis studiis excellentes viri deterriti *non* sunt, *sed ne* opifices *quidem* se artibus suis removerunt. C. Or. 2. Fabricius *non modo* ad me meos vicinos et amicos *non* adduxit, *sed* ipse iis *neque* defensoribus uti postea, *neque* laudatoribus potuit. C. Cluent. 20. cf. C. Verr. 3, 22, 55. Deli subito tempestates coortae sunt maximae, ut *non modo* proficisci, quum cuperet, Dolabella *non* posset, *sed vix* in oppido consisteret. C. Verr. 1, 18. cf. C. Coel. 7, 15. Or. 2, 62, 252.

4. Wenn zwei *Contraria relata* (§. A **)) sich so zu einander verhalten, daß mit dem zweiten das Nicht Stattfinden des ersten vorausgesetzt werden muß, so steht bei *non modo*, *non solum* das erste positiv, daher auch mit positiven Nebenbestimmungen; das zweite folgt dann mit *sed etiam* ebenfalls positiv, wenn bei seinem Stattfinden das erste nicht Statt finden kann; negativ aber mit *sed ne quidem*, *sed neque*, *sed vix*, wenn mit seinem Nicht Stattfinden auch das Stattfinden des erstern nicht bestehen kann. In diesem Fall gibt das negativ gewordene Prädicat des zweiten Gliedes auch dem des ersten Gliedes negativen Sinn; haben beide Glieder ein gemeinschaftliches negatives Verbum finitum, so folgt dieses ohne besondre Negation dem zweiten Gliede,

*) Das Genus von patricius ist gens; von civis, civitas, daher kann hier ne quidem nicht das non bei patricium mit einschließen; *regnasse* aber ist positiv, wie: *Cognoscite*, hominis apertam, ac *non modo non* ratione, *sed ne* dissimulatione *quidem* tectam improbitatem et audaciam. C. Verr. 2, 29, 71. In der Stelle: quum filius *non modo non* mortuus, *sed ne* natus *quidem* esset. C. Caecin. 18, 53. verhalten sich die Contraria wie vernichtete Existenz und Nichtexistenz zu einander; zudem steht hier non mortuus als Gegensatz zu dem vorhergehenden mortuo postumo filio.

Digitized by Google

mit seiner Negation aber hinter dem ersten Gliede. Sind hinzugegen beide Glieder von einem negativen Worte, z. B. nemo, nihil, ne abhängig, so geht dieses ihnen voran.

a. Nunc iam primum dicam pro universa analogia, cur *non modo* videatur esse reprehendenda *), *sed etiam* cur in usu quodammodo sequenda. Varr. L. L. 8, 2. Mihi ad hoc, de quo disputo, probandum satis est, *non modo* plura **), *sed etiam* pauciora, divine praesensa et praedicta reperiri. C. Div. 1, 55. Nullum tempus dimittam, quin de libertate populi Romani quod agendum sit atque faciendum, id *non modo* recusem, *sed etiam* appetam atque deposcam. C. Phil. 3, 13. Tantus terror pavorque omnes occupavit, ut *non modo* alius *quisquam* arma caperet, aut castris pellere hostem conaretur; *sed etiam* ipse rex, sicut somno excitus erat, ad flumen navesque perfugerit †). L. 24, 40.

b. Ad Syracusas intoleranda vis aestus per utraque castra omnium ferme corpora movit. — Postremo ita assuetudine mali efferaverant animos, ut *non modo* lacrimis iustoque comploratu prosequerentur mortuos, *sed ne* efferrent *quidem*, aut sepelirent. L. 25, 26, 10. cf. Drak. h. l. L. 34, 39, 3. Ea sunt demum non ferenda in mendacio, quae *non solum* facta esse, *sed ne* fieri *quidem* potuisse cernimus. C. Rep. 2, 15. cf. C. Agr. 2, 29. 79. Verr. 1, 35, 90. — Hoc *non modo* recte fieri, *sed* omnino fieri *non* potest. C. Acad. 2, 19. cf. C. Inv. 2, 28, 84. *Non modo* proditori, *sed ne* perfugae *quidem* locus in meis castris *cuiquam* ††) fuit. C. Verr. 1, 38, 98. Dolere *non modo* summum, *sed ne* malum *quidem* esse, philo-

*) Nicht *non* esse reprehendenda, denn sequenda setzt schon das Nicht Tadelnswerthe voraus.

**) Wo das Wenigere nicht ist, kann auch das Mehrere nicht seyn.

†) Durch sed etiam — perfugerit wird das vorhergehende Glied widerlegt, und zugleich perfugerit (wegen etiam) mit auf dasselbe bezogen, woraus folgt, daß caperet und conaretur negativ genommen werden müssen. Hierher gehört auch: Neque in hoc solum inest contumelia, ut *ulla* res parta bello — *non modo* venierit, *verum* locata sit. C. Agr. 2, 20, 54. wo einige verum *etiam* haben, cf. Garat. h. l. p. 175.

††) *Cuiquam*, welches durch die vorhergehende Negation negativen Sinn bekommt; *nemini* würde hier positiv werden; wie: Caedem video, si vicerit (Caesar), et regnum, *non modo* Romano homini, *sed ne* Persae *quidem cuiquam* tolerabile. C. Att. 10, 8. daher auch: Ceteris Leontinis *non modo* Apronius in agris, *sed ne* tempestas *quidem ulla* nocere potuit. C. Verr. 3, 46, 109. cf. L. 9, 19, 14. Pompeius *non modo* ut Phrygi *alicui*, aut Lycaoni, *sed ne* summorum *quidem* hominum sermonibus crederet. C. Fam. 3, 10, 33. *non modo* silvestre *quidquam*, *sed ne* vepribus *quidem* vestitum habebat. L. 22, 26, 5.

Digitized by Google

sophi affirmant. C. Off. 3, 29. Pisone consule senatui *non solum* iuvare rem publicam, *sed ne* lugere *quidem*, licebat. C. Pis. 10. cf. C. Verr. 1, 6, 15. Anci filii semper pro indignissimo habuerant, regnare Romae advenam, *non modo* vicinae †), *sed ne* Italicae *quidem* stirpis. L. 1, 40. Apronius *non modo* animum integrum, *sed ne* animam *quidem* puram conservare potuit. C. Verr. 3, 58. cf. C. Planc. 18, 45. Praedonum a Chalcide naves *non modo* Sunium superare, *sed nec* extra fretum Euripi committere aperto mari se audebant. L. 31, 22. cf. §. 188, 9. Not. 2. Me *non modo* rerum gestarum vacatio, *sed neque* honoris, *neque* aetatis excusatio vendicat a labore. C. Sull. 9. cf. Garat. h. l. p. 285. sq. Mucronem aliquem tribunicium quum homines scelerati ac perditi *non modo ulla* in domo, *sed nulla* in gente reperirent, gentes sibi in tenebris rei publicae perturbandas putaverunt. C. Leg. 3, 9. cf. C. Verr. 3, 78. fin. Camillorum, Fabriciorum, Curiorum virtutes *non solum* in moribus nostris, *sed vix* iam in libris reperiuntur. C. Coel. 17. cf. L. 3, 6, 8.

c. Epicurus cupiditates quasdam, quod essent plane inanes, *neque* necessitatem *modo*, *sed ne* naturam *quidem* attingerent, funditus eiiciendas putavit. C. Tusc. 5, 33. Multis emanabat indiciis, *neque* fratrem Volscii, ex quo semel fuerit aeger, unquam *non modo* visum in publico, *sed ne* assurrexisse quidem ex morbo, multorumque tabe mensium mortuum: nec his temporibus, in quae testis crimen coniecisset, Kaesonem Romae visum. L. 3, 24. Tale facinus *ne* unquam posthac *non modo* confici, *sed ne* cogitari quidem possit a civibus, hodierno die providendum est. C. Cat. 4, 9. cf. C. Fam. 7, 1, 14. *Nemo* eloquentia, *non modo* sine dicendi doctrina, *sed ne* sine omni *quidem* sapientia, florere unquam et praestare potuit. C. Or. 2, 1. extr. Siculis Verres *nihil non modo* de fructu, *sed ne* de bonis *quidem* suis reliqui fecit. C. Verr. 3, 48. cf. C. Fam. 3, 10, 22. Mihi venire in mentem *nihil* potest, *non modo* quid sperem, *sed vix* iam quid audeam optare. C. Fam. 4, 1.

---

†) Nicht civicae, wie Drakenborch hat, welches zu Italicae kein Contrarium geben würde. So: Tarquinium, *non* Romanae *modo*, *sed ne* Italicae *quidem* gentis. L. 4, 3. wo stirpis, gentis als gemeinschaftlicher genereller Begriff die Stelle des gemeinschaftlichen Prädicats vertritt, wie Imperatoris *non modo* Romanus, *sed ne* militaris *quidem* cultus iactabatur. L. 29, 19, 11. vgl. C. Brut. 42, 157. Bei ſtarkem Gegenſatz fehlt auch hier *sed* (ſ. oben B, 1.) z. B. ut *non modo* nobis, *ne* posteris *quidem* timenda nostris essent. L. 21, 39, 11.

Digitized by Google

Not. 1. Das Gegentheil von dem hier Angegebenen findet Statt, wenn solche Sätze Fragform annehmen, oder beide Glieder von einem negativen Satz abhängig sind:

Quid in Italia utensile *non modo non* nascitur, *sed etiam non* egregium fit? Varr. R. R. 1, 2, 6. Dedecus, flagitium, turpitudinem ut effugias, quis est *non modo* recusandus, *sed non* ultro appetendus dolor *)? C. Tusc. 2, 5. — Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego *non modo non* audiam, *sed etiam non* videam planeque sentiam. C. Cat. 1, 3. fin. cf. §. 180. Not. 1.

Not. 2. Steht umgekehrt *ne quidem* oder eine andre Negation vor *non modo*, so bekommt dieses die Bedeutung geschweige denn, viel weniger.

An quisquam ita nonaginta annos velit vivere, ut, quum sexaginta confecerit, reliquos dormiat? *ne* sues *quidem* id velint, *non modo* ipse. C. Tusc. 1, 38. Mihi quidquid acciderit in tam ingrata civitate, *ne* recusanti *quidem* evenerit, *non modo* repugnanti. C. Par. 2. Apes *ne* floribus *quidem*, *non modo* corporibus insidunt. P. 11, 8. Apollinis oracula *nunquam ne* mediocri *quidem* cuiquam, *non modo* prudenti, probata sunt. C. Div. 2, 55. Basilum et alios vestri similes clientes *nemo* habere velit, *non modo* illorum cliens esse. C. Phil. 2, 41. fin. *Nihil* habui sane, *non modo* multum, quod putarem novandum in legibus. C. Leg. 3, 5. *Nullum* meum minimum dictum, *non modo* factum, pro Caesare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, ut ego eum devinctum mihi putarem. C. Fam. 1, 9, 62. Nihil praetermissum est, quod *non* habeat sapientem excusationem, *non modo* probabilem. C. Att. 8, 12. cf. C. Fam. 12, 16, 2. Ligna quaedam terram defixa *vix* tolerant, *non modo* humorem. P. 17, 20. extr.

C. Ist der zweite adversative Satz nicht unmittelbar der Negation des ersten entgegengesetzt, so wird er mit ihm durch *sed, verum, vero, at, atqui, autem*, im Deutschen durch aber verbunden.

1. *Sed* aber, widerlegt den vorhergehenden Satz, oder gestattet die Wirklichkeit seines Inhalts nur zum Theil. So nach ille quidem. §. 157, 1, k.

Eum me postea fuisse in maximis imperiis arbitror, ut non ita mihi multum gloriae sit ex quaesturae laude repetendum: *sed* tamen non vereor, ne quis audeat dicere, ullius in Sicilia quaesturam aut gratiorem aut clariorem fuisse. C. Planc. 26. Hamilcar primo Poenico bello, *sed* temporibus extremis, in Sicilia praeesse coepit exercitui. N. 22, 1. i. e. non toto, *sed* —. Exsistunt saepe iniuriae calumnia quadam et nimis callida, *sed* malitiosa iuris interpretatione. C. Off. 1, 10. Temere in acie versari et manu cum hoste confligere, immane quiddam et bellua-

*) Ohne Frage: Omnia est *non modo* recusandus, *sed etiam* ultro appetendus dolor; s. oben 4, a.

Digitized by Google

rum simile est: *sed* quum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, et mors servituti turpitudinique anteponenda. Ib. 1, 23. — Contemno magnitudinem doloris. — *Sed* si est tantus dolor, quantus Philoctetae? — Bene plane magnus mihi quidem videtur, sed tamen non summus. C. Tusc. 2, 19. Contra Epicurum satis superque dictum est. *Sed* aveo audire, tu ipse, Cotta, quid sentias? C. N. D. 2, 1. Furor in sapientem cadere potest, non potest insania. *Sed* †) haec alia quaestio est: nos ad propositum revertamur. C. Tusc. 3, 5. — Utile videbatur Ulixi (ut quidem poetae tragici prodiderunt; nam apud Homerum talis de Ulixe nulla suspicio est) *sed* insimulant eum tragoediae, simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse. C. Off. 3, 26. ja, cf. C. Off. 1, 30, 105. Heusing. ad 1, 1, 3.

2. *Verum* (verum est das Wahre ist) das berichtigende aber, nur, gestattet die Wahrheit und Gültigkeit einer Meinung oder Behauptung nur zum Theil, oder setzt ihr nur gewisse Einschränkungen entgegen.

Hermagorae peccatum reprehendendum videtur, *verum* brevi. C. Inv. 1, 9. cf. 2, 7, 24. 1, 6, 8. extr. Or. 1, 23. extr. Mil. 24, 66. Quum orationis indicem, vocem habeamus; in voce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suavis; utrumque omnino a natura petendum est: *verum* alterum exercitationem augebit, alterum imitatio presse loquentium et leniter. C. Off. 1, 37. Si certum est, facere, facias: *verum*, ne post conferas culpam in me. T. Eun. 2, 3, 96. Amicitia bona spe praelucet in posterum, nec debilitari animos, aut cadere patitur. *Verum* etiam amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui. C. Lael. 7. ja! sogar wer. Leve est totum hoc, risum movere. *Verumtamen* multum in causis persaepe lepore et facetiis profici vidi. C. Or. 2, 54. cf. Inv. 1, 42, 78, 2, 19. extr. Fam. 3, 12, 5.

3. *Vero* das überbietende aber, vollends, erst, jedesmal dem ersten Worte des Satzes, worauf es den Accent legt, nachstehend, setzt dem Vorhergehenden, welches eingeräumt wird, als Zusatz etwas Wichtigeres und Bedeutenderes entgegen. Als Adverbium (der Ablat. von verum in Wahrheit, wahrhaftig,) verliert es nach *et*, *sed*, *at*, und am Anfange eines unverbundes

†) doch. Daher die Formel: *Sed* haec hactenus. C. Lael. 15. extr. auch *verum* quidem haec hactenus. C. Tusc. 3, 34. extr. Or. 1, 32. extr. C. Caecin. 19, 55. *Sed* ad sermonem institutum revertamur. C. Brut. 69, 244. *Verum* ad Crassum revertamur. Ib. 39, 146.

Digitized by Google

nen Satzes seine adversative Kraft und bedeutet wahrlich, ja! in der That.

Scimus, musicen nostris moribus abesse a principis persona; saltare *vero* etiam in vitiis poni. N. 15, 1. In vita, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum, sapiens nemo efficietur unquam, moderatus *vero* multo minus. C. Tusc. 5, 35. Quanti est, animum secum esse, secumque vivere! *si vero* habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae, nihil est otio iucundius. C. Sen. 14. Platonem Diou adeo admiratus est, atque adamavit, ut se totum ei traderet. Neque *vero* *) minus Plato delectatus est Dione. N. 10, 2. Quorum scelere religiones prostratae afflictaeque sunt; partim ex illis distracti ac dissipati iacent: qui *vero* **) ex his horum scelerum principes fuerunt, non solum vita, cruciati dedecore, verum etiam sepultura caruerunt. C. Leg. 2, 17. Quidquid est, quod bonum sit, id expetendum est: quod autem expetendum, id certe approbandum: quod *vero* approbaris, id gratum acceptumque habendum: ergo etiam dignitas ei tribuenda est. C. Tusc. 5, 15. Mortem me timuisse dicis. — Ego *vero* ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publicae vellem. C. Planc 37. ja! cf. 35, 86. C. Sen. 9, 29. 14, 46. At enim dicit Hortensius, pertinere hoc ad utilitatem eorum, qui iudicent, qui in provinciis cum potestate, aut cum legatione se futuros aliquando arbitrentur. *Praeclaros vero* existimas iudices nos habere, quos alienis peccatis concessuros putes, quo facilius ipsos peccare liceat. C. Verr. 3, 96. wahrlich! ironisch.

Pictores et ii, qui signa fabricantur, *et vero* etiam poetae, suum quisque opus a vulgo considerari vult. C. Off. 1, 41. cf. C. Brut. 20, 80. 28; 107. 58, 212. Orat. 39, 136. A parvis didicimus multas leges nominare. *sed vero* intelligi sic oportet, talia iussa ac vetita populorum vim non habere ad recte facta vocandi et a peccatis avocandi: quae vis senior est, quam aetas populorum et civitatum. C. Leg. 2, 4. Videsne minus quadringentorum annorum esse hanc urbem ut sine regibus sit? — *Vero* minus. C. Rep. 1, 37. cf. §. 174, IV, 2. O fortunata mors, quae naturae debita, pro patria est potissimum reddita! *Vos vero* patriae natos iudico. C. Phil. 14, 12.

---

*) aber auch eben so sehr.

**) So nur bei Unterabtheilungen und bei Assumtionen in Schlüssen, wie in folgendem Beispiel, steht vero nach qui; nicht aber auch in andern Fällen, wo der Deutsche das Relativum mit aber braucht.

Digitized by Google

4. *At* das einwendende aber, aber doch, nun doch, dagegen, läßt die vorhergehende Behauptung in ihrer vollen Gültigkeit, setzt ihr aber als Gegengrund etwas Stärkeres entgegen; daher sein Gebrauch bei Einwendungen, Entschließungen, Wünschen, Aufforderungen und Bitten. Das veraltete *ast* braucht Cicero nur in Gesetzen und in seinen Briefen an Atticus.

Crebras a nobis literas exspecta: *ast* plures etiam mittito. C. Att. 1, 16. Brevis a natura nobis vita data est; *at* memoria bene redditae vitae sempiterna. C. Phil. 14, 12. Non est in parietibus res publica, *at* in aris et focis. C. Att. 7, 11. Liceat haec nobis, si oblivisci non possumus, *at* tacere. C. Flacc. 25. doch wenigstens, cf. C. Mil. 34, 93. Or. 1, 45, 199. Orat. 5, 19. Habemus nostram suffragationem, si minus potentem, *at* probatam tamen, et iustam. C. Fam. 2, 6. cf. C. Or. 1, 23, 109. 3, 4, 14. Salsa, *attamen* a te ipso ficta tota narratio. C. Or. 2, 59. cf. 1, 32, 148. 2, 56, 229. 3, 22, 85. Hoc studium non erat commune Graeciae, sed proprium Athenarum. *At vero* extra Graeciam magna dicendi studia fuerunt, maximique huic laudi habiti honores illustre oratorum nomen reddiderunt. C. Brut. 13. cf. 5, 18. 25, 95. 90, 308. Lael. 11, 39. Sen. 6, 17. Maiores nostri Tusculanos, Aequos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt; *at* Karthaginem et Numantiam funditus sustulerunt. C. Off. 1, 11. O miram memoriam, Pomponi, tuam! *at* mihi ista exciderant. C. Leg. 2, 18. mir hingegen. Pompeius quum moleste se dixisset ferre, quod Posidonium non posset audire: *at* ille, Tu vero, inquit, potes. C. Tusc. 2, 25. — Multo magis orator praestat minutis imperatoribus. *At* *) prodest plus imperator. Quis negat? sed tamen malim mihi L. Crassi unam pro M? Curio dictionem, quam castellanos triumphos duos. C. Brut. 73. Quid porro quaerendum est? factumne sit? *at* constat. A quo? *at* paret. C. Mil. 6. cf. C. Planc. 4, 11. Fam. 2, 15, 4. — Quod si nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi, *at* **) ego ad deos vindices intolerandae superbiae confugiam. L. 9, 1. Iam vero, iudices, si Siculorum fortunas negligitis: *at* vos communem populi Romani causam suscipite atque defendite. C. Verr. 3, 52. Arcem iam Sabini habent: inde huc tendunt. *At* tu, pater deum hominumque, hinc saltem arce hostes! L. 1, 12. cf. Tac. H. 4, 58. extr.

5. *Atqui* das unterordnende aber, nun aber, setzt einem allgemeinen Urtheil als Obersatz ein specielles als unbestrittene Be-

*) aber, könnte man einwenden.
**) nun so werde ich.

Digitized by Google

hauptung oder als Untersatz entgegen, so daß daraus die Anwendung des erstern auf einen besondern Fall als Schlußfolge hergeleitet werden kann. Schließt *atqui* diese Folge gleich mit ein, so heißt es nun; in so fern es aber das Stattfinden des Obersatzes nicht gelten läßt, gleichwohl.

Si virtutes pares sunt inter se: paria esse etiam vitia necesse est. *Atqui* pares esse virtutes, facillime potest perspici. Sequitur ergo, ut etiam vitia sint paria. C. Par. 3, 1. Mors aut plane negligenda est, si omnino exstinguit animum; aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus aeternus. *Atqui* tertium certe nihil inveniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam futurus sum? C. Sen. 19. — O rem, inquis, difficilem atque inexplicabilem! *Atqui* †) explicanda est. C. Att. 8, 3. a med. — Antipho. Non sum apud me. — Geta. *Atqui* ††) opus est nunc cum maxime ut sis, Antipho: nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur commeruisse culpam. T. Phorm. 1, 4, 26. Num quae rogatio lata, num quae nova quaestio decreta est? *Atqui*, si res, si vir, si tempus ullum dignum fuit, certe haec in illa causa summa omnia fuerunt. C. Mil. 7.

